UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dvx Spiritvalis

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.Xiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48784

Visual Library

Th. 2840.

I. V
4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DVX

SPIRITVALIS,

IN QVO AGITVR

De Oratione, Meditatione, & Contemplatione:
De Visitationibus Diuinis, Gratijsque extraordinarijs:
De Mortificatione, Heroicisque actionibus, siue operibus, quæ illas omnes comitantur.

AVCTORE

R. P. LVDOVICO DE PONTE VALLIS-Oletano, Societatis IESV.

INTERPRETE

R. P. MELCHIORE TREVINNIO
eiusdem Societatis IESV Presbytero,

Summaria Tractatuum ponuntur in proxima pagina.

Liber Domus Societatis

Probationis Iesv. Paderborn.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Kinckium, sub Monocerote.
ANNO M. DC. XIII.
Permissu Super. cum Gratia & Priuil. Sacræ Cæs. Maiest.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONTENTA TOTIVS OPERIS

Tractatus Primus, de Familiaritate cum DEO in Oratione, & eiusdem DEI in eadem visitationibus per suas inspirationes.

Tractatus Secundus, de Sacra Lectione, & Meditatione, quibus obtinetur cognitio sui ipsius, Christi D. N. eiusq; Sanctorum, ac DEI ex rebus creatis: ac de feruentibus affectibus, qui hæc omnia comitantur.

Tractatus Tertius, de perfecta Contẽplatione, & Vnitione cum DEO.

Tractatus Quartus, de Mortificatione, & operibus heroicis, quæ sunt fructus vitæ Contemplatiuæ, aut ad eandẽ disponunt.

Ipsi Tractatus in certa capita diuiduntur, in quibus aliquæ Diuinorum Mysteriorum Meditationes inseruntur, ipsaq; Orationis praxis cum variarum virtutum exercitatione.

ADMODVM

REVERENDO IN CHRISTO PATRI P. CLAVdio Aquauiua Societatis IESV Præposito Generali.

QVONIAM Patris Ludouici de Ponte sacras Meditationes iussu tuo, Admodum Reuerende Pater, elapso anno à me latinè redditas, multorum teri manibus nõ sine fructu intelligo, animum adieci eiusdẽ Auctoris DVCEM SPIRITVALEM latinitati donare: tum, quia admodum R.P.T. id placuit, tum, quia liber reuera est religiosissimus, spiritualibusque considerationibus, documentis, & ad perfectionem cohortationibus refertissimus: vt non minorem ex eo Lector; quàm ex Meditationibus vtilitatem relaturus videatur. Nihil æque frequenter, fateor, suis in commentarijs Sancti Pa-

tres inculcant atq; illud quòd à Magiſtro didicerunt: *Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Matt.5.48. nihil tamen vereor, ne cuipiam hoc volumen ſuperuacaneo labore, aut cõſcriptũ ab Auctore, aut à me trãslatum poſſit exiſtimari. Duæ enim ferè ſunt hodie de vitæ ſpiritualis perfectione opiniones, ac ſententiæ, duo genera claſſeſve hominum, alij diuiniore lumine colluſtrati, & ardore ſuccenſi, inflãmatiq;, eam, quã ſuo exemplo Patres, Sanctioris vitæ ſemitam præmonſtrarunt, ſibi omni ſtudio, conſtantiaque terendam arbitrantur: Atque vt, quò tendunt, eò aliquando pertingant, nulli parcunt labori. Alij vitijs excæcati, & naturæ corruptioris põdere depreſſi aiunt, perfectionem, & exactiorem illã vitæ ſanctimoniam, horum nec morũ eſſe, nec temporum; & præclarè ſecum agi autumãt, ſi diuinis quoquo modo præceptis obtemperent. Sed quemadmodum priores illi ex huius libri lectione confirmabuntur, ſtabi-

lien-

lienturque, vt feliciùs faciliusq́, posthac in via perfectionis progredi valeant: ita posteriores, quãto versentur in errore, manifestè intelligent: &, quod optamus, mutata mente, videbunt DEI *nec manum esse abbreuiatam*, nec imminutam esse charitatẽ: vt hodie ad perfectionem vocare, vocatosque virtute & gratiâ provehere, aut nolit, aut nequeat. DEVS opt: Max. Admodum R. P. Tuam diutissimè nobis conseruet incolumem: cui si laborem hunc meum, quem imperauit, non improbari intellexero; vel hoc nomine Deo me valde obstrictum confitebor. Isai. 59.2.

Admodum Reuerendæ Patern. Tuæ
minimus in Christo seruus,

MELCHIOR TREVINNIVS.

PRIVILEGIVM CAESAREVM.

CVM Sacræ Cæsareæ Maiestatis decreto, omnibus, & singulis Typographis, & Bibliopolis, ac alijs quamcunq; librariam negotiationē exercentibus, seriò firmiterq; inhibeatur, ne quisquā vllos libros à nostris Patribus hactenus editos, vel in posterum edendos, intra Sacri Romani Imperij regnorum, & dominiorum suæ Cæs. Maiestatis hæreditariorum fines simili vel alio characteris genere, aut forma, siue in toto siue in parte recudere, vel alibi recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere & distrahere, clam seu palam, citrà iudicium ac testimonium supradictorum Patrum audeat, vel præsumat: concedo ego Henricus Scherenus Societatis IESV *per Rheni prouinciam Prouincialis, Ioanni Kinckio Bibliopolæ Colonienſi, facultatem excudendi Ducem spiritualem R. P. Ludouici de Ponte, Vallis-Oletani è Societate* IESV *Theologi, Per R. P. Melchiorem Treuinnium, eiusdē Societatis, ex Hispanico in Latinum translatas. In quorum fidem hoc ei testimonium propria manu subscriptum dare voluimus. E Collegio nostro Colonienſi. Anno 1613. 19. Martij.*

HENRICVS SCHERENVS.

FACVL-

FACVLTAS R. P. PROVINcialis Prouinciæ Caſtellæ.

EGO Chriſtophorus de los Cobos, Societatis Ieſu Præpoſitus Prouincialis, ex commiſſione R. P. Claudij Aquauiuæ Præpoſiti Generalis, concedo, vt Dux ſpiritualis R. P. Lud. de Ponte Eiuſdem Societatis, qui fuerit à viris grauibus & doctis Societatis noſtræ examinatus, & probatus, excudatur. In cuius rei teſtimonium has ſignari, & ſigillo officij mei ordinarij muniri curaui. Vallis-Oleti 14. Septemb. Anno 1608.

CHRISTOPHORVS DE LOS COBOS.

APROVACION.

POR mandado de los Sennores del Conſeio he viſto y leydo todo eſte libro, que ſe intitula Guia eſpiritual, compueſto por el Padre Luys de la Puente de la Compania de Ieſus: y aunque con ſigo trae la cenſura en ſer deſta ſagrada religion, en particular el autor cumple con ſu titulo, pues en todo el diſcurſo del libro enciende tantas lues para guiar al hombre, y enſannarle oracion, meditacion, y las demas virtudes que nos traen a la perfecta vnion con Dios que por ninguna parte puedes errar el camino que aqui ſe le propone, por ſer doctrina Ca-

tholica, ſana y ſolida de los Sanctos, y muy cõforme ellos a Por don de iuzgo ſer digno de que todos le gozemos, y queſe de la licencia que pide Fecha en eſte Conuento de la S S. Trinidad de Madrid à 27. Nouiembr. Anno 1608.

El Padre præſentado Fr. Iuan. Baptiſta.

R. P. PETRVS RIBADENEIra in Catalogo Scriptorum Societatis Ieſu.

LVDOVICVS Pontanus, natione Hiſpanus, patriâ Pincianus, ab ipſis incunabulis factus, atque educatus videtur ad pietatem. Societatem noſtram expetiuit annum agens XX atque admiſſus eſt anno ſalutis M.D. LXXV. cùm iam & philoſophicis diſciplinis eſſet inſtructus, & duos annos in ſacra Theologia vtiliter poſuiſſet. Deinde proſecutus eſt ſtudia literarum, in quibus longo poſt ſe interuallo condiſcipulos omnes reliquit, propter ardorem animi, ingenium, atq; acre iudicium: Itaque Ariſtotelis curſum (vt vocant) docendo confecit, & ſacram etiam Theologiam profeſſus eſt acutè, grauiter, eruditè. Sed cùm non minùs vitæ integritate, ac religione quàm ingenio, atque doctrina excellat, Magiſtri Nouitiorum, atque Rectoris partes Ludouico ſæpè mandatæ ſunt, eaſque peregregiè obiuit. ſed tenui, vel potiùs nulla valetudine, qua ſem-

per

per conflictabatur, coactus est interrumpere & gubernandi, & docendi cursum, & animum ad ea scribenda transferre, quæ longo vsu, assidua meditatione, perpetua sui mortificatione didicit, & non tam ex aliorum libris hausit, quàm in se ipse expertus est. Scripsit materna lingua pias, doctas, perutiles *Mysteriorum fidei Meditationes*, quas duobus Tomis complexus est.

Scripsit præterea insigne volumen, cui titulus est Hispanicè *Guia espiritual*, latinè Dvx Spiritvalis;

Quos ex Hibericis Latinos fecit R.P. Melchior Treuinnius, Societatis nostræ.

Tres item tomos de perfectione spirituali Hispanicè, qui Deo fauente latinè propediem sequentur.

AVCTOR PIO LECTORI.

HIC Liber, Christiane Lector, est compendiaria quædam scientia rerum omnium, quæ ad vitam spiritualem pertinent; & ad veramque eius partem: vitam scilicet ACTIVAM, & CONTEMPLATIVAM, in quarum Actionibus perfectio nostra consistit. Est etiam DVX quidam SPIRITVALIS, nō tam eorum peccatorum, qui malum peccati statū deserere, & per opera pœnitētiæ seipsos iustificare contendunt; quàm eorum, qui omnem diligentiam adhibuerunt, vt veram iustitiam consequerentur: in qua perseuerare, ac proficere contendentes, feruenter pergunt per tres illas vias, quas PVRGATIVAM, ILLVMINATIVAM, & VNITIVAM appellant, donec ad singularum earum supremum culmen perueniant. Et quoniam Intellectus dux est Voluntatis, quæ ex seipsa est potentia cæca: ideo Spiritus scientia, quæ perficit Intellectum, Fidei lumine doniſque Spiritus Sancti illustratum, dux est certissimus omnium affectuum, actionumque à voluntate virtutum habitibus exornata, promanantium. Huius itaque scientiæ summam, siue Epitomen quandam cōtinet hic liber, vt spiritualis perfectionis obtinendæ cupidi, in omnibus dirigantur, quæ ad eam obtinendam præstare oportet, ab ipsis vitæ Actiuæ & Contemplatiuæ rudimentis &

tyrocinio

tyrocynio, vſque ad perfectorum in vtraque ſtatum. Quare ſi TYRO ſis in vtraque, modum & rationem hic inuenies vacandi ſcientiæ COGNITIONIS tui ipſius: in libro ſcilicet conſcientiæ tuæ, miſerias tuas meditando: iudicium examenque tuarum actionum inſtituendo, quo ab omni malo, & imperfecto, quod in eis eſt, purgeris. Inuenies etiam quicquid pertinet ad b MORTIFICATIONEM tui ipſius, rationemque aduerſus carnis inſultus pugnandi, & aduerſus proprium iudicium, voluntatem, ſuperbiam, inanem gloriam, aceſiam ſiue pigritiam, & alia his ſimilia vitia, quæ præcipuæ ſunt recidiuæ radices, maximique puritatis, quam obtinere deſideras, hoſtes. Quod ſi in PROFICIENTIVM iam ſis claſſe, inuenies hic quoque partem illam eius ſciētiæ, quæ te in eo ſtatu conſtitutū concernit: incumbendo nimirū ac meditando in viuo libro c VITAE Chriſti Domini ac Saluatoris noſtri, Sanctorumque eius, ad clariſsimas ipſorum virtutes imitandas: multaque documenta ad felicem in eiſdem progreſſum, præcipuè in magis heroicis; quales ſunt d Charitas, Spes, Obediētia, Puritas intentionis, Cordis cuſtodia, & ſimiles aliæ: e varioſque modos ORANDI, agendique cum Deo, qui omnibus vſui eſſe poſsint. Quod ſi ad ſtatum PERFECTORVM iam perueneris, inuenies & hic perfectiſsimum, quod eſt in ſcientia Myſtica, quæ attollit mentē ad f CONTEMPLATIONEM, & VNITIONEM cum Deo: fructusque operum heroicorū, quæ ab ea

a Tract. 2. c. 4 & ſequentibus.
b Tract. 4. à c. 3.
c Tract. 2. à cap. 95
d Tract. 4. toto.
e Tract. 1. à c. 12.
f Tract. 3. toto.

proue-

veniunt, tam ad perfectionem propriam, quàm ad eandem in proximis procurandam. Et quoniam cognitio sui ipsius, propriæque mortificationis studium etiã pertinet ad PERFECTOS licèt modo quodam excellentiori, & ipsa quoque meditatio imitatioque Christi Domini Nostri, eiusque virtutum, & continuatus in eisdem progressus, simul inuenies supremam, quæ in his omnibus est, perfectionem: quæ instar sit Ducis, siue, cùm eam pro teipso contendis assequi; siue, cùm alios diriges, qui de eadem obtinenda seriò agunt. Quamobrem hic liber, vt qui personarum adeò diuersorum statuum, & in via virtutis adeò inæqualiũ Dux esse debet, materias complectetur etiam varias, & inæquales: dum extollet interdum eas ad altiorẽ perfectionem, quàm soleant assequi Tyrones iuxta suum statum & gradum, licet non altiorem, quàm possint, & verò meritò debeant desiderare, & ad eam aspirare: nisi cùm perfectio ad id, quod rarissimum est, & extraordinarium altius assurgit, quod solet Deus ex priuilegio singulari suis Electis concedere. Omnibus tamẽ expediet, omnia ẽt talia legere, vt ea statim amplectarntu, quæ statui, & conditioni suæ sunt proportionata; contendant verò ad ea, quæ illam excellunt, admirantes rariora illa; & venerantes, quæ non intelligunt, qui non deerunt, qui intelligant, & eis fruantur, dantes verò operam, vt tales sint, qui non censeãtur indigni, quibus tales fauores communicentur: siquidem manus Domini non est ab-

breuiata

breuiata; sed potens ijs, qui nunc sunt, easdem gratias, donaque conferre, quæ prædecessoribus contulit: Nec vlla est anima, quæ sit incapax boni, gratiæque, quã Deus alteri confert, modò illa se ad eam recipiendam disponat per ea media, quę diuinus Spiritus suggerit, sicut in huius libri decursu indicabitur. Cuius quidem libri dispositio, ac distributio potuisset esse, quam hic insinuabimus, vt scilicet primùm ageretur de ijs, quæ ad Tyrones in vtraque vita Actiua & Contemplatiua spectarent: Deinde verò gradus fieret ad ea, quæ sunt propria Proficientium; ac demum ad ea, quæ Perfectorũ: sed, ne, quæ ad singulas virtutes spectarent, separarentur, decreui eam methodum tenere, quam in subiecta mox Introductione indicabo.

INTRODVCTIO.

IN QVA OSTENDITVR EXCELLENTIA SCIENTIAE SPIRITVALIS, QVAE PER ORATIONEM & reliqua vitæ CONTEMPLATIVAE opera, de quibus in hoc libro agitur, obtinetur.

Lib. de orando Deum in principio.

DVplici nomine ait S. Chrysostomus, plurimùm teneri nos omnes, laudibus euehere ac suspicere Sanctos Patres, qui nos præcesserunt: tum, quòd exemplo suo nos orare docuerint; tanti facientes orationem, vt salutis ac perfectionis suæ spē in ea collocarint: tum quòd doctrinam directionemque à Deo ipso, circa excellentem hanc virtutem, acceptam, intercidere passi non sint: sed scriptam reliquerint, vt eorum posteris vsui, & vtilitati esset, more parentum, qui suas diuitias thesarosque filijs suis relinquere cōsueuerūt. Et, ne soli propriæ experientiæ fiderent, confirmarunt, quæ scripta reliquerunt insignibus testimonijs sacrarum litterarum, in quibus huiusmodi thesauri sunt absconditi: Nam ingressi illi huius immensi maris altitudinem, in quo veritatum, virtutūque cœlestium gemmæ inueniuntur, in lucem eas produxerunt, quò & seipsos, & cæteros ditarent, atque exornarent. Ex altissimo verò hu-

ius ma-

ius maris, scientiam quoque spiritus hauserunt? quæ viam docet perfectæ sanctitatis, & occultiorem, magisque familiarem cum Deo, & occultis eius mysterijs tractatione m: propter quã causam appellatur Scientia mystica, secretaque siue occulta, quæ sensim comparatur actionibus vitæ cõtemplatiuæ, quam S. Bernardus appellauit *Lectionem* sacrorum & piorum librorum: *Meditationem* diuinorum mysteriorum; *Orationem*, qua diuina dona à Deo petuntur; & iucundã magnitudinũ eius *Contemplationẽ*, in qua altissimæ huius scientiæ perfectio cõsistit. cui' scientiæ excellentiarũ breuẽ hic summam ponam, vt omnes ad eam procurandam alliciamur. Omni enim dubio procul, reliquas scientias omnes, artesque huius mundi incomparabiliter excedit: quia omnibus illis excelsior est, nobilior, sanctior, vtilior, delectabilior, durabilior, ac finis denique vltimus, in quo huius vitæ beatitudo, ad quam omnes illæ diriguntur, consistit.

Initio scalæ claustraliũ.

38

Scientiæ mystiçæ extollentiæ.

ALTior est, quia proprium eius obiectum est ipse Deus: & quidquid hæc scientia pertractat, versatur circa altissima eius Diuinitatis & humanitatis mysteria: quòd si etiam de nostris miserijs agit, id facit, vt nos ab eis eruat, extollens materiam hanc ad altissimum finem æternæ nostræ beatitudinis. Ideoque diuina sapientia iubet, vt ipsam audiamus: a *quoniam de rebus* inquit, *magnis locutura sum*, imo de maximis, quæ vel in terra, vel in cælo esse possunt.

1.

a Prou. 8. 6.

2. Est etiam omnium scientiarum NOBILISSIMA, quia eius origo & principium, à quo suam ducit nobilitatem, est Spiritus S. qui præcipuus est eius Magister, vnà cum infusæ sapientiæ dono: qui non eam docet, nisi eos, qui nobilitatem habent filiorum Dei, aut quibus simul cum eâdem doctrinâ nobilitatem communicat, vt ita impleatur, quod scriptum b Isai .54.13. est in Prophetis, quod b *vniuersi filij* Ecclesiæ c Io.6.3. 45. *docti essent à Domino*, siue c *docibiles* Dei. Ex 3. quo fit, vt eminenter appellari possit hæc scientia SANCTA: quia eam addiscentes, sanctos facit, heroicisq; virtutib. exornans, (vt Sapiens ait) d *amicos Dei constituit*, arctâ valde & perd Sapien.7. 27. fectâ amicitiâ: ideoque illam appellat e *scientiam Sanctorum*: quia reliquæ scientiæ sunt e Sap.10. 10 communes etiã peccatoribus: qui esse possunt sicut Cherubini propter scientiæ plenitudinẽ, qualis fuit Lucifer: sed hæc scientia constituit Seraphinos, non solum eos illustrando, sed inflammando etiam igne charitatis, quæ (teste in cap. 7. Angel. Hierarchiæ. Hugone de S. Victore) eò penetrat, quò scientia nõ pertingit, eò ꝙplus diligat, quàm intelligat, magisq; feruentibus, affectib. quàm subtilibus ratiocinationibus innitatur. Hinc etiam 4. prouenit, vt eadẽ sit summè VTILIS, eò, quod f Sap.7. 11. sit mater f *omnium bonorum quæ cum illa pariter veniunt*, cum innumeris diuitijs, valoris & pretij æstimabilis, & quamuis præcipui eius thesauri sint spirituales, quamobrem sapiens g *infinitum eius thesaurum hominibus* appellat; ex commodis tamen, quæ spiritus ac-

cipit

cipit alia etiam plurima valde honorifica, corporiq́ue salutaria deriuantur: Quia ingenti lætitia, quiete, & solatio gaudet. quare qui illã possidet, pluris multò eã facit, ac h *diligit, super ipsam salutem & speciem*, siue corporis pulchritudinẽ: *præponit illam regnis, & sedibus: & diuitias nihil esse ducit in comparatione illius; non illi comparat lapidem pretiosum: omne aurum tanquam arenam exiguam, & argentum tanquam lutum reputat.* h Sap. 7. 10.

Huc accedit quod eadẽ scientia DVLCISSIMA sit, & præ omnibus alijs scientijs maximè oblectet. i *Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam, & gaudium.* Nam contemplatio (teste S. Gregorio) est ipsamet dulcedo, adeò amabilis, vt animã supra seipsam eleuet, eiq́ue secreta reuelet cælestia, ac delicias charitatis præbeat degustandas. Et teste Diuo Thoma, Contemplationis voluptas tantum excedit omnes reliquas humanas voluptates, quantum ipse spiritus carnem excedit; & gaudium, quod oritur ex amore Creatoris, excedit omne illud, quod vilis Creaturæ amor efficere potest. 5. i Sap. 8. 16. Homil. 14. in Ezech. 22. q. 180. a 7.

Huc accedit alia Contemplationis excellẽtia, quòd sit valde *diuturna*, diuq́ue duret. k *pars* enim, *quam elegit Maria, & optima est*, & *non auferetur ab ea*; Et (vt ait S. Greg.) Contemplatio, quæ in hac vita inchoatur, in altera perficitur: quia l *charitas*, (teste Apostolo), *nunquam excidit*: & quæ in hoc exilio & pere- 6. k Luc. 10. 42. vbi supra D. Thom. supra a. 8. l 1. Cor. 13. 8.

grinatione Deum diligebat, obscura eum fide contemplando: multò ampliùs diliget in cælo, eundē claro lumine intuendo. confirmat verò
7. hæc omnia, quod beatitudo, quæ in hac vita tāquam pignus æternæ illius, quam in ipsa gloria speramus, obtineri potest, consistat in exercitatione sanctæ huius, ac delectabilis Scientiæ & Sapientiæ altissimæ: quia cum amore contem-
8. plamur ipsummet Deum, in quo omnis nostra quies solatiumque consistit.

Ac denique cùm tanta sit sapientiæ huius celsitudo, est adeò infinita magni nostri Dei liberalitas, vt omnibus iustis dona habitusque communicet, à quibus nobilissimæ eius actiones exercitationesque proueniunt, quas omni hominum generi in omnibus statibus, & officijs largitur, ne vllus à tam excelso bono se iudicet excluſum, modò illud desideret, magnoque affectu à Deo petat: sunt enim desiderium & oratio potissimum medium ad illud obtinen-
m Sap. 7. 7. dum, vt sapiens ipse fassus est dicens: m *optaui, & datus est mihi sensus intelligentiæ, & inuocaui* Deum, *& venit in me spiritus sapientiæ*, O felix desiderium, quo ad tantum bonum recipiendum disponimur! O beata oratio, quæ talem Spiritum obtinet? Quis adeo in agendo remissus erit, vt tantas Diuinæ huius scientiæ excellentias audiens, non eius amore accendatur? non clamet? non spirans gemat, vt illam obtineat? magno Spiritus feruore dicens: O sapientia æterna, quæ absque vlla inuidia te creaturis tuis communicas, tuosque filios, & dile-

ctos

ctos amicos, tui participes facis, veni ad Spiritum meũ, tuoq; illum reple: quò ita te cognoscat ametque, vt ex vtroque vnus fiat. O Pater supreme, n *mitte* diuinam hanc sapientiam *de cælis Sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ vt mecum sit, & mecum laboret: vt sciam, quid acceptum sit apud te: scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè*, vt mihi expedit. o *Si difficile æstimamus, quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quæ in cælis sunt* abscondita, *quis inuestigabit? sensum autem tuum quis scit, ni situ dederis, sapientiam, & miseris Spiritum Sanctum tuũ de altissimis?* eũ ergo mitte, quiea nobis reuelet, vt quod tibi placitũ est, sẽper faciamus, procurantes ita implere, quidquid nobis præcipis, vt ẽt obtineamus, quod ꝓmittis. Amẽ

n Sap. 9.10.
o vers. 16.

Partitio huius libri.

QVoniam verò Spiritus S. qui huius scientiæ Magister est, non excludit nostram diligentiam & hominum instructionem, ac directionem, præcipuè Sanctorum, quos ipse eam docuit, quò alios illi doceant, hanc inq̃ ob causã ex ijs, quæ in suis libris scripta reliquerũt, à Diuino hoc Magistro instructi, qui vsq; in hunc diem non cessat hoc officio erga paruulos fũgi, excepi ego hunc librũ, q̃ sit quasi Dux spiritualis omnib. illis, qui hanc scientiã addiscere, & in vitæ cõtemplatiuæ actionib. ꝓficere cupiunt. quẽ librũ partimur in 4. partes, in quarum

PRIMA agetur de familiari animæ cum Deo tractatione per ipsam Orationem, Deiq́ue cum anima per Diuinas suas inspirationes. In qua parte colligemus quidquid excellentissimum, & defæcatissimum est ipsius spiritus, id, quod est tanquam flos vitæ contemplatiuæ, & quod ordinariè illi experiuntur, qui excelsæ huic mentalis Orationis exercitationi se dedunt: siue illud respicias, quod ipsi præstant; siue quod à Deo, dũ illos visitat, accipiũt.

SEGVNDA pars erit de sacrorũ, piorumque librorũ lectione, & Meditatione Diuinorũ mysteriorũ, adhibita lectione & studio librorum mysticorũ huius scientiæ, qui sunt, propria conscientia; creaturæ spectabilis huius mundi; vitæ Sanctorum & ipsius Sancti Sanctorum: quò perfecta sui ipsius cognitio Christiq́ue Domini, ac Dei obtineatur, quatenus ea ex ratiocinatione creaturarum elicitur; & simul feruentes affectus concipiantur, qui ex hisce cognitionibus, cum perfectæ sunt, enascuntur.

TERTIA pars erit de perfecta contemplatione & vnitione cũ Deo Dño nostro, quæ pertinet ad VIAM VNITIVAM; ac de arcanis scientiæ mysticæ occultissimis, tã ordinarijs, quã extraordinarijs, eo modo, vt intelligi possint: quibus addentur etiam admirandi alij affectus coniunctionis, & amoris erga proximos, qui ipsam Mysticam scientiam comitantur. Et quãuis harum rerum nonnullæ positæ fuerint in libro, ante paucos annos edito Meditationum, circa sanctæ fidei nostræ mysteria, & praxis o-

rationis

rationis mentalis circa eadem: ibi tamen valde summatim id factum est, quia animus erat, materiam tantùm, & argumentum Orationis, ac Meditationis, practicamque earũ exercitationem proponere, fusiori declaratione virtutũ, quæ comitantur orationem, & reliquarum rerum, quæ in actionibus vitæ contemplatiuæ eveniunt, in hunc librum reiectâ: in quo, Deo bene fauente, supplebimus, quidquid in illo altero defuit, theoriam ipsam praxi coniungentes, docentesq; orare & agere cum Deo, quò simul vtriusque exercitium conspiciatur. Ideoq; singula ferè capita, Meditationũ loco esse queunt, cum distinctione punctorum, quæ possint in ipsa orationis collectione expendi.

Sed, quoniam perfecta oratio & contemplatio non potest esse sterilis, quartum his Tractatum addemus, de præcipuis vitæ ACTIVAE actionibus in omni genere virtutum: quæ actiones, cùm sunt in quodam minùs perfecto gradu, disponunt ad vitam contemplatiuam; in gradu verò perfectiori, sunt eiusdẽ fructus. Agemus autem de eisdem in vtroque gradu, vt perfectionis cupidi in eo gradu eas inueniant, in quo illas desiderant. Simul etiam agemus de ratione Orationis, & Considerationis practicæ, quæ ipsas virtutes comitantur; De vita item MIXTA, quæ ex contẽplatione deducit ea, quę alios doceãt, quò huiusmodi fructus non ad solã nostram perfectionem alligentur, sed extẽdant se ad proximorum quoque perfectionem. His autem declaratum, & perspicuum manebit,

quidquid pertinet ad vitã Actiuã & Contemplatiuam, atque cõpositam ex vtraq;, & quã alij *Theologiam Mysticam* appellant, tam contemplatiuam, quàm practicam, cuius excellentias initiò tantum insinuauimus, sed eædem fusius in huius libri progressu tradentur. Quoniã autẽ in his materiis adferri interdum solent verba quædam grandiloqua, & noua, quæ etsi ea dicentem, altissimum aliquem sensum habere insinuent; rem ipsam tamen non ita declarant, vt omnes possint eam intelligere, operam dabimus, vt rerum altitudini verborum claritatem coniungamus, ea adhibentes, quæ communi vsu (quæ maximè vera propriaque sunt) vsurpantur: mysteria enim per seipsa sunt adeò excelsa, vt ad eorum debitam æstimationem opus non sit, nisi vt declarentur.

Et quamuis in hoc libro, qui DVX SPIRITVALIS appellatur, studuerim non proprio meo sensu duci, sed tanquam ducem sequi lumen fidei, ac Diuinæ Scripturæ, Sanctorũq; Patrum expositionem, sicut supra dixi: tamen quia tanquam homo labi possum, siue ex ignorantia, siue inaduertentia, quidquid in hoc libro scripsi, correctioni subijcio Sanctæ Matris Ecclesiæ, quæ columna est, & firmamentum veritatis, statuens nec in puncto velle me ab ea discedere.

INDEX CAPITVM PARTIS PRIMAE, QVAE DVOS CONTINET Tractatus.

INTRODVCTIO. *In qua ostenditur excellentia scientiæ spiritualis, quæ per Orationem & reliqua vitæ Contemplatiuæ opera, de quibus in hoc libro agitur, obtinetur.*

TRACTATVS PRIMVS *de familiari modo cum Deo agendi in Oratione, & ipsius Dei in eadem visitationibus per suas inspirationes.*

CAP. I. *Quod perfecta Oratio sit quidã ascensus nostri spiritus ad Deum, ad Colloquendum familiariter cum eo: complectitur autem sex actus heroicos: declaraturq; summatim quod pertinet ad singulos, quod est velut fundamentum huius libri.* pag. 1

CAP. II. *Ponitur summa quadam excellentiarum, & vtilitatum perfectæ orationis: & virtutum: quæ in ea exercentur, & rerum, quæ in eadem tractantur, extractæ ex precatione Dominica, & septem eius petitionibus.* 28

CAP. III. *De admiranda orationis vi ad vincendum in spiritus palæstra, luctante ipsa cũ ipsomet* DEO. *& quàm magna bona in ea lucta ipsa lucretur, & hac ratione tum ipsos*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dæmones: tum quatuor internos hostes, vincit, quæ illam oppugnant: declaratur etiam, qui illi sint, & qua ratione vincendi. 48

CAP. IV. Quod Oratio sit Dei donum, &, quod aliud sit omnibus commune, aliud aliquibus particulare: &, cui hominum conditioni communicetur: & qua ratione ex vtroq; profitiemus, nosq; ad rectè in orationem incumbendum præparabimus. 67

CAP. V. Varios esse modos orandi, & agendi cum Deo: omnes fundari in memoria diuinæ præsentiæ: admirandam esse huius memoriæ efficacitatem, ad bonum orationis euentum, progressumq; in tribus vijs, Purgatiua, Illuminatiua, & Vnitiua. 87

CAP. VI. In quo ponuntur summatim varij modi, quibus Deus nobis est præsens; & modus quidam orationis circa illos, ad frequentem Dei memoriam habendam, & in eius conspectu ambulandum. 106

CAP. VII. De varijs alijs modis, quibus aspicere possumus Deū præsentem, qui possunt accōmodari varijs orandi, & contemplandi formis. 122

CAP. VIII. De interna adoratione, & reuerentia, in conspectu Dei, & quod illa comitari debeat omnes actus orationis: Et de quodā orādi modo, exercendo proprios eius actus. 138.

CAP. IX. De externa Adoratione, & Reuerētia, & situ corporis eiusq; praxi in oratione. 153

CAP. X. De munerib. & spiritualibus sacrificijs in Dei conspectu offerendis cum deuotionis affecti

affectibus: ac de modo quodam orandi, eadem, ob fines varios offerendo. 163

CAP. XI. *In quo substantialis, sensibilisq; Deuotio consistat, vnde oriatur, quibus medijs comparetur, & quo pacto suas offerat oblationes in Oratione.* 171

CAP. XII. *De quatuor modis orandi, & cum Deo colloquendi, quos ponit Sanctus Paulus, & eorundem inter se ordine Agitur hic de primo, quo glorificationem & laudes Dei, amoremq; & exultationem de eius excellentijs complectitur.* 186

CAP. XIII. *De forma Orandi, & cum Deo loquendi per gratiarum actionem, Varios gratitudinis actus pro beneficijs ab eo acceptis offerendo: qui modus ostenditur in quadam oratione Dauidis in Extasi existentis.* 198.

CAP. XIV. *De forma Orandi, & cum Deo loquendi per petitiones, aut earum insinuationem, & per obsecrationem adducendo titulos ex parte Dei Christi Domini, Beatissimæ Virginis, & reliquorum Sanctorum.* 209

CAP. XV. *De fiducia in Deum, quæ debet orationem comitari: & qua ratione innitatur ei veritati, quòd Deus sit iustus Iudex, amicus fidelis, liberalis in faciendis Eleemosynis: & Pater valdè beneuolus, & qua ratione temporalia bona petenda, & ab eo speranda sint.* 235

CAP. XVI. *Heroicam fiduciam fundari in vnione cum vnigenito Dei filio, eamq; etiam*

ad orandum pro alijs extendi, quæ indicia ostendant, orationem exauditam esse: & quanam sint exiguæ fiduciæ radices. 258

CAP. XVII. *Lachrymas solere comitari Orationem & à varijs spiritibus prouenire, & quæ ratio illas impetrandi eiusq; vtendi.* 275

CAP. XVIII. *De vsu vocalis Orationis cũ attẽtione, & spiritu: & quod ex triplici attẽtione illa sit optima, quæ Dei præsentiã respicit.* 289

CAP. XIX. *De Locis & temporibus ad Orandum designandis: de frequentia, continuatione, & perseuerantia vsque ad mortem: de varijs modis Orandi semper.* 302

CAP. XX. *De Visitationibus, & internis Dei in Oratione collocutionibus, earum admirandis proprietatibus, affectibus, & causis: medijsq; ad eas impetrandas.* 326

CAP XXI. *Has Visitationes, & interna colloquia præcipuè esse ab inspirationibus Spiritus Sancti, & etiam ab impulsu boni Angeli. itẽ à conscientia, & charitate: & quod eadem nos ad omnia bona opera adiuuent.* 354

CAP. XXII. *De tribus extraordinarijs modis, quibus Deus hominibus loquitur: & quosnam eius verba effectus habeant.* 375

CAP. XXIII. *Varia documenta, & regulæ generales ad cognoscendas veras visiones, inspirationes, & reuelationes Dei: impulsuq; spiritus boni.* 383

CAP. XXIV. *De alijs regulis, & magis particularibus indicijs boni spiritus, ex admirandis eius affectibus.* 418

DVCIS

DVCIS SPIRITVALIS TRACTATVS SECVNDVS, DE SACRA LECTIONE, & Meditatione,

COMPLECTENS *quicquid pertinet ad cognitionem sui ipsius, Christi Domini nostri, eiusq; Sanctorũ, ac Dei, ex rebus creatis, & ad feruentes affectus, qui eandem cognitionem comitantur.* 439

CAP. I. *De Meditatione Diuinorum mysteriorum, & quod eius finis sit, tres perfectas cognitiones gignere, Dei videlicet, Christi, suiq; ipsius, ad permouendam voluntatem ad effectus feruentes, & quisnam in eis ordo sit seruandus.* 441.

CAP. II. *Libros sacros, præcipuè verò Euangelia copiosam præbere meditandi materiam, & triplicem eius cognitionem, & qua ratione illi sint cum fructu legendi.* 464

CAP. III. *Librum creaturarum, amplum nobis suppeditare Meditationis argumentum, ad consequendam cognitionem propriam, & ipsius Dei, & quid in eis sit meditandum.* 480

CAP. IV. *Inchoatur tractatio propriæ cognitionis, quæ obtinetur legendo, & Meditando in libro propriæ conscientiæ: aperiuntur tria maximè damna, quæ ex ignoratione ipsius*

ne ipsius proueniunt, & in quo illa consistat. 502

CAP. V. *De propria cognitione ex miserijs, quæ tum à peccato originis; tum ab alijs actualibus nobis eueniunt: & ex nihilo, quod ex nobis ad bona opera habemus: & quod ex his ascenditur ad cognitionem Dei.* 515

CAP. VI. *De propria cognitione ex miseriis, quæ tempore mortis euenire possunt.* 537

CAP. VII. *Varij affectus, & vtilia exercitia, quæ peccatorum & miseriarum nostrarum cognitionem comitantur.* 553

CAP. VIII. *De propria cognitione circa bona, quæ habemus, per quæ ascendimus ad cognitionem Dei, per heroicos humilitatis & gratitudinis affectus.* 578

CAP. IX. *Ecclesiam, & eius Sanctos librum esse viuum, ex quo discitur scientia Spiritus, & propria, Deiq; cognitio.* 593

CAP. X. *Incipimus agere de Perfecta* IESV CHRISTI *Domini nostri cognitione, quæ obtinetur, meditando viuum ipsius vitæ librum: proponuntur summatim omnia eius mysteria, & virtutes.* 623

CAP. XI. *Perniciosam esse ignorantiam eius, quod est Deus, & Christus Seruator noster: & perfectam eius cognitionem consistere in transformatione quadam Spiritus nostri in viuam eius gloriæ imaginem: & qua ratione hæc transformatio fiat: & quæ eius excellentiæ.* 640

CAP. XII. *Quod in libro vitæ Christi Domini nostri*

nostri meditandæ sint septem admirabiles vnitiones, siue coniunctiones rerum valdè distantium, cum varijs affectibus humilitatis & charitatis. 660

CAP. XIII. *De Cognitione Christi Domini, quò ad ea, quæ in primo suo in mundum ingressu gessit: tam occultè in ipsa Conceptione, quàm apertè in Natiuitate.* 680

CAP. XIV. *De lectione & Meditatione in libro Iesu Christi Crucifixi, & octo præstantissimis proprietatibus diuini amoris vnitiui, quæ in eo perluxerunt.* 697

CAP. XV. *De amabili* IESV CHRISTI *cognitione, quæ est in Sanctissimo altaris Sacramento: ac de septem stupendis rebus, quas in se includit, cum admirandis virtutibus & exemplis perfectionis, ad eundem cognoscendum, perpendendis ac meditandis.* 722

CAP. XVI. *De amore vniente nos cum Christo Domino nostro: & cum proximis, qui per hoc Sanctissimum Sacramentum obtinetur: & quosnam gradus hæc vnio habeat.* 746

CAP. XVII. *Quod Meditationi Mysteriorum Seruatoris nostri adiungenda sit mortificatio, & imitatio: in quibus tribus actibus consistit manducatio spiritualis, quæ dispositio est ad Sacramentalem.* 772

CAP. XVIII. *De Christi Domini nostri cognitione iuxta gloriosum statum, quem habet in Cœlo Empyreo, & officijs præclaris, quæ illic erga nos exercet.* 789

IN-

INDEX CAPITVM TRACTATVS TERTII, De Perfecta Contemplatione, & Vnitione cum Deo.

NTRODVCTIO, 3

CAP. I. *Quod huius vitæ beatitudo consistat in perfecta contemplatione & amoris vnitione cum Deo: & quas habeat excellentias, ac nomina.* 7

CAP. II. *De ijs, quæ perfectam contemplationem præcedunt, & quòd ea sit speciale Dei donum, quamuis non omnibus donetur, ac de huius causis.* 25

CAP. III. *De Essentia Contemplationis, & virtutibus, donis, atq; illustrationibus Spiritus Sancti, ex quibus illa procedit: deq; admirandis eius proprietatibus.* 43

CAP. IV. *Variæ viæ, & gradus Contẽplationis, quomodo primus est per creaturas, collocando earum perfectiones, cum infinita excellentia in ipso Deo, noscq; in ipsas diuinas per affectus amoris transformando* 58

CAP. V. *Qua ratione Deus cognoscatur ascendendo super omnes creaturas, remotis ab eo earum limitationibus: deq; excellentia amoris ei respondentis.* 72

CAP. VI

CAP. VI. De animi magnitudine, quo perfectior animi recollectio est procuranda, altiorq; ac securior præsentiæ Dei Contemplatio ex actionibus sublimioribus, quæs vel in terra, vel in cœlo fecerit. 84

CAP. VII. De altera Contemplatione valdè alia & vtili, quam Apostolus appellat comprehensionem latitudinis, longitudinis, sublimitatis, & profunditatis Dei, vt eodem impleamur in omnem eius plenitudinem. 102

CAP. VIII. De tribus extraordinarijs Contemplationis formis, in quibus Deus D. N. Mysteria sua manifestat perfiguras corporeas, imaginarias, aut etiam sine illis: ac de admirandis effectis, & proprietatibus earum 113.

CAP. IX. De vnitione cum Deo per cognitionem & amorem, quæ propria est vitæ vnitiuæ: & de stupendis eius proprietatibus & effectibus. 140.

CAP. X. Qua ratione prædicta vnitio adiuuet, exaltetq; opera vitæ Contemplatiuæ: & impetret perfectè experimentalem Dei cognitionem: & in quo hæc cognitio consistat. 155.

INDEX CAPITVM TRACTATVS QVARTI, DE MORTIFICATIONE, ET Excellentibus operibus, quæ vel sunt fructus vitæ Contemplatiuæ, vel ad eam disponunt.

INTRODVCTIO, *De octo excellentioribus modis vnitionis in bonis operibus, ad quos reducuntur fructus vitæ Contemplatiuæ: ac de orationis & considerationis praxi, quæ illas comitatur, pag.* 167.

CAP. I. *Quod præcipuè vitæ Contemplatiuæ fructus sint Conformitas cum exemplaribus virtutibus Dei, & Christi D.N. eiusq; leges sanctißimæ: ac subiectio sub diuina ipsius gubernatione.* 179

CAP. II. *Quod necessarius sit Magister visibilis, qui nos dirigat in operibus vitæ Actiuæ & Contemplatiuæ, cuius fructus est etiam humilis subiectio sub ac directione.* 191

CAP. III. *Mortificationem esse effectum, orationis, disponere verò ad contemplationem, cuius illa inperfectiori gradu est fructus: & quæ in eo gradu illa complectatur: & quænam sint eius excellentes proprietates.* 212

CAP.

CAP. IV. *De tertio fructu orationis, Renunciatione scilicet omnium rerum, & variis eius gradibus, quorum alij ad contẽplationem disponunt, alij ex ea nascuntur: & quod in ea promissum centuplum obtineatur.* 238

CAP. V *Quod meditatio & contẽplatio per propriam cognitionem producant perfectam Superbiæ mortificationẽ, pugnentq; contra oẽs eius actus, gignendo heroicos humilitatis.* 256

CAP. VI. *Quaratione Propria Cognitio, aliis Considerationibus adiuta congrediatur cum inani gloria, & honorum ac dignitatum ambitione easq; vincat.* 275

CAP. VII. *Veram orationem & contemplationem impellere ad mortificationem proprij iudicij, vt Dei, eiusq; ministrorum iudicio se subijciat: & hunc fructum esse excellentem, & quaratione is obtineatur.* 292

CAP. VIII. *Orationem & Contemplationem obedientiæ cæcæ, discretatamen, mortificare curiositatem proprij iudicij in rebus fidei, & gubernationis Dei eiusq; ministrorum.* 310

CAP. IX. *Præcipuum fructum vitæ contemplatiuæ esse perfectam voluntatis propriæ mortificationem & vnitionem, conformitatemq; eius cum diuina.* 326

CAP. X. *De tribus Heroicis gradibus Obedientiæ, quaparetur voluntati Dei, & tribus excellentibus charitatis affectibus: & quaratione illi impetrentur in Oratione & Contemplatione.* 344

CAP. XI. *Quod pura intentio omnibus nostris*

actionibus, excellens sit fructus Orationis, & Contemplationis, mortificatis intentionibus contrarijs. Insinuantur omnes gradus & modi bonæ intentionis, vsq; ad supremam. 367

CAP. XII. *Orationis & Contemplationis proprium esse, feruentia & efficacia desideria producere crescendi in omnibus virtutibus: quas proprietates hæc desideria habere debeant: quodq; medium in eis seruandum.* 398

CAP. XIII. *Admiranda quædam Spiritus sancti documenta ad excellenter crescendum in virtutibus cuiusq; statui accommodatis: in omni loco & tempore prospero & aduerso.* 411

CAP. XIV. *Cordis custodiam necessariam esse ad opera vitæ contemplatiuæ: quæ etiam illud custodiunt prudentia & zelo puritatis: & quàm sit excellens hic fructus.* 433

CAP. XV. *Custodiam quinque Sensuum, perfectamq; eorum mortificationem esse necessariam ad custodiam cordis, benèq; habēdam orationem: eandem quoque custodiam, Orationis esse fructum, ad suam propriam conseruationem: præcipuè verò eosdem sensus custodire castitatem, temperantiam, & modestiam.* 453

CAP. XVI. *De custodia linguæ, & eius, aut tacendum & loquendum, prout oportet, directione: & quod hic sit fructus orationis, mediumq;, quo illa conseruatur, & omnes virtutes augentur.* 478

CAP. XVII. *De tentationibus Acediæ tepiditatis, & pusillanimitatis, quæ orationem &*

fructus eius oppugnant: & qua ratione illæ ab ea expugnentur, pugnando scilicet contra inanes timores laboris & difficultatis, ipsius virtutis. 500

CAP. XVIII. *Qua ratione vincenda sit tentatio mutabilitatis, & inconstantiæ, quæ ex tepiditate & acedia oritur, & quam sit præstans virtus perseuerantiæ.* 524

CAP. XIX. *Quod vita Contemplatiua proferat vltimos fructus amoris, & coniunctionis cum proximis: quàm hæc coniunctio sit præstans: quas res complectatur, quæ sint eius motiua.* 541

CAP. XX. *Contemplationem habere tres classes in quibus docet, efficitq; particularem vnitionem cum superioribus, æqualibus, & inferioribus, ac Zelum salutis animarum, cum magno amoris excessu.* 556

CAP. XXI. *De vita mixta, quæ Contemplatiua coniungit opera maximè heroica Actiua, in auxilium proximorum: & quibus hæc vita conueniat.* 573

CAP. XXII. *Ponitur quoddam Compendium, & summa excellentiarum & commodorum eius statui, qui propriæ perfectioni & proximorum attendit, & quænam auxilia & præsidia habeat ad superandas difficultates, & pugnas occurrentes.* 591

FINIS.

TRACTATVS PRIMVS

DE FAMILIARI MODO CVM DEO AGENDI IN ORATIONE, ET IPSIVS Dei in eadem visitationibus per suas inspirationes.

CAPVT I.

QVOD *perfecta* ORATIO *sit quidam ascensus nostri spiritus ad Deum, ad colloquendum familiariter cum eo: complectitur autem sex actus Heroicos: declaratur q. summatim quod pertinet ad singulos, quod est veluti fundamentum huius libri.*

TOT sunt adeoque eminentes perfectæ ORATIONIS actus; adeò variæ excellentesque proprietates eius: vt ad integram earum notitiã tradendam, necesse sit multis vti definitionibus, quas SS. Patres nobis reliquerũt. Sed omnes ferè illi fundamento nituntur, quod ipsa ORATIO (vt ait Sanctus

Lib. de Orat. dominic. c. 1 S. Chryst. li. 1 de orando Deum, & Homil 30. in Genes. est colloquium cum Deo.

Gregorius Nyssenus) sit conuersatio sermocinatioque animæ nostræ cum Deo, in negotio nostræ saluationis ac perfectionis; miscendo scilicet sermones cum diuina Maiestate, nunc verbis externis ore prolatis, quæ vocatur oratio vocalis; nunc internis solùm, quæ ab ipso spiritu siue mente procedunt; & hæc dicitur mentis oratio. Non tamen existimandum est huiusmodi colloquium fieri verbis duntaxat; sed complectitur etiam excellentissima interna opera, quæ spectant ad vitam contemplatiuam, & ad id, quod in ea est supremum, vnitionem scilicet spiritus nostri cum Deo: conferendo cum eo, & instando, vt ea nobis largiatur: adhibita quoque ex parte nostra omni industria ad ea obtinenda & possidenda. Et sicut manus ad res aliquas capiendas, & opera sua facienda quinque digitos habet, licet potissimum eius robur in tribus primis consistat: ita anima nostra ad prædictas has actiones, vtitur quinque internis suis facultatibus, sed præcipuè tamen tribus spiritualibus, memoria videlicet, qua rerum recordatur; intellectu, quo easdem cognoscit; & voluntate, qua vel diligit, vel odio habet: quibus facultatibus duæ aliæ inferiores subseruunt, vis scilicet imaginandi, qua imagines & figuras rerũ, quæ sensibus externis percipiuntur, formamus: quæ vis suo quoq; modo fert de illis iudicium; & vis appetit⁹ sensuũ, à quibus procedũt actus amori odioq́; sensibili; gaudio, & tristitiæ; desiderio, & timori, & similibus alijs cõsẽtanei. Quę

omnes

omnes facultates cõuenire ſolent in oratione mentis, eleuantes actus ſuos ad altiſſimum & ſupremum obiectũ, quod habere poſſunt, qui eſt ipſe Deus: innitentes præcipuè virtutibus, quas Theologicas appellamus: quia reſpiciunt Deum, quà is eſt ſumma veritas: cui propterea fit adhibenda fides; ſuprema beatitudo, quam debeamus ſperare; immenſa bonitas, quam debeamus diligere; & infinita excellentia, quã adorare, & cui ſeruire ac obedire oporteat. Quare oratio præcipuè innititur viuæ fidei rerum, quas Deus reuelauit; ſpei certæ rerum, quas promiſit; & accenſæ charitati eius Domini, qui eas reuelauit, ac promiſit, ſimul cum feruenti deſiderio eundem honorandi ac eidẽ obediendi in omnibus, quæ præcipit: vt hac via conſcendamus ad videndum, quod credimus; & poſſidendum, quod ſperamus; vniendo nos per amorem ſummæ illi bonitati, quam amamus. quod totum plenè obtinetur in cœlo; quamuis delibari incipiat in terra.

EX quo apparet, quòd ORATIO ex ſententia S. Ioan. Damaſc. ſit *aſcenſus quidam ſpiritus noſtri ad Deum*, ad ſuauia hæc iucundaque colloquia cum eo commiſcenda, & heroica iſta opera exercenda. Qui aſcenſus benè intelligetur, fietq; rectè, ſi ſtatuamus, quis ille ſit, qui aſcendit: vnde & quò aſcendat, per quos gradus aſcendendum ei ſit, quẽ finem in eo aſcẽſu ſibi præfigere debeat, quidq; tãdẽ in eo facere.

Lib. 3. fidei c. 14.

S. Thom. 2. 2 q. 83. a. 1.

QVI aſcendit non eſt corpus ſed ſpiritus: neque enim aſcenſus ipſe corporalis eſt, 1.

sed spiritualis; nec corporis passibus fit, sed spiritus, *cognitione* videlicet & *affectu*: COGNITIO pertinet ad intellectū, illustratum fide, donisque spiritus sancti, quæ illum perficiunt. AFFECTVS pertinet ad voluntatem deuotionis amorisque igne accensam, & alijs virtutibus, quæ illam comitantur, adiutam. Hos (ait S. Bonauentura) esse animæ nostræ pedes, de quibus loquitur Dauid, cùm ait, a *Deus perfecit pedes meos tanquam ceruorum & super excelsa* diuinorum suorum mysteriorum *statuit me*. Et sicut vnico tantùm pede nec ambulare quis, nec currere potest, sed vtrumque adhibere necesse est, nunc vni nunc alteri innitendo: ita non ascenditur in oratione aut sola cognitione, aut solo affectu, sed vtroque: nunc scilicet cognoscendo, nunc amando: nam absque cognitione non potest esse amor; absq; amore verò cognitio claudа erit ac debilis: interdum tamen simul ascendunt pari passu, quiete, & concordia: & tunc censentur esse tanquam alæ, quas Dauid b *pennas columbæ* appellat, Isaias verò c *pennas aquilæ*, quibus spiritus in contemplatione eleuatur, volans ad requiem, quæ est in coniunctione cum summo bono, quod contemplatur.

Opusc. de 7. Itinerib. prologo itineris tertij.

a Psal. 17. 34. Habac. 3. 19.

b Psal. 54. 7.

c Isa. 40. 31.

VIDEAMVS nunc, vnde & quo spiritus ascendat, quem deferat locum, & in quem festinet voletve? ascendit enim è terra in cœlum, à creaturis ad Creatorem, à se ipso ad Deum, & à rebus visibilibus & temporalibus, ad inuisibiles & æternas; abstrahens cogitatio-

nem

nem & affectum ab illis, vt eum in has transferat, quò suam d *conuersationem*, vt ait Apostolus, habeat *in cœlis* cum beatis spiritibus, multoque magis cum ipso omnium Domino. Et hoc est quod Hieremias ait e *leuauit se super se*, exiens videlicet à seipso, quoad corpus & sensuum actiones; & eleuando spiritum ad res, quæ supra ipsum sunt, quò suas facultates cum Creatore suo coniungat; Quam ob causam oratio comparatur odorifero fumo ex thure ascendenti, iuxta illud Dauidis: f *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*; & ex myrrha iuxta illud: g *quæ est ista, quæ ascēdit sicut virgula fumi ex Aromatibus myrrhæ & thuris?* sicut enim thus in ignem coniectum, non totum in altum ascendit, sed subtilior tantum ac delicatior eius pars in fumum conuersa, reliqua magis terrestri crassaque parte in cineres redacta remanente: ita in oratione, ignis diuini amoris corpus ipsum mortificat, sensuumque carnalium actiones, vt solus spiritus cum suis cogitationibus & affectibus spiritualibus nubes penetrans, perueniat ad conspectum & thronum Dei, quem h *adoret in spiritu & veritate*. Ideoque reipsa potiùs quàm verbis, sensibus, qui corpus ducunt, dicit, quod i *Abraham dixit ad pueros suos: expectate hic* in crepidine montis *cum asino, ego & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos*. Et quoniam ipsi spiritui graue est talem socium relinquere, solumq; montem ascendere, ideo

d Phil. 3. 20.

e Heer. thre. 3. 28.

f Psal. 140. 2

g Cant. 3. 6.

h Ioan. 4. 23

i Gen. 22. 5.

ille ascensus comparatur etiam myrrhæ odorifero fumo, qui notat perfectissimam mortificationem, quæ orationem recollectissimam comitatur.

3. Hoc ipsum adhuc intelligetur clariùs ex Mystica illa Iacob k *Scala quæstans super terram, cacumen illius tangebat cœlum*, iuxta quam Iacob dormiens corpore, spiritu vigilabat, *& Dominus innitebatur ipsi scalæ* in modum eam sustentantis, ne rueret aut laberetur; & *Angeli Dei* per eandem *ascendebant*, à Iacob ad Deum, ac *descendebant* à Deo ad Iacob. Et quæ (inquit S. Augustin.) hæc est scala? nisi perfecta oratio, quæ suis veluti gradibus è terra ascendit ad conspectum Dei viuentis; & quid est, Iacob ad scalæ extremitatem dormire, adeoq; diuinum somnium somniare, nisi te monere, quod si perfectè oras, debeas dormire quoad corporis & externorũ sensuum actiones, earum videlicet pro eo tempore ita oblitus, atque si tantùm esses spiritus, diceresque cum sponsa: l *ego dormio & cor meum vigilat*. Solus enim spiritus & cor ipsum per hanc scalam ascendere debet, relicto corpore dormiẽte, & ad extremitatem scalæ expectante. Et quid est, Deum cacumini scalæ inniti, instar illam sustentantis, nisi te instruere ac docere, quod Deus singulariter assistat orationi tuæ, confortans actiones tuas in ea; iuuansq; te ascendere vsque ad cacumen diuinæ vnitionis, in qua tuus spiritus cum eius spiritu coniungitur & vnus efficitur,

k Gen. 28. 12

Septuaginta Interpretes addunt. Firmans, seu erigẽs illam.

In scala Paradisi Fomo 9.

l Cant. 5. 2.

Qvod si adhuc nosse desideres, quibus gradibus ad cacumen illud sit ascendendum? scias, ordinariè ascendi per sex actus valdè Heroicos, quorum breuem hic summam proponemus, tanquam fundamentum eorum, quæ fusiùs de singulis dicenda sunt in progressu horum Tractatuum. 4.

§. 1. *De memoria præsentiæ Dei, & Angelorum eius.*

Primvs ergo gradus pertinet ad memoriam, in quo eleuandi sunt oculi mẽtis ad intuendam Maiestatem Dei, quocum es locuturus, cogitans esse tibi præsentem, aspicientem quæ facis, & quæ dicis audiẽtem. Quando igitur te ad orationem recipis; in quocunque loco, quantumuis solitario & separato, nunquam existimes te esse solum; sed verè adesse tibi sanctissimam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, cum quibus miscendi sint tibi sermones, quos tanta fidei viuacitate ac certitudine intuearis, atque si oculis corporis illos cerneres. addenda verò est primò huic aspectui profundissima quædam reuerentia, & interior exteriorque adoratio. Quam diuinæ præsentiæ memoriam necesse est toto orationis tempore ita conseruare, vt omnes tuos in ea actus ad Deũ tanquam præsentem dirigas, ad imitationem Dauidis, dicentis: a *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper*: ostendit enim suã Meditationem, cordisq; affectus, quos illi coniũgebat, semper cũ Deo esse, & in eius præsẽtia. a Psal. 18. 15.

NOMINATIM verò ad animum & ſpiritum reſumendum, eleuandus ſpiritus eſt, ſicut faciebat Iacob, ad aſpiciendum DEVM Trinum & vnum ſcalæ innixum, eiuſque officium, quo porrigit tibi manum, iuuatque per ſcalæ gradus aſcendere. Licebit itaque Patrem æternum intueri tanquam fontem bonarum cogitationum, quæ noſtram memoriam replent; & ſua omnipotentia aſſiſtentem, ad eam tranquillandam; & à diſtractionibus, quæ illam turbant, liberandam. Filium Dei licebit intueri, tanquam primum principiũ veritatum, quæ noſtrum intellectum illuſtrant; & infinita ſua ſapientia aſſiſtentem, ad eum docendum, & liberandum à deceptionibus & erroribus, qui ſolent ibi ſe inſinuare. Ipſum denique Spiritum ſanctum licebit intueri, tanquam primam originem feruentium affectuum, qui noſtram voluntatem accendunt; & immenſa ſua charitate aſſiſtentem, ad eandem voluntatem permouendam, & in eius affectibus dirigendam; Et à tepiditatibus & ariditatibus, quæ moleſtiam illi adferre ſolent, liberandam. Ab vnaquaq; autem harum diuinarum perſonarum demiſsè petere licet perfectionem eius operis, quod illi attribuitur, in hunc modum. O Pater ſupreme, imple meam memoriam ſanctis cogitationibus, roburque & conſtantiam in eis mihi præbe: O fili Dei vnigenite, illuſtra meũ intellectum lumine tuarum cœleſtium veritatum, tribueque mihi altiſſimum earum ſen-

ſum:

sum: O Spiritus sanctissime, accende cor meũ feruentibus tuis affectibus; eosque ita semper foue: ne vnquam in eis tepescam Amen.

Nec tamen in hoc ipso primo ad magnum hunc Deum ingressu, eum, quasi solus esset, aspicias; sed, vt S. Bernardus ait, Angelorum Hierarchijs stipatum, qui summa reuerentia eius præsenti ę assistunt, dicesque cum Dauide: b *in conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum.* Interdum itaque aspicere Deum poteris, supremis tribus Angelorum Choris stipatum, in quibus elucent tres prædicti affectus triũ diuinarũ personarũ, ad perfectam habendam orationẽ. In Thronis splendet firmitas memoriæ in Deo; In Cherubinis lux sapientiæ; In Seraphinis ardor charitatis. Interdum aspicies tremorem potestatum, vt tremas & tu in præsentia tanti Dei, sed magis adhuc in particulari conijcies oculos, sicut Iacob, in Custodes Angelos, ascendentes & descendentes per scalam: qui, dum ascendũt, præsentant Deo tuas orationes, adiũgentes suas, vt tuæ exaudiantur; moxque descendunt ad te, cum felici earum expeditione. *Sursum* ergo *cor tuum* eleua, vt ait Ecclesia in Missæ Præfatione, & inserẽs te angelicis illis spiritibus, ora cum eis, iuxta illud eiusdem Præfationis, *eum quibus & nostras voces vt admitti iubeas deprecamur*; siquidem voces & clamores tui, soli, & per se non merentur admitti.

serm 7. in Cant.

b Psal. 137. 2.

Nec sine mysterio priùs ait scriptura,

Angelos ascendere, & postea descendere: sic enim insinuat, prius Iacob illos apud se in terra vidisse, vt tu intelligas, sæpè re ipsa & verè illos esse apud te, dum oras; tecumque, dum ascendis, ascendere; &, vt ascendas, iuuare, cum illis itaque colloqui licet in ascensu; quia tale colloquiũ non turbabit illud, quod habes cum Deo; sed iuuerit potiùs, vt ad cacumen vsque sine defatigatione ascendas, dicesq; illis: O Angeli Beati c de *quorum manibus ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorũ*, assistite mihi oranti, vt oratio mea tanto feruore in cœlum ascendat, ne in medio itinere tanquam fumus euanescat; sed eam manibus vestris accipite; vestraq; obsequia Deo exhibita allegãtes, eam ponite in igne thuribuli aurei; qui est Christus Dominus noster, vt eius vestrisque meritis coniuncta, obtineam quod meis ego non promereor, Amen.

c Apoc. 8. 4.

§. 2 *De pura intentione & oblatione.*

CONSTITVTVS itaque in Dei præsentia, id secundo loco facies, vt intentionem huius actionis, quam aggrederis, eleues supra omnia terrena, peritura, & quæcunque creata, ac supra te ipsum, dirigendo illam purè rectaque ad ipsummet Deum, qui scalæ summitati innixus est: solam ipsius gloriam & honorem quærendo, absq; malæ vllius intentionis admixtione; & reijciendo si fieri poterit, etiam imperfectam: quia, vt ait Sapiens, d *Dei sermocinatio est cum simplicibus*

De hac re agetur in Tract. 4. c. 15 d Prou. 3. 32.

& abominatio Domini est omnis illusor, qui peruersas huiusmodi intentiones piæ huic actioni admiscet.

Mortificanda ergo est in primis omnis vanitatis admixtio, memor quod Christus Dominus noster reprobauerit Pharisæorum orationem, e *qui amabãt in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt viderentur ab hominibus*, instruxerit verò te, dicens: *tu aũt cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito* ita, vt, quamuis oratio sit publica, intentio sit secreta ad gloriam ipsius Domini illam audientis. Et siquidem ipsa oratio est fumus suauissimus, qui in cœlum ascendit, ne illam coniungito vanitatis fumo, qui apud Deũ non benè olet, & ipsos Angelos fugat, excęcat intellectũ, exsiccat affectus, fructusq; omnes eorũ corrũpit. 1.

e Matth. 6. 5.

Mortificanda est etiam intentio curiositatis aut sensualitatis spiritualis, aut proprij commodi; non enim est ad scalæ summitatem ascẽdendum, vt curiosè noueris Dei arcana, aut eius delitias consequaris, aut quò magnis te ille fauoribus prosequatur: nam licet tibi hæc omnia communicet Deus, non tamen vult, hunc esse præcipuum nostræ ascensionis finem, quò illa sit perfecta. quodammodo enim qui hæc ex principali instituto quærit, minoris ipsum Deum facit, quàm ipsa dona, quæ quærit: cùm tamen illa finita sint, eorum verò largitor infinitus: quare ea ratione te minus dignum eorum reddis. 2.

Ascen-

Ascende itaque ad Deum, vt ipsummet Deum quæras, petasque vt seipsum tibi det, idq; non proprij interesse aut delectationis causa, sed maioris illius gloriæ, & quia id illi placet: tũc enim oratio tua bene excipietur, obtinebitq; quod in hunc finem petieris, Propterea enim Dauid dixit: f *exquisiui Dominum, & exaudiuit me*. O Pater cœlestis, qui te quærentium orationem exaudis, purifica intentionem meã in ea, quam nunc aggredior, ne aut quæram aut petam nisi te, donaque tua, vt eisdem magis tibi seruiam.

f Psalm. 33. 5.

PVRAE huic intentioni adiungenda est aliqua oblatio, cogitans iussisse Dominum in lege sua: g *non apparebis in conspectu meo vacuus*, absque aliquo videlicet munere donove, quod illi offeras, cùm itaque ad eius conspectũ nunc accedas, offer illi ingenuè cogitationes omnes, affectusque cordis tui, & labores, quos in ipsa oratione sustinebis, vel ex corporis defatigatione, vel ex distractionibus, aridatib⁹ aut alijs spiritus molestijs; amplectẽs quãcũq; afflictionẽ absque tua culpa euenturam, ex eo quod in diuino eius conspectu verseris. Offer illi animo generoso quod ipse maximè desiderat petitque, iuxta illud sapientis: h *Præbe fili mi, cor tuum mihi*, vt de te pro libitu suo disponat in hac orationis hora, & in reliqua vita tua, ac denique per totam æternitatem, subijciens te ipsum omninò eius de te ordinationi: quia nulla alia dispositione magis illi placere potes: id quod indicauit Dauid, cùm

g Exod. 23. 15 & cap 34. 20

h Prou. 23. 26

dixit,

dixit: i *subditus esto Domino & ora eum*, quasi diceret: incipe ab hac subiectione, & bene excipietur oratio tua, O Deus æterne, hoc vas cordis mei totum tibi offero, subijcioque tuæ voluntati & dispositioni in rebus omnibus: imple illud tuis diuinis donis, vt eo spiritu ac feruore orem, quo tu vis. Amen. i Psalm. 36, 7

§. III. *De considerationibus intellectus.*

Hanc oblationem proximè sequitur tertius actus, Eleuatio scilicet intellectus, ad eorum considerationem, quæ ad colloquendum dignè cum Deo sunt necessaria. In quo gradu impingere statim solent, qui per scalam orationis ascendere incipiunt. Alij quod non sciant meditari, aut mente discurrere, quantum desiderant: ex quo oritur, vt aridos se inueniant, nec sciant, quid dicere, aut cum Deo tractare debeant; Alij ad alterũ inclinantes extremum, adeò habenas curiositatis laxant in suis discursibus, vt eo excessu, affectuum ignem suffocent, nec locum colloquijs relinquant. Vtrique autem necessariò aduertere debent, Meditationes ac discursus non esse substantiam orationis, sed media & gradus, per quos ad eam ascenditur: ideoque fieri non debent ea ratione, qua quis studeret ad veritatem inuestigandam, quam assequi desiderat; sed qua quis cupit colloqui cum Deo, vt magis illi placeat, nã lingua spiritus (teste

Diuo

c part.q 107 a.1

Bonauen. de 7. itine rib.2 dist.4. Os cordis est meditatio.

Diuo Thoma)est eius intellectus, verba autẽ sunt bonæ eius cogitationes directæ in Deum, qui illas intelligit: & hac ratione ipsum meditari, erit etiam orare, fietque multò facilius atque fructuosius. Quamobrem tria præcipuè consideranda sunt genera veritatum, quæ exercitium cum Deo colloquẽdi exacuunt, ferentiusque reddunt, de quibus dicetur fusiùs in subsequentibus tractatibus, quibus præsupponuntur plurima, quæ de eisdem dicta sunt in libro Meditationum.

PRIMVM considerandum est, & exacuenda fides circa veritates ad ipsummet Deum spectantes, quo cum es collocuturus: neque enim commodè tua negotia transigere poteris cum eo, quem non noueris, nec eius ingeniũ, nec virtutem & facultatem, qua pollet, ad ea feliciter expedienda. Cùm igitur in oratione accedas ad colloquendum cum cœlesti Rege de negotijs tuæ salutis, necesse est benè attendere, quis ipse sit Rex, cum quo loquaris; esseque infinitam eius magnitudinem atque perfectiones, ob quas summa sit reuerẽtia dignus.

PERPENDE itaq; ipsum esse infinitè sapiẽtem, cui nihil sit occultum; infinitè potentem, ad faciendum quidquid voluerit; infinitè misericordem, ad reparandam quamcunq; miseriam; infinitè bonum, itaque amabilem ac beneuolũ, vt infinitam humanitatẽ cum Maiestate infinita coniungat quo, absq; suæ magnitudinis incõmodo, possit arctam familiaritatem cũ suis creaturis contrahere. Exacuenda quoq;

est

est tibi fides, quod idem sit tuus conditor, qui de nihilo te condiderit; tuus conseruator, à quo tota tua vita dependeat; tuus gubernator, qui te sua prouidentia gubernat; & vltimus finis tuus, in quo tota beatitudo consistit. Hæ & similes aliæ veritates benè perpensæ te permouebunt ad colloquendum cum Deo, eo respectu, amore, & fiducia, q̃ ab eis procedunt.

2. Deinde sunt considerandæ aliquæ veritates, pertinentes ad Christũ Dominũ nostrũ, cũ quo etiã est tibi colloquẽdũ; qa tuus est Deus, & quà homo, etiam Aduocatus: quem nisi noueris, non poteris cum eo, salutis tuæ negotiũ benè transigere: propterea .n. dixit ipsemet: a *hanc esse vitam æternam vt cognoscant Deum verum, & quem misit* Iesum Christum filium suũ. Hunc Saluatorẽ, studendũ tibi est, cognoscere, considerando infinitas ipsius excellentias, heroicas animæ eius virtutes, species ac figuras adeò varias & beneuolas, quas in suo corpore accepit & expressit; aspiciendo illũ nũc infantẽ in præsepio, nunc in mõte Thabor trãsiguratũ, nunc omni ex parte vulneratũ, ac deformatũ in mõte Caluario; ac deniq; glorificatũ in cœlo Empyreo. Exercendus quoq; est actus fidei, q̃ idẽ ipse sit tuus Redemptor, tuus Medicus, Aduocatus, Protector, & vnicus tuarũ necessitatum Reparator, vnica porta ad ingressũ in cœlũ, ad ascendendũ ad Patrẽ, ad te cum Deo coniungendũ, & in eius virtutes trãsformandum. Ille denique tuarum orationum principium esse debet & coronis. in eius enim

a Ioan. 17. 3.

nomine

nomine sunt tibi inchoandæ, & cum eodem concludendæ; & agendum cum Patre, mediãte filio, de re, quam filius ipse cum eodem vult transigere.

3. CVM his considerationibus coniungendæ sunt aliæ, rerum, quæ ad teipsum spectant, ad cognoscendum, inquam te ipsum, & quis tuipse sis, qui accedis ad colloquendum cum Deo; perpendendo multitudinem & fœditatem tuorum peccatorum, vehementiam tuarum passionum; periculum in quo versaris, incidẽdi in grauissima damna temporalia, & æterna; debiles vires tuas, vt illa effugias; Nihilum, quod ex te ipso habes, & quòd in omnibus tuis rebus à Deo omninò dependeas. Attende item extremam tuam necessitatem, qua premeris rerum, de quibus cum Deo sit tibi agendum, quas ipse solus dare tibi potest, & nisi obtineas, sine omni remedio peribis. In hunc finem perpendere licebit vitæ huius breuitatem, mortis terribilitatem, diuini iudicij seueritatem, & cruciatuum Inferni æternitatẽ; virtutum quoque pulchritudinem, valorem bonorum operum, dulcesque fructus ab eisdẽ prouenientes, & æterna præmia, quibus tandẽ afficientur. nam si rectè perpendas extremam tuam necessitatem; ac simul debilitatem, quantumque tua referat, quæ desideras & quæris, obtinere non prætermittes de eodem cum DEO agere ita feruenter ac seriò, sicut tanti momenti negotium requirit.

SED

Sed quoniam interdum noster intellectus obscuratus valdè est, atque deiectus, expedit modum aliquem alium inire, dirigendo scilicet cogitationes ad te ipsum, instar illius, qui secum ipse loquitur per modum interrogationum, vt obstringat se ad cogitandum & attendendum, quid debeat respondere: sicut Iob faciebat, cùm diceret, b *non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ, consolabitur me lectulus meus, releuabor loquens mecū in strato meo.* Et Apostolus exhortatur, dicēs: c *implemini Spiritu sancto, loquentes vobismet ipsis in Psalmis, psallentes in cordibus vestris Domino*: Hac enim ratione solet noster intellectus excitari in suo discursu. Sic ergo in tua recollectione constitutus has omnes interrogationes proponere tibi poteris, non simul, sed singulas seorsim. Cur te in hunc locū colligis? quid cogitare intendis, & facere? vbi est ille Deus, cum quo es collocuturus? Quis ille est, & cuius ingenij? de quibus negotijs vt cū eo hic ageres, venisti? quanti sunt illa momenti: qua ratione te geres in ipso ingressu, & postea in eius præsentia? In hoc mysterio, quod audiuisti; aut legisti, quid est, quod te scire ad salutem tuam referat? Quæ verba expedit tibi apud Deum vsurpare, vt ad te exaudiendū permoueatur? Ac denique quid æquum est, te in posterum in eius gratiam & obsequiū præstare? ad singulas has quæstiones respondebis tibi ipsi iuxta ea, quæ aut sancta fides te docet, aut

4.

b Iob. 7. 11.

c Ephes. 5. 19

aut naturalis ratio dictat; atque si quispiam alius eadem à te quæreret, & tibi incumberet illi respondere. Et hic modus interrogandi ac respondendi est ratiocinatio, & collocutio, quam tecum habes: ex qua gradus fiet ad colloquendum cum Deo & Christo Domino nostro, inferendo his considerationibus aliquid trium prædictarum cognitionum: nam ex omnibus tribus fortis funiculus conficitur, quo noster spiritus cum Deo coniungitur, eique, vt oportet, loquitur: sicut eas coniunxit Abahamus, cùm dixit d *loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis & cinis*. O Deus infinite, quis ego sum, vt loquar tecum? nisi quod ipsa mea vilitas, tuaque magnitudo ad tecum loquendum inuitant, quò magna tua misericordiâ reparet magnam meam miseriam.

d Gen. 18. 27

§. 4. *De actibus & affectibus voluntatis.*

EXCITATO prædictis considerationibus intellectu, exercendus in oratione est quartus actus, eleuatio scilicet, voluntatis super omnes affectiones terrenas, & super teipsum, ad actus affectusque puros & feruentes rerũ cœlestiũ, Deiq; tui ac Saluatoris; plus eum amando, quã teipsum, & omnia creata; firmiterque & efficaciter statuẽdo seruire illi feruenter in omnibus, quæ præcipit aut inspirat. Hi affectus debent semper ipsam Meditationem comitari: alioqui erit illa parũ vtilis

eo quod

eo quod intellectus suis discursibus non colligat, nisi veritates; voluntas verò actibus suis virtutes; ille cibum in ore accipit, hæc eũdem delibat, ipsiq́ue animæ coaptans incorporat; ille absconditum thesaurum patefacit, hęc eũdem amplectitur, eiusq́; diuitijs fruitur; ille te facit sapientem, hæc sanctum; & vterque simul te in sanctitate stabilient: virtus enim in sola cognitione cum exiguo affectu, est quasi coacta; & quæ est ex solo affectu, cum exigua cognitione, est etiam vmbratilis: si autem coniungatur vtrumque erit virtus iucunda & stabilis, & colloquia cum Deo erunt feruentiora: deuotio enim (teste S. Bernardo) est lingua animę, & absque illa manet muta, nec scit cum verbo diuino loqui, cum qua tamen loquitur eidem, magno feruore & spiritu. Serm. 43 in Cant.

Ex his satis constat, quantoperè decipiãtur qui totum orationis tempus, solis ratiocinationibus etiam curiosissimis tribuunt, immemores, voluntatem excitare ad prædictos inflammatos affectus; quorum deceptionem retegunt illi Seraphini, de quibus ait Isaias, quod stantes coram Deo, a *duabus alis velabant faciem eius, & duabus velabãt pedes eius*, toto pectore, in quo est sedes amoris, discooperto remanente: *& duabus* quas in lateribus habebant *volabant, & clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius.* Quid. n. aliud hæc figura volebat, nisi te docere, vt cũ accedis ad conspectum diuinæ 2 Isa. 6. 2.

Maiestatis, si velis accendi sicut aliquis Seraphinus, merito debeas alas complicare ratiocinationum, quibus ad cognitionem altissimarum & profundissimarum Dei rerum volatur; velando scilicet oculos velo fidei, omnemque excessum in eis circumcidendo; vt tibi satis esse existimes, si credas quod de excellentijs ipsius Dei & profundissimis eius iudicijs est reuelatum: te autem sic dispositum decet volare alijs duabus alis, cognitionis scilicet simplicis & affectus beneuoli, coniungendo pectus tuũ cum ipsius Dei pectore per intimam vnitionem; cantando diuinas eius laudes, ab eoque petere, vt suis te impleat misericordijs, demisse ei dicens: O Deus æterne, agnosco fateorq; te esse sanctum sanctorum, me autem omnium peccatorum maximum; te esse ipsam misericordiam, me autem ipsam miseriam. quid ergo amplius scire volo? aut cur amplius ratiocinando pergam? huc accedo ad tuum conspectum, vt miseriæ meæ consulas, diuinis tuis misericordijs me replens. Quod si ob b *Meditationis* tepiditatẽ non *exardescit* horum affectuum *ignis*; da operam, vt voluntas tua, libertate sui arbitrij vtẽs, permoueat te ad eosdem quo modo poteris exercendos: solet enim euenire, quod ait Sapiens, vt c *à scintilla vna augeatur ignis*; ea à paruo aliquo affectu, alius prodeat magis accensus, accedente diuinæ inspirationis flatu, vt flamma ipsa augeatur, quã cor inflammetur.

b Psal. 38. 4.

c Eccl, 11. 34.

HI affectus conformes esse debent tribus

præ-

prædictis cognitionibus, Dei scilicet, Christi Domini, tuique ipsius; exercendo internos omnium virtutum actus quibus Deus diligitur, & in eximijs suis operibus glorificatur; Christum verò Dominum in suis imitamur, magnique facimus; addendo etiam actus dij contemptusque tui ipsius, ob tua peccata & miserias, ea ratione & forma, cuius in horum Tractatuũ progressu praxis exprimetur.

§. 5. *De Petitionibus & Colloquijs.*

His affectibus coniungendus est quintus actus, eleuatio scilicet totius d *animæ* & e *cordis* tui, vt illud iuxta consilium Dauidis *effundas coram Deo*, tuas illi aperiés necessitates ac desideria, pijsque petitiõnibus & colloquijs tenerrimis, fiduciaq; plenis ab eo contendens vt te exaudiat; & quod desideras ac petis, tibi concedat. Cuius quinti actus ratione *Oratio* (vt dixit S. Ioannes Damascenus) *est petitio decentium à Deo*, in qua varij tituli & motiua adferenda sunt, non tam ad eius diuinam voluntatem inclinandam, quàm ad tuam permouendam, ad ita feruenter confidenterque petendum vt sis dignus accipere, quod ipse desiderat tibi dare. Hi tituli sicut affectus ipsi deducendi sunt ex fontibus diuinitatis & humanitatis Saluatoris nostri, & ex alto miseriarum nostrarum puteo, & ex ipsa nostra necessitate, qua omninò indigemus Deo & Christo Domino nostro qui eas repa-

d Psal. 61. 9. 1. Reg. 1. & 15.

Lib. 3. fidei cap. 14.

ret. Qua autem forma hi tituli sint deducendi, ostendemus postea. Nec tamen existimes, huiusmodi petitiones esse in finem orationis reijciẽdas; sed potiùs cæteris actibus ipsius orationis esse inferendas, sicut hactenus vidimus. Nominatim autem in duplici opportunitate sunt exercendi. *Prima* est, quando cæteræ facultates disperguntur, aut in suis actionibus sunt remissiores: tunc inquam petendum à Deo Domino nostro est, vt eas colligat excitetque dicendo cum Dauide *cor meum dereliquit me, complaceat tibi Domine*, illud ita colligere, vt mecum maneat, & in quiete oret: & iterum, *expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi: velociter exaudi me: defecit spiritus meus*: conforta illud gratia tua. *Altera* est occasio, cũ voluntas est iã permota pio aliquo affectu: tunc enim post illam iucunditatem ac dulcedinem, opportunum est petere à Deo Domino nostro efficax auxilium, ad exequendum bona proposita, quæ tũc nobis communicauit; proderunt enim tunc petitiones feruentiores, & confidentiores; ideoque facilè exaudiuntur & expediuntur. Nec solùm cum Deo est colloquendum, vt aliquid ab eo petamus; verum etiam, vt pro collatis gratias eidem agamus: ac denique in quemcũque finem, cuius causa filius cum Patre, discipulus cũ suo Magistro, vt amicus cũ amico loqui consueuit, cui animæ suæ secreta communicat, eo modo quo postea dicetur.

Psal. 4. 6.

SED cupis fortè nosse, quam ob causam hãc

homi-

hominis cum Deo cõuersationẽ sancti appellent nomine Colloquij, quod significat cõuersationem duorum inter se colloquentium, altero alteri respondente, instar illorum, qui iucundè inter seipsos conuersantur. Num ita & in eum finem Deum alloqueris, vt te ipse alloquatur, aut tam diu in loquendo persistes, donec tibi respondeat? si enim hoc ita est, commodè potest colloquium appellari: & dulcis procul dubio erit conuersatio, quam Deus ipse fouet. Attende itaq;, quod sicut tu in oratione Deum alloqueris; ita ipse te alloquetur, si tu loquaris, vt oportet, licèt cum discrimine. Nam (vt ait S. Thomas) tu loqueris cum Deo, non vt ipsi manifestes, quod ipse nõ nouit; aut des aliquid, quod ipse non habet; sed potius vt ab eo accipias scientiam, aut virtutem, & gratiam, quam tu non habes. Quando autem Deus te per suas inspirationes alloquitur, non id facit, vt aliquid à te accipiat, quod ipse à te non habeat; sed vt aliquid tibi communicet ex his, quæ ipse habet: magnisq; (vt ait S. Bernar.) te fauoribus prosequatur: quibus nouos spiritus recipias, ad colloquẽdũ cũ ipso, & orationẽ magna cũ voluptate continuandã: quo nomine licet ab illo petere, vt alloquatur tibi ad cor, magnoq; affectu illi dicere: ô Amator animæ meæ, sic dẽ dicis mihi: h *sonet vox tua in aurib. meis vox.n. tua dulcis*: Supplico, vt tua etiãvox sonet in aurib. meis, q̃a dulcissima illa est mihi: i *loquere Domine, quia audit seruus tuus*, & loquere tu prior, vt aptè sciã tecũ ex voto loq.

1. part. q. 107. a. 3.

Serm. 45. in Cant.

h Cant. 2. 14.

i 1. Reg. 3. 10.

§. 6. *De quieta vnitione & perfecta cum Deo familiaritate.*

POSTEAQVAM quinque gradus conscenderis scalæ mysticæ orationis, inter alia dona quæ supremus dominus in ea tibi communicare potest, illud est, vt ad sextũ vltimumque gradum te eleuet, cui ipse innititur, dicens tibi ad cor dulce illud verbum Apocalypsis: a *Ascende huc*, & coniungere mihi; ingredere portam huius cœli, quæ tibi patet, vt videas & contempleris diuina mea mysteria: b *abscondere* aliquo temporis spatio, *in abscondito faciei* meæ, & in intimo diuinitatis meæ, quò non accedit *conturbatio hominum*. Et quoniam vox Dei efficax est, quid aliud eam consequetur, quàm quòd S. Ioannes in eodem loco subiunxit: & statim fui in spiritu, quasi diceret: mox relicto corporis eiusque sensuum vsu, superioribus animæ meæ facultatibus conũxi me supremo spiritui, qui est Deus, factusque c *sum vnus spiritus cum eo* transformatus omninò in amorem eius, & particeps hac vnitione effectus splendorum, virtutum, ac donorum diuinitatis eius, quale manere solet ferrum, cùm est in magnum igné iniectum.

a Apoc. 4. 1.

b Psal. 30. 21.

c 1. Cor. 6. 17

TVNC autem conceditur perfectè donum illud, quod familiaritatem cum Deo vocamus quod quidem non est semel aut iterum orare, sed frequentissime, valdè amicè, ac fiducialiter

Deum

Deum alloqui, sicut magnus aliquis amicus cũ alio sibi intimo colloqui solet, & aliquis maximè familiaris cum suo principe, filius cum suo Patre, ac denique sponsa cum dilecto suo sponso: ac propterea sanctus Bernardus perfectam orationem definit, quod sit, *hominis ad Deum adhærentis affectio, & familiaris alloquutio, & status illuminatæ mentis & ad fruendũ quamdiu licet.* Verba, quæ ibi dicuntur; secreta quæ manifestantur; deliciæ, quæ gustantur; vires quæ recipiuntur; & spirituales diuitiæ, quæ tibi comparantur, sentiri potiùs possunt, quã explicari. Contende per sacram hanc scalam tanto feruore ascendere, vt ad eius culmẽ perueniας; & ita fortè senties.

Ad fratres de Monte Dei, post medium.

Attende verò, quos S. Iacob vidit, d *ascendentes & descendentes*, fuisse Angelos Dei; qui non volando ascendebant, nec vno passu plures gradus transgredientes; sed ab vno ad alterum proximum gradum, cum debita mora & grauitate ascendentes; eadem forma descendebant absque interruptione talis exercitij. Quid autem hoc totum est, nisi quod te doceat.

d Gen. 28. 12

Primvm, eos, qui per excelsa huiusmodi exercitia ad supremum vsque eorum culmen ascendunt; debere esse Angelos, quod attinet ad vitæ puritatem: exuentes scilicet omnes affectus terrenos, & optantes imitari purorum spirituum sanctitatem. 1.

Deinde, non debere præsumere vno volatu ad contemplationis culmen, & supremã 2.

cum Deo vnitionem ascendere; sed prius debere in quiete exercere te in cæteris actibus, quæ ad eam disponunt, hærendo in singulis, quantum opus est ad eos perfectè eliciendos.

3. TERTIO, vt eadem mora, per omnes eius actus descendas, examinando quid in singulis egeris; & super eos ita reflectendo, vt, quod imperfectum deprehenderis, corrigas, & quod decreueris, exequaris.

4. QVARTÒ quod oporteat hæc exercitia absque cessatione aut intermissione continuare; ita tamen vt nunquam animo deficias, propterea quod parum omninò te esse videas, vt sis sicut Angelus, & ad scalæ culmen peruenias. Nam ipsa oratio eam virtutem habet, vt homines in Angelos conuertat, iuuetq; per omnes hos gradus conscendere. Et quamuis ad summum eius non peruenias, non tamen magna vtilitate defraudaberis. Quia etiam in imo est vtilitas maxima, vt licebit videre in ijs, quę de singulis gradibus huius scalæ, in huius libri progressu dicetur.

5. IN quo ita sunt regulæ ac documenta legenda, quæ tradentur, vt præcipuè inniti oporteat Spiritus S. directioni & Magisterio: pluris omninò faciendo, quod ea exerceas, quã vt scias; nec te semper alligando ordini, quo illa proponuntur. Etsi enim magni referat, hoc totum nosse, & in initio etiam exactè seruare; postea tamen euenire solet, vt sicut, qui Musicam discit, eius exercitatione eo perueniat, vt cantet, pulsetve instrumenta valdè dextrè absque re-

flectio-

flexione ad artis præcepta; aut attentione, quomodo mouere digitos debeat: sic, inquam, qui perfectè orat & contemplatur, exercet reipsa hanc artem, non attendens ex instituto ad regulas & documenta, tradita sibi ad eam exercendam. Nam nimium ad ea attendere, solet impedire illud præcipuum quod quæritur, sicut S. Antonius Abbas dicebat: non esse perfectam Orationem eius, qui reipsa cogitat se orare. Perfecta enim oratio ita spiritum rapit, vt ad hæc non reflectatur; nec aliud cogitet, quàm ipsum Deum, quocum agit. Et ob hanc inter alias causam, qui minus sunt literis instructi, solent magis esse deuoti: quia minus his reflexionibus assueuerunt, orantq; simpliciter, non attendentes quomodo discurrant: eoque amplius oblectantur cœlestis huius Musicæ suauitate, quò minus tunc occupantur, attendendo ad regulas artis. O Deus æterne, cui[9] *vnctio docet de omnibus*, doce nos aptum medium in his altissimis exercitijs seruare; ne vel nimium industrijs nostris confidamus, vel omninò eas negligamus; sed tuæ infinitæ misericordiæ confidamus, quæ defectus supplebit industriæ nostræ, quò ad summum vnitionis tecum apicem ascendamus: vbi Spiritus noster tuo coniungatur in æternum.

Cassian. col 9. c. 30.

Gerson de mystic. theol. speculat. consider. 43

[9] 1. Ioan. 27.

CAPVT

CAPVT II.

PONITVR SVMMA QVAEdam Excellentiarum & Vtilitatum perfectæ Orationis; & Virtutum, quæ in ea exercentur, & rerum, quæ in eadem tractantur, extracta ex Precatione Dominica, & septem eius petitionibus.

EX præiacto in proximo capite fundamento deduces primum, quanti momenti sit Oratio, quæ eius vtilitates & Excellentiæ, vt magis ad illam afficiaris, quę nulla re alia magis laudari potest, quàm si benè declaretur, quid ipsa sit, quidque in se complectatur. Ex eo autem quod breuiter dictum est intelliges, hunc orandi modum, & cum Deo familiariter agendi, principium esse, medium, & finem vitæ spiritualis, & Christianæ, ac religiosæ perfectionis. *Principium* est, vnde in via purgatiua tibi sit inchoandum, vt à vitijs & imperfectionibus tuis omnibus purgeris. *Medium* est, cui inniti oportet, ad crescendum & proficiendum in via illuminatiua, in virtutum omnium augmento. Est denique finis, ad

quem

quem peruenies in via vnitiua, vt dulcibus eius fructibus fruaris, coniungens te Creatori tuo per excellentissimam charitatem, & impetrâs beatitudinem, qua possis in hac vita gaudere.

QVOD totum, vt in lucidissimo quodam speculo videas, non tamen à scopo nostro declinans, conijce oculos in Dominicam precationem, in qua excellentissimis huius virtutis Magister Christus D.N. eas res omnes delineauit, quæ eius Excellentias, vtilitates, & necessitatem nobis possunt manifestare. Matth. 6. 9. Luc. 11. 2.

MIRA autem dispositione, in ipso statim Orationis vestibulo, iussit Deum appellare PATREM NOSTRVM, Sic nos docens, Orationem, quam ipse nobis commendabat, esse familiarissimam quandam cum ipsomet Deo tractationem, colloquendo scilicet cum eo, nõ sicut mancipia aut famuli cum Dominis suis; aut subditi cum suis Principibus colloquuntur: sed sicut filij cum parentibus; valdè scilicet frequenter, magno amore & fiducia, in-infundente adhoc ipso nobilissimum filiorum eius a *Spiritum in quo clamamus: Abba pater*, bis scilicet, imò millies quotidie illum Pater Pater appellantes. Vult autem & alterum illud verbum addi: QVI ES IN COELIS, vt intelligas, in hac Oratione ascendendum tibi esse Spiritu in cœlos; ibiq́ue cũ cęlesti tuo Patre, ita familiariter agendum, sicut ipsi beati agunt: eo scilicet modo quo licet illos hic in terra imitari. Pater noster. a Rom. 8. 15. Gal. 4. 6. Qui es in cœlis.

HANC (ait S. Chrysostomus) summã esse excel- 1.

Lib. 2. de orando Deū.

excellentiam, & hoc esse omnium maximum: & hunc honorem, etiam Angelorum superare maiestatem, quod Creatura loquatur & familiariter cum suo Creatore agat. Nam licet omnes possint imaginari; quanta hæc sit dignitas; nullus tamen id sufficienter declarare potest: Exuperat enim ipsorum Angelorum dignitatem: quod ipsimet agnoscunt, indignos se tanta maiestate reputantes. Nam ideo b *Seraphim* cum Deo loquentes, *faciem suam & pedes duabus alis velant, alijs verò volant.* Velando faciem significantes sanctum Timorem & respectum ad Maiestatem diuinam, volantes verò, quia sic inquieti sunt, tremorem, quo in eius præsentia manentes afficiuntur. O diuinæ charitatis altitudinem, quæ huius terræ vermiculos ad tantam extollis dignitatem, quæ cœlestes Angelos excedat? Et quid hoc est Domine, nisi velle illos facere sicut Angelos in vita, quos ad eorum admittis munus? Minores illi sunt Angelis in natura; quos tamen oratione illis facis æquales in puritate & sanctitate. *Quid enim* (ait S. Chrysostomus) *potest inueniri sanctius ijs, qui cum Deo commercium habent?* Quid iustius & quid sapientius? si is, qui cum sapientibus agit, est sapiens, qui agit cum Deo, quantam habebit sapientiam? & quantas obtinebit spirituales diuitias? si qui Regibus sunt chari & familiariter cum eis agunt, pauperes esse non possunt, nec abiecti quin potiùs ex ea familiaritate proueniunt illis Diuitiæ, Honores, ac Dignitates, magnaque

b Isa. 6, 2.

Lib. 1. de orando Deū.

2.

facul-

facultas ad suis amicis benefaciendum. Quanto magis qui cœlesti Regi charus est, cum eoque familiariter in oratione agit, dives erit in magna domorum cœlestium abundantia, sibi ipsi in primis, deinde, vt alijs benefaciat?

HINC prouenit etiam alia excellentia orationis, cuius causa dirigitur ad Patrem nostrum, qui est in cœlis: quod scilicet eius sit officium, ad illas Empyrei cœli Indias ascendere, indeque earum thesauros huc afferre, quibus anima adhuc in terra degens, conuertatur in cœlum. Quamobrem dicit S. Augustinus, etiam iustos esse cœlos, in quibus Pater cœlestis latet, quorum cor est instar cubilis aut viui templi, aut cuiusdam Empyrei cœli, in quo illi cum Deo colloquuntur; ipseq; eos audit, in ijs conquiescit, & oblectatur: cuius c *delitiæ sunt esse*, & conuersari *cum filijs hominum*. Et hoc bonum (ait S. Chrysostomus) ex oratione illis prouenit: illa enim animam efficit templum, & habitationem Dei; exornans illam tapetibus & lapidibus pretiosis admirabilium virtutum, quò digna sit tanti Domini habitatio, quem nec cœli, nec terra capere possunt; exercetque in ea admiranda illa opera, quæ ciues cœlestes exercent. O supreme Pater, quas tibi gratias referemus, quod nos ad tantam dignitatem extuleris; vt liceat nobis tanquam filijs, ad tuum conspectum accedere, tecumque in hac terra conuersari, sicut faciunt Angeli in cœlo: concede nobis, ita ea dignitate vti, sicut tibi placet; vt altissima ob-

3.

De serm. Dom. in monte c. 9.

c Prou. 8. 31.

ma obtineamus dona, quæ nobis ob eam offers.

4. SED accedamus nunc ad peculiares excellentias & vtilitates altissimæ huius virtutis declarandas, quæ in septem illis rebus continentur, quas Christus D. N. tanquam argumẽtum & materiam designat petitionum nostrarum, & omnium colloquiorum cum Cœlesti nostro Patre, cum quo solium decet agere, de nominis eius sanctificatione, de regni eius mysterijs, executione eius voluntatis, de quotidiano corporis & animæ nostræ pane, de nostrorum peccatorum venia, de victoria tentationum, & præseruatione à malis. Quis vero ea magnalia sciet declarare, quæ in singulis harum septem rerum continentur? mirum enim in modum nõ solum eas in oratione petimus; sed exercemus etiã, & impetramus, sicut in progressu apparebit.

Sanctificetur nomen tuum.

§. 1. DEVM *per Orationem glorificari.*

PRIMVM, in quo excellentia & necessitas orationis elucet, est quod illa sit medium quoddam, quo Dei nomen sanctificetur, agnoscatur, & glorificetur à nobis, & in nobis; ita vt linguæ nostræ, multoque magis ipsa viuendi ratio, instrumenta sint glorificationis eius, inter omnes creaturas. Oratio enim illustrationes impetrat cœlestes, quibus a Iacob. 1. 17 a *Pater luminum* instruit, permouetque homi-

nes,

nes, vt in ipsum credant, eum agnoscant & venerentur: ipsa impetrat splendores virtutum, & operum Heroicorum; & ipsa prodigia, quibus Deus in toto orbe terrarum glorificatur: eadem in lucem producit gratiarum ac donorum claritatem, quam Deus in æterna sua prædestinatione absconditam habet; manifestando eam ad ipsius & electorum eius gloriam: sicut cernere licet in oratione, quam Christus D.N. ad æternum suum Patrem habuit, dicēs: b *Nunc glorifica me tu Pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus esset, apud te*. Quasi diceret, fac palam & manifestam gloriam, quam de me decretam habes: & alibi, c *Pater clarifica nomen tuum*, & statim, *venit vox de cœlo & clarificaui & iterum clarificabo*, ita indicans, se ob ipsius orationem, ipsum clarificaturum.

b Ioan. 17. 5.

c Ioan. 12. 28

EX quo infert S. Gregorius, expenditque valdè S. Thomas, orationem esse præcipuum medium diuinæ prouidentiæ, ad exequendum quod in sua æternitate statutum habet; adeoque interdum oratio est necessaria, vt decreuerit ipse non aliter illud exequi, quam oratione mediante. Oratione impetrarunt antiqui Patres executionem incarnationis Filij Dei, quæ illis erat promissa; & Filius ipse oratione impetrauit, quod ait Dauid: d *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ*: Per orationem Apostoli impetrarunt dilationem gloriæ Christi IESV in mundo; & conuersio-

Lib. 1. Dial. c. 8. 2. 2. q. 83. a. 2.

d. Psal. 2. 8. Colos. 4. 3.

nem eorum, qui erant aliàs ad cœlum præordinati. Quod si tu vnus es ex præordinatis, per quem Deus glorificabitur, per Orationem impetrabis prædestinationis ipsius executionem. e *Orando* scilicet (vt ait S. Iacobus) *vt saluetis*. Quid itaque excellentiùs esse potest, aut maioris momenti, quàm ipsa oratio? per quam duo illa excellentissima bona impetrâtur; glorificatio scilicet nominis Dei in suis Creaturis; & animæ tuæ, per gloriam, ad quâ est præordinata; & per gratias, quæ à diuina prouidentia illi proueniunt. O Deus æterne, clarifica me hoc orationis dono; vt te ita clarificem, sicut tu dignus es: & ego clarificer in te, & tu in me per illa dona, quæ statuisti mihi dare, antequam ego essem, & antequam mundus conderetur.

e Iacob. 5. 16

NEC verò solum in oratione petimus, vt nomen Dei sanctificetur, sed in eadem etiam ipsum sanctificamus multis modis: nunc gaudẽtes de sanctitate, quâ in se habet; & propter eam illum laudantes, dicentes cũ Seraphinis; Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus Sabaoth: Vtinã tota terra impleretur gloria tua, sicut est plena tua misericordia; Nunc ex totis visceribus optantes eius sanctitatem imitari, vt simus sancti sicut ipse est; qui id ita iussit; Nunc ipsam sanctitatẽ exercẽtes actibus Heroicarũ virtutũ, in quibus illa cõsistit, vt sanctitas Dei, ex nostra cognoscatur. Ibi copiosæ interdũ lacrymę fluũt, cũ aduerto, me nõ ita sanctificare Deũ, vt par est, eiusq; nomẽ blasphemari inter

gentes

gentes; ibi cordis exultationes ex charitate, cũ video, Deum à iustis sanctificari: ibi pura intẽtio eundẽ sanctificandi in omnib. quæ cogitauero, dixero, aut fecero per totã vitã; ibi odiũ sæpè adest propriæ meę gloriæ, quo diuina augeatur; & propositũ efficax, illã promouendi, quãuis cum propriæ meæ detrimento. O sanctissima oratio, vera mater sanctitatis. quę Deũ habes patrem, O pater sanctissime, siquidẽ me cupis esse sanctũ, cõcede mihi donũ orationis; quæ adeo est potens, ad hoc vt fiam sanctus; ne separes orationem à me, ne etiam sanctitas simul recedat.

§. 2. *Quod per orationem impetretur, & nunc etiam deliberur Regnum Dei.*

ATQVE hinc oritur secũda orationis excellentia, in qua etiã apparet, quanti sit illa momenti: Qua est medium, per quod veniat ad nos Regnum Dei, tam illud, quod promittit nobis in hac vita, quod iuxta Apostolum, a *Est Iustitia & Pax, & Gaudium in Spiritu S.* quam illud, quod in futura speramus, ad corregnandam cum Deò in paradiso. Oratio itaque adfert nobis primum Regnum, b *quod* vt ait ipse Christus: *est intra nos, &c.* ingreditur cor nostrum; nosque postea deducit in cœlum, vt ingrediamur in secundum; illa ostendit nobis vtriusque pulchritudinem, & copiosam communicat sapientiam, sapidã scilicet spiritus scientiam; & iustitiam, quæ tam altè ascendit, sicut montes Dei; & c *pacem, qua exuperat omnem sensum.*

Adueniat Regnũ tuũ.

a Rom. 14. 17

b Luc. 17. 21

c Phil. 4. 17

d Rom.14. 17 & d *gaudium in Spiritu sancto*, qui est e fructus
e Gal.5.22. eius, qui per suum prophetam dixit: f *adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ*. Vocat orationem suam, tum ob amorem suum erga illam,
f Isa 56.7. tum vt intelligatur, fructus, qui ex ea proueniunt, non esse nostros, sed ipsius; ac proinde esse fructus dignos Deo: ac denique lætitia,
Gradu 28. quam oratio affert, (vt ait sanctus Ioannes Climachus) sufficiens est, ad reddendum centuplum huius vitæ; & nos vrgendos, ad festinandum, vt perueniamus ad regnum alterius vitæ. In cuius rei testimonium Christus D. N. inter orandum aperuit nobis duorum horum regnorum amplitudinem. Nam vbi legi-
g Luc.3.21. mus vllum primum orasse, g *apertum est ei cœlum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cœlo facta est tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.* Quid autem fuit hoc totum, nisi quod nobis significare voluerit orationem esse clauem ad portas cœli; eaſque aperire, vt eo ingrediatur spiritus noster ad secreta cœlestia cognoscenda; efficereque vt Spiritus Dei inde descendat, qui habitet in cordibus nostris; fabricetque in eis nidum, in quo diuina hæc columba resideat, implens nos donis gratiæ suæ, adoptionisque filiorum Dei per eam.
h Luc. 9. 29. Et iterum h *Orans* idem Dominus, *transfiguratus est* magno splendore & gloria, quem splendens *nubes obumbrauit* & eadem *vox* æterni Patris *audita est*: ita nobis significans,

orationem noſtram eleuare nos ad montem gloriæ; in diuinitatis nubem introducere, & ad perfectam filiorum Dei adoptionem proue-here, efficereque nos hæredes ac poſſeſſores regni eius: quare ſi vis, cœlum tibi ſicut Redemptori tuo aperiri, ora; ſi vis beneuolam æterni Patris vocem audire, verumque filij ſpiritum impetrare ora; Si vis, ſicut i *Moyſes* obſcuram *nubem intrare*, contemplando fidei lumine ſecreta diuinitatis; ingreſſurus poſtea claram, ſicut Chriſtus D. ingreſſus eſt, vt eadē claro lumine gloriæ contempleris, ora ferē ēter. Nam oratio petit regnum Dei, atque etiā impetrat; illa illud meretur, atque præguſtat; illa nos beatos facit, ſpe primum, deinde etiā poſſeſſione. O Rex ſupreme, adueniat mihi donum orationis, vt per eam etiam peruenia ad tuum Regnum, & inæſtimabiles gratię gloriæq; tuæ diuitias. Amen.

i Exod. 24. 16.

§ 3. *Orationem facere nos ſimiles ijs, qui ſunt in cœlo.*

HVIC orationis excellentiæ coniungitur tertia, quod ſcilicet oratio ſit efficaciſſimum medium, ad voluntatem Dei ita exequendam in terra, ſicut fit in ipſo cœlo: in qua executione (vt Tractatu quarto oſtendetur) conſiſtit ſumma totius perfectionis, quæ poteſt in hac vita deſiderari, quam ipſa oratio impetrat, non ſolùm cœleſtem hāc obedientiam petendo, ſed eandem etiam actu

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

c. 12.

valdè eminenter coercendo. Feruenti enim oratione exuimus propriam noſtram voluntatem, vt nos totos diuinæ ſubijciamus; ipſumq; amorem exacuimus, ac perficimus, vt ſoli Deo coniungatur, exercendo ſex illos actus, in proximo capite indicatos. Facimus in terra, quod faciunt beati in cœlo, Et propterhas excellentias affirmant SS. Patres, (vt cœpimus dicere) perfectam orationem efficere iuſtum Angelis æqualem, animamq; ipſam à vinculis corporis expedire, Spiritũ in altum eleuare, & efficere vt ſuperfluas omnes ſuſtentationis curas abijciat, & ita in carne viuat, atque ſi in illa non eſſet. Quod (ait S. Chryſoſtomus) efficit *miris modis* & prodigioſis mutationibus, commutando ſcilicet corda carnalia in ſpiritualia, tepida in feruentia, humana in diuina quæ mirò etiam modo communicat illis proprietates Seraphinorum, qui exiſtentes in diuina præſentia, eiuſque laudes decantantes a *ſtant* ſimul quatientes alas, tanquam exire inde ad aliquid aliud vellent: vt intelligamus (quod perpendit S. Dionyſius) promptitudinem ac velocitatem, qua accedunt ad obediendum, & exequendum, quod Deus iubet. Ipſa enim Dei præſentia & arcta cum diuina illa Maieſtate familiaritas eos inclinat mouetque ad exequendum, ſi opus eſt, ex ipſo cœlo: ipſi Deo obediendi gratia. Quod ſi oratio ſit perfecta, ipſa te impellet ad voluntatẽ diuinam ita in terra exequendam, ſicut Seraphini, qui ipſum habitant cœlum, taleſque alas tibi

Lib. 1. de orando Deũ.

a Iſai. 6. 3.

præbebit, vt laborem in præcepti executione non sentias, ex quo fit, vt oratio sit excellentis meriti. Et quoniam exerceri potest quocũque tempore, ideo (ait S. Bonauentura) poteris per illam in quacunque hora id promereri, q̃ prævalet toti mundo. Fodiant itaque filij huius sæculi in cauernis & mineris terræ, vt suũ aurum & argentum multæ scoriæ admixtum eruant, magno timore, ne fures illud deprædentur, aut ipsa mors rapiat; Tu autem, si filiorum Dei sortem desideras, in his potiùs orationis mineris fodias, in quibus thesaurum inuenies, qui nec auferri, nec cõsumi possit: quin potiùs eo frueris absque molestia, coniungendo ipsa oratione media, voluntatem tuam cum diuina.

§. 4. *Orationem impetrare nobis refectionem spiritualem & corporalem.*

NE verò existimes, omnes orationis diuitias esse inuisibiles, audi quartam eius excellentiam, quod scilicet illa sit mediũ, ad quotidianũ panẽ corpori & animæ impetrandum. Verbum est enim ipsius Christi D. quod a *amico petenti tres panes* liberalissimè *sit daturus quot quot habet necessarios*. Qui autem sunt hi tres panes, nisi Spiritualis, Sacramentalis, & corporalis? Oratio autem impetrat spiritualem gratiæ ac deuotionis panẽ, qui spiritum & sustentat & corroborat,

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie

a Luc. 11. 5.

Et panem sacramantalem, in quo latet ipsemet Christus, panis viuus, qui descendit de cœlo, vt alat comedentem; & panem corporalem, hoc est quidquid ad vitam corporis sustentandam, est necessarium.

2.2.q.83.a.13 SED vlterius adhuc progreditur orationis eminentia & præstantia. Nam ipsamet (teste S. Thoma) tanquam proprium effectum efficit actualem spiritus refectionem, in magna abundantia & voluptate eius, per sex illos actus, quos complectitur: Et eisdem (teste S. Bernardo) prospicit nobis de tribus panibus, de pane scilicet veritatis ad refectionem intellectus cum sanctis meditationibus de pane charitatis, ad sustentandam voluntatem feruentibus affectibus; ac de pane fortitudinis, ad corrorandam infirmam carnem, quæ ex reliquijs spiritus plurimum animatur, ad quiduis aggrediendum, quod spectat ad obsequium diuinum. Conuoca igitur omnes tuas facultates, vt audiat beneuolas excelsæ huius virtutis orationis voces, quæ (vt ait S. Ioannes Climachus) instar Reginæ sedet in suo Throno, nosque vocans ingenti clamore, dicit. b *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*, quo labor vester subleuetur, & onus alleuietur vestrum. *Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris*, & corporibus. Sine me enim onus legis est valdè graue: mecum autem factum leue, tolli facilè potest; sine me mortificatio est res amara; mecum autem est dulcis; Crux sine me est

Serm. de tribus panib in Rogationibus.

Gradu 28.

Matt. 11. 28.

intolerabilis; per me autem fit valde iucunda. O dulciſſime IESV, qui per os orationis hæc mihi verba dicis, Aperi meas aures, vt audiam, eamque in ſociam fidelem mihi accipiam, tu es verè c *panis vitæ*, qui tamen abſque oratione non ita comedi poteris, vt in ſumentis vtilitatem cedas: Illa enim te recipit in memoria, & ruminat meditatione; Affectu te deguſtat. amore te ſibi ipſi incorporat. Denique imitatione facit nos tibi ſimiles. d Si *eſuris* ac *ſitis iuſtitiam*, anima mea, recurre ad orationem, in qua *ſatiaberis*. e *nec obliviſcaris hunc panem comedere, ne areat cor tuum*. Quid ſi corporis panis tibi deſit, accede etiam ad orationem, f *qui enim dat eſcam pullis coruorum inuocantibus eum*, cùm à parentibus deſeruntur, attentius audiet orationem filiorum ſuorum, panemque quotidianum liberaliter dabit.

c Ioan. 6.35

d Matth. 5. 6

e Pſal. 101.5

f Pſal. 149 9 & Iob 38. 41

§. 5. *Orationem liberare nos à tribus magnis miſerijs.*

Dimitte nobis debita noſtra.

CONIVNGAMVS nunc reliquas tres orationis excellentias, quod ſcilicet ſit medium efficaciſſimum, ad nos liberandos à tribus nos circumſtantibus miſerijs; quarum remedium tribus vltimis dominicæ orationis petitionibus petitur, à *peccatis* ſcilicet, à *tentationibus*, & ab æternis ac temporalibus *malis*. Eſt enim oratio potentiſſima ad impetrandam veniam omnium pec-

catorum, quamuis innumerabilium & grauissimorum. Quid a *iustificauit Publicanum* nisi *oratio*, quam habuit *in templo*? Quid nisi oratio, b *patrem filij prodigi* emolliuit, & ad eum tanta facilitate recipiendum permouit? Quid regis iram placauit contra c *seruum, qui debebat ei decem millia talenta, quem quod non haberet vnde redderet, iussit* tanquam mancipiũ *vendi*: nisi humilis oratio, quam *procidens* habuit, vt propterea *debitum totum ei dimiserit, quoniam* (inquit) *rogasti me*. Quod si debitum fuisset decies millies maius, totum condonassem, si ita me rogasses neque enim tales preces despicere possum. O infinitam orationis virtutem, ad quam omnis peccatorum numerus est paruus, omnisque eorum grauitas est leuis: eo quod possit ipsa remissionem impetrare cuiusque debiti, etiam infiniti. Et quoniam ipse Christus Dominus tanquam conditionem ad nostra debita dimittenda, apponit, vt nostris quoque debitoribus nos dimittamus: ipsa oratio hanc quoque conditionem adimplet, emolliens corda etiam indurata, vt pro suismet inimicis orent, dimittẽdo illis sicut ipsi cupiũt sibi dimitti. Fornax enim orationis est ignis immensus, in quam etiamsi instar ferri durus ingrediaris, emollesces instar ceræ, cùm exis ab ea.

a Luc. 18 13

b Luc. 15. 19

c Mat. 18. 26. 32.

Et ne nos inducas in tentationẽ.

QVID autem dicam de virtute orationis, ad circumstantes nos tentationes, ne nos summergant, euincendas? Illa enim triumphat de suggestionibus dœmonis, de perse-

cutio-

cutionibus mundi, & de carnis passionibus. Quoties (inquit S. Isidorus) tetigerint te tentationes vitiorum, toties recurre ad orationē, quæ vnicum est remedium ad illas superandas. Propterea siquidem Saluator dixit suis Apostolus in nocte passionis: d *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem* Quod si illi sicut ipsorum Magister orassent, non fuissēt victi; sed sicut Magister vicit, quia orauit: Ita illi fugerunt, quia dormierunt, & non orarūt. Homines (ait S. Bonauentura) consueuerunt clamare, & auxilium petere, cùm vehemens aliquis ignis domum inuadit, aut violenta venit inundatio, aut obsidentur à potente aliquo exercitu. Si te vrit concupiscentiarum ignis, ora: sic enim, e *orante Moyse ad Dominū, absorptus est ignis, qui accensus fuerat in castris.* Si te affligit inundatio & tempestas curarum huius sæculi, ora: f *orantibus* enim *Apostolis*, cessauit tempestas maris, *factaq; est trāquillitas magna*, nauisque appulit ad portum. Si cernis te ab innumeris hostibus obsideri, ora: potius enim e *Moyses* orando, *manusq; suas leuando* in cœlum, quàm Iosue pugnando, hostes vicit. Potens est oratio impetrare h *duodecim legiones Angelorum*, qui pro nobis pugnent contra Dœmones. Et quid dico Angelorum? ipsemet eorum Dominus venit in nostrum auxilium: adeò enim orationem amat, vt statim, vbi illa est, accedat; liberetque ipsum orantem: quia id petit, & pulsat.

d Mat. 26. 41

e Num. 11. 2

f Matt. 8. 25

g Exod 17. 11

h Matt. 26. 53

DE NI-

Sed libera nos à malo

DENIQVE oratio liberat nos ab omni malo culpæ & pœnæ æternæ, ac temporalis in eo gradu, qui nobis expedit, vt à malis temporalibus liberi simus, ne incurramus spiritualia.

i Gen. 32. 9. Oratio liberauit i *Iacob* ab ira fratris sui Esau, & à multis alijs periculis, in quibus fuit, vt mox videbimus. Hæc liberauit k *tres pueros de Camino ignis* Babylonici; l *Ionam de ventre Ceti*; m *Susannam* à morte, quæ ex falsa calumnia ipsi imminebat. Et ipse Christus D.N. orando sanabat infirmos, à dæmonibus liberabat, mortuosque suscitabat; non quod ipse, ad ea præstanda, oratione opus haberet (vt ait S. Ambrosius), sed quod nos ea opus haberemus, ideo suo exemplo, ad eam animabat n *Fili* (ait Sapiens) *in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te.* o *Oratio* enim *fidei* (ait S. Iacobus) *saluat infirmum, & alleuiat eum Dominus.* Si tristis es & afflictus, ne desperes, sed ora: oratio enim tristitiã expellit, & ab omni afflictione liberat. Et si te videris ad ipsas inferni portas, ne p̃termittas orare: Oratio enim stabit coram te, & os eius crudele occludet, ne te deuoret, nec cruciet. Et in quacunque te calamitate & miseria positum videas; intellige, orationem esse medium quoddam omnipotens, quod te ab omnibus malis liberet, omniaque adferat bona, solicitè vrgens diuinam omnipotentiam, vt consueta sua in te misericordia vtatur. Propterea enim dixit Dauid. p *Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.*

k Dan 3. 24. 50.
l Ionæ 2. 2
m Dan. 13. 42
Lib. 5. in Luc
n Eccl. 38. 9
o Iacob. 5. 15
S. Bonauent: in medit. vitæ Christi c. 36
p Psal. 65. 20

Insi-

Insinuans (vt ben è expendit S. Augustinus in eum locum) esse initum pactum inter orationem, & misericordiam diuinam, vt neutra ab altera separetur. O Pater misericordiarum, largire mihi donum orationis, quæ certum est medium, per quod illas ad nos dirigis: nec permittas orationem meam separari à me, ne tua misericordia me deserat. Certus sum etenim, si oratio me semper comitabitur; tuã quoque misericordiam me semper protecturam, & ab omni miseria liberaturam.

§. 6. *Orationem esse necessariam.*

EX omnibus prædictis sequitur, Orationem adeò esse necessariam ad conseruationem vitæ spiritualis, & ad nos eruendos à malis, & hostibus, qui eam pessundant, vt (teste S. Thoma) præceptũ sit naturale & diuinum, quo ad eam habendam sub reatu noui peccati teneamur: cum videlicet nos videmus in arcto labendi periculo, nisi ad Deum recurramus, vt suam nobis porrigat manum. Si enim a *est genus dæmoniorum, quod non ejicitur nisi in Oratione & Ieiunio*, necesse omninò erit orare, vt ab eius tyrannide liberemur. Et propterea dixit Christus D. N. quod b *oportet semper orare, & non deficere.* Si enim oratio deficit, defecerint omnia bona prædicta, & ipsa vita spiritus, quę ab ea depẽdet: Et sicut corpus sine anima est cadauer deforme, fœtidum, & vermibus scatẽs; ita (ait S. Chrysostomus) anima;

2.2.q.83. a. 3 ad 2

a Matt. 17. 20

b Luc. 18.1.

Lib. 1. de orando Deũ.

quæ

quæ orationem contemnit, eò deuenit, vt peccatis moriatur, vitijs deformetur, malisq; exemplis fœteat, & conscientiæ remorsibus repleatur. Quod si es prudens, maius detrimentũ reputabis, oratione priuari, quam ipsam mortem obire: sicut ille Propheta potius voluit exponere se periculo mortis, quam orandi exercitium prætermittere, existimans quod exponeret se periculo amittendi vitam animæ, si orationem relinqueret; ideoq; maluit vt corpus morereturquàm spiritus. Magna, (inquit S. Laurentius Iustinianus) est vis orationis, quę Deum placat, Angelos lætificat, Sanctos obiectat, penetrat cœlos, impetrat quæ petit, terret dœmones, hostes vincit, homines permutat, vires reficit, spiritum corroborat, animã Deo coiungit, deuotionem generat, ac dulcedine replet, colligit dispersas cogitationes, facitque vt intra nos ipsos cum voluptate habitemus, & audeo (inquit) affirmare, absq; ea te non consecuturũ salutem æternam. Diuina enim misericordia, à qua illa dependet, per orationem applicatur; suosq; operatur effectus, qui vitã æternam promerentur. O gratia gratiarum sacra oratio, quid amplius de te dicã, vt tuam declarem excellentiam, & quàm sit mihi necessarium tuum subsidium! Ego sum fons omnium miseriarum, tu mihi fons omnium misericordiarum; tecum viuo, sine te morior; tecum fortis sum & robustus, sine te debilis & infirmus, tecum repletus sum bonis, sine te repleor malis; O spiritus diuine, qui

Dan. 6. 10.

septem

septem tua dona nobis largiris, vt sciamus tecum loqui; & septem has petitiones proponere: Da mihi donum sapientiæ, quo sanctificẽ tuum nomen; donum intellectus; quo tui regni occulta penetrem; donum consilij, quo recte possim voluntatem tuam in terra exequi, sicut in cœlo, donum scientiæ, vt nouerim quærere quotidianum spiritus panem; donum pietatis, quo inclinem, & alliciar ad dimittendum meis debitoribus, sicut tu mihi mea peccata dimittas; donum fortitudinis, ne tentationibus succumbam; donum denique timoris, vt omnia mala fugiam. Da etiam magnam orationis opinionem & æstimationem, per quam hæc omnia bona imperrem ab infinita tua liberalitate, ad gloriam sanctissimi tui nominis in æternum.

Amen.

CAPVT III.

DE ADMIRANDA ORAtionis vi ad vincendum in Spiritus palæstra, luctante ipsa tum ipsomet Deo, & quàm magna bona in ea luctatione ipsa lucretur, & hac ratione tum ipsos Dæmones: tum quatuor internos hostes, vincit, quæ illam oppugnant: declaratur etiam, qui illi sint, & qua ratione vincendi.

INTER septem orationis excellentias hactenus numeratas, illa maximè eminet, quod sit medium necessarium valdeque efficax ad vincenda omnia certamina & pugnas Spiritus; tam eas, quæ contra opera vitæ actiuæ exsurgunt, quam quæ contemplatiuam, & ipsammet orationem distractionibus, aridit atibus, aliisque mille modis à dœmonibus excitatis perturbant: de quibus dixit Apostolus: a *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & Rectores tenebrarum*, qui nostra bona opera conantur impedire. Et inter alios

a Ephes. 6. 12

fines

fines, ob quos Deus D.N. terribiles adeò luctas nobis permittit, vnus est, vt manifestetur admiranda orationis efficacitas ad illas vincendas; & glorioſi fructus, quos ex huiuſmodi victoriis illa profert. iuxta id, quod ſcriptura diuina refert de Patriarcha Iacob, quod b *certamen ſortè dederit illi Deus, vt vinceret & ipſa experientia ſciret, quoniam omnium potentior eſt ſapientia*. Duplicem enim luctam valdè inſignem habuit Iacob: alteram horrendam & valdè prolixam cum fratre ſuo Eſau, quæ incepit ab ipſo vtero matris, vbi c *colliduntur in vtero eius paruuli*, contendentes vter prius naſceretur, exiens autem tunc Eſau, priorque naſcens, ob eam victoriam ius ad primogenituram patriſque benedictionem ſibi vendicabat, quam cum Iacob d *ſurripuiſſet*, aucta omninò eſt Eſau rabies in eum, ſtatuitq; magno furore eum perſequi: Exiſtenti autem Iacob in hoc periculo, obtulit Dominus ſecundam aliam ſtupendam luctam. Nam per totam vnam noctem e *vir luctabatur cum eo vſque mane*, Angelus ſcilicet qui ipſius Dei perſonam gerebat, *qui vir cùm videret, quod eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit*, nec tamen propterea Iacob a lucta deſtitit, dicens: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi*, ſicut reipſa benedixit, mutando nomen *Iacob in Iſrael. Quoniam* (inquit) *ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines præualebis?* Quibus verbis omnem illi ademit metum, reddi-

b Sap. 10. 12

c Gen. 25. 22.

d Gen. 27. 36

e Gen. 32. 24

ditque securum, quod in virtute illius victoriæ esset fratris sui Esau furorem victurus, & de omnibus suis hostibus triumphaturus.

§. 1. *De lucta orationis cum Deo D.N.*

HAEC insignis est illa lucta, de qua loquitur Propheta Oseas cùm dixit: Quod a *Iacob in fortitudine sua directus est cum Angelo* pugnansque cum eo, *ingemuit ad eum & confortatus est*. Modus autem & ratio illum vincendi fuit, quia *fleuit & rogauit Deum*, Sic nobis significans, nos cum Deo D.N. & Angelis eius luctari flendo & rogando: qua ratione illos vincimus, quia feruens oratio non aliud est, quàm lucta quædam spiritus cum ipso Deo, ad illum ita vincendum & inclinandum, vt nobis subsidio sit: quia tot titulos rationesque ad eum permouendum adducimus, vt cogamus quodammodo nobis largiri, quod petimus. estque eius charitas adeò infinita, vt cũ in alijs luctis constitutos nos & afflictos videt, ipsemet & hanc secum luctam deducat, vt in ea ipsum vincamus. Valde enim delectatur, cum nostra oratione vincitur: vt ipsa experientia discamus, quantum ei ipsius gratia possimus, ad vincendum in reliquis pugnis & certaminibus. O diuinæ misericordiæ altitudinem: ò vim orationis inuincibilem: te laudent, Deus meus, infinitæ tuæ misericordiæ ob eam vim, quam in oratione

a Oseæ 12. 3.

Certamen forte dedit illi, vt vinceret.

possit

posuisti, ad graues & difficiles pugnas euincendas.

Tremenda est procul dubio pugna inter spiritum per Iacob significatum, & carnem, eiusque amorem proprium, per Esau expressum; quæ ab ipso vtero matris nostræ inchoatur, vbi caro primam obtinuit victoriam, deijciens animam in originis culpam, à quo tempore valdè mansit in visceribus radicata, mutua inter ipsos contradictio; b *concupiscit* enim (ait Apostolus) *caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem*. Quæ quod antiquior sit c *non* enim (ait Apostolus) *prius quod spirituale est sed quod animale, deinde quod spirituale*) prima illa victoria erecta; horrendè persequitur spiritum, cogitque gemere & clamare; d *infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, captiuante me in lege peccati*? nullus est, qui liberare me possit, nisi *gratia Dei per Iesum Christum*. Sed quis hanc gratiam ad carnem meam in hac luctæ superandam impetrabit? Hoc præstat excelsa illa orationis virtus, quæ præuenitur & iuuatur à gratuita ipsius Dei voluntate per Iesum Christum filium eius, cuius virtute viriliter cum vtroque luctatur, & gemitibus ac petitionib. ita illos vincit, vt largiatur, ꝙ illa petit, si fortè nõ eo e *quod amicus sit* saltẽ *propter improbitatem eius* sicut Moyses cũ Deo luctatus, & Cananæa cũ Christo, victores tãdẽ euaserunt. Si itaq; afflictum te & calamitate aliqua oppressũ videris, surge iuxta cõsiliũ saluatoris

b Gal. 5. 17.

c 1. Cor. 15. 46

d Rom. 7. 24

e Luc. 11. 8.

etiam media nocte, & accede ad domum veri sui amici, qui est Deus; & quamuis fores clausas inuenias, ipsumque quasi occultatum, inclusum ac dormientem; pulsa, & precibus ac orationibus opportune importune clama, donec vincas, & seipsum tibi dedat. Luctare sicut Iacob tota nocte cum hoc magni consilij angelo, flens & rogans eum: Nam qui vinci cupit, manus omninò tradet, vt vota ac desideria tua expleat.

QVIS verò bona illa enumeret, quę vincenti tibi in hac lucta obuenient?

1. PRIMVM enim Deus hic inuincibilis, efficacissimo suæ omnipotentiæ ictu, neruũ tanget carnis tuæ, amorem scilicet proprium, eumque arefaciet; & vires eius ita debilitabit, vt non possit spiritui resistere; tunc com-

2. mutabit nomen Iacob in nomen Israel, & luctatoris nomen, in nomen victoris fortisque contra Deum; certa tibi indicia & pignora præbens, quod sis victurus reliquas carnis passiones, & mundum, ac dœmonem: eo quod vinceris ipsum Deum, qui omnibus est maior. Si enim fortis fuisti contra Deum, quid mirum si contra homines præualeas, tibique infernales potestates subijcias? si enim Dei voluntatem obtineas, tecum etiam habebis eius omnipotentiam, cuius virtute quascunque alias obtinebis victorias: & tunc etiam implebitur in te, quod ait Scriptura: f *quoniam maior seruiet minori*, quia caro rebellis subijcietur spiritui, qui iunior est ætate, licet maior dignitate, ob

f Gen. 25. 23. Rom. 9. 13.

edietq-

edietque ei tanquã ancilla Domino suo. Dabit tibi præterea Deus nomẽ Israel, quod etiam significat videntem Deũ communicabit enim tibi donum contemplationis, quæ præmium est eorum, qui vincunt in hac vita; simulque coniunget in tuo spiritu vtrumque nomen & opera vtriusque vitæ, actiuæ scilicet & contemplatiuæ, vt hæc cum illis mutuò sese exhilarent & corroborent. Tunc denique copiosam suam benedictionem impartietur, non g *in pinguedine terræ* sed *in rore cæli*, ditantes gratijs ac donis suis cœlestibus, iureque ad æternam primogenituram. Hæc omnia impetrat oratio: ipsa enim petit, & accipit; ipsa quærit, & inuenit; ipsa pulsat ad Portas cœli, donec ei aperiantur, & inde omnia descendant: ipsa cum Deo pugnat, donec ipse illa mittat.

4.

5.

g Gen. 27.28

Qvamobrem si velis, omnipotentem vincere, eiusque omnipotentiæ esse particeps, esto vir orationis; si carnem tuam cupis mortificare, eiusq; neruos, quib. illa innititur, arefacere, esto vir orationis; si cupis triumphare de mundo & pompis eius, & nec homines nec eorum calumnias timere, & potius ipsis dæmonibus timorem, incutere, esto vir orationis; si vis, vt nomen tuum Deus commutet, & fortitudinem, tribuatque tibi quietæ & tranquillæ contemplationis donum, vt eum eo modo in hac vita videas, quo videri potest, & eo frui, esto vir orationis. Denique si cupis à patre luminum cœlestes omnes benedictio-

nes impetrare, quas per Iesum Christum filiũ suum communicat, esto vir orationis. Hæc enim est omnipotens ad eas impetrandas. O Pater misericordiarum, qui *certamen hoc forte* mihi offers, *vt vincam*: ne, quæso patiaris, mea culpa me vinci. O Deus inuicte, da mihi donũ orationis, quo te vincã. Nã, si ego te vinco tu es qui vincis in me: ideoq; tua erit gloria victoriarũ, quas ego in illa obtinebo: tecum luctabor tota huius tristis vitæ nocte, nec dimittam luctam, donec aperiens manum tuam impleas me tua copiosa benedictione, imponens tu ipse mihi nomen Israel, quo te videam fruarque in æternum. Amen.

§. 2. *De lucta Orationis contra dæmones.*

VENIAMVS nunc ad certamina & pugnas, quas habemus cum ipsius orationis hostibus internis; siue domesticis & externis hoc est dæmonibus, qui omnibus vijs & modis, quibus possiunt, oppugnant ipsum orantem, vt eius orationem, eiusq; fructum impediant.

1. Lib. de orat. c. 48. 49. & 50.

ADEÒ autem procul suum cursum auspicantur, vt (teste sancto Nilo) in eum finem omnes suas tentationes dirigant, quas interdum suggerunt. Nam si gulæ tentationem dæmon suggerat, id facit, vt grauatum corpus cibis, reddatur ineptum ad orandum; si suggerat iram aut impatientiam, aut dormienti ineptum

ingu

ingerat somnia, id facit, vt cor perturbet tempore orationis: accedente autem tempore, qui prius molestus erat, incipit (vt ait Cassianus) esse multò molestior, & importunior; & si prius dormitabat ad hoc, tunc ipse excitatur; vt in oratione dormire nos faciat, somno culpæ, aut pigritiæ; aut spiritum ita turbet, vt quid faciat, non attendat, vtens ad id passionibus & humoribus corporis, infirmitate & lassitudine carnis, temporum injurij & negotijs domesticis; idque eo vsque facit, vt (quod ait sanctus Nilus) cyniphes & animalcula commoueat, vt sint nobis in oratione molesta, aut timorem incutiat & terrores, horrendis aliquibus imaginibus, aut loci solicitudine, & noctis obscuritate, aut timores confringens illusionum & fraudum, quæ execrãdum nobis reddant hoc excelsum orationis exercitium, ne in illa impingamus. Et (vt sanctus Bernardus ait) cùm feruentiores nos in in oratione animaduertit, maiori impetu rabieque adhibet impedimenta. Quamobrem aliqui ex sanctis Patribus dixerunt, orationem, quo est excellentior, eò esse difficiliorem: eo quod totus infernus contra illam coniurasse videatur. Neque est nouum quid, quod grandia opera, valdè sint difficilia. Quod si difficultas terret pusillanimes, granditas animat fortes, Sed hic tamen vtrosque decet magno esse animo; necessitas enim orationis vrget illos; vt eã studiosè procurent;

Lib. 2. de institutis c. 10

c. 105.

Serm. 4. de Quadrag.

& conatus, & solicitudo dæmonis illam impugnantis, satis clarè indicant, quanti illa sit æstimanda, quæ meritò nos vehementer impellent, ad resistendum ei; & cum eo, donec vincamus, pugnandum. Magna laus est orationis, quod crudelis adeò hostis eam persequatur, magnaque est gloria eiusdem, talem hostem in hac pugna superare. Quare eousque progressus est sanctus Chrysostomus in hac re, vt dixerit, Dæmones tremere ac timere animam feruenti oratione munitam; nec audere propè ad eam accedere territos vi & fortitudine: quam oratio ad ipsos vincendos illi confert; & quamuis illi adeò sint feri, vt ipsos Christi Apostolos aggredi audeant, oratione destitutos, a *illa* tamen *& ieiunio* facilè superantur. Indue spiritum tuum his Dei armis, & iunge illis eorum sororem Mortificationem, per ieiunium significatam. Si enim hæc duo simul adhibeantur, nullus Dæmonum resistere poterit, nec vlla potestas illis contradicere.

Lib. 1. & 2. de orãdo Deũ

a Mat. 17. 20

Mortificatio iuuat orationem

§. 3. *De lucta Orationis cum internis hostibus.*

2. ET quamuis pugna hæc, & certamen sit forte, aliud tamen est periculosius, quia domesticum, in quo Dæmones totam spem suam collocant. Agitur enim intra nos in ipso corde, quod est domus, in qua ipsa exercetur oratio, in qua propterea domo; qua-

tuor

t or esse solent interni hostes, qui orationem persequuntur, quos cum S. Bernardo nuncupare licet, *culpam mordentem, sensum agentem curam pungentem & irruentia imaginum corporearum phantasmata*, quæ perturbant. Ex quibus quatuor conflatur tristis illa & obscura nubes, de qua Ieremias: *opposuisti nubem tibi ne transeat oratio*: Nam sicut è terra ascendunt crassi vapores ad aeris regionem, in qua condensati, fiunt nubes; quæ solis aspectum impediunt, eiusque splendore & calore nos priuant: Ita (ait S. Gregorius) permittit Deus ex miserijs, quæ in corde nostro terreno sunt, ascendant ad spiritum vapores & nebulæ cogitationum & affectuum inordinatorum, quibus ille obscuratur, & ita torpet, vt nec possit contemplari solem iustitiæ, nec radijs lucis eius & amoris diuini frui; nec eius oratio ascendit ad tribunal cœli, vt bonum impetret, quod petit.

Serm. 23 in Cant. ad finem.

Thren. 3. 44

Lib. 28. Mor. c. 9.

Horum quatuor hostium siue impedimentorum orationis incommoda, mirè explicat S. Augustinus hac iucunda quamuis domestica comparatione. Atqui (inquit) sunt sicut illi homines, qui infeliciter matrimonium cõtraxerit, eo quod vxor sit terribilis ac difficilis ingenij: qui tota die, magna sua voluptate occupantur in negotijs, aut per plateas deambulant; timent enim in propriam domum ingredi, cum experientia sciant, si ingrediãtur, molestias, amaritudines, murmura, & euersiones se perpessuros. Quia non potest domus

Conc. 2. in illud Psal. 33 Exquisiui Dominum.

esse composita, vbi inter virum & vxorem pax nulla est. Meritò igitur nostri lamentantur, seque iudicant infelices; siquidem ipsa domus propria, in qua laborum suorum leuamen essent habituri, in continuum conuertitur cruciatum. Multò tamen sunt infeliciores, qui ita ad res huius sæculi effunduntur, vt cordis sui domũ ingredi perhorrescant, ob intolerabilẽ quam in sua conscientia inueniunt, turbationem. Peccata enim eos mordent, effrenes carnis passiones valdè turbant. Superfluæ sæculi curæ pungunt, & inordinata imaginationum phantasmata illos cruciant, & cùm voluntin cor suum intrare, vt orent strepitus hic adeò molestus & importunus ex propria eos eijcit domo, vt fugiant ipsam orationem, ob grauem & molestam vitam, quam illis adfert mala conscientia, aut rebellis sensualitas; & sicut fumus & stillicidia hominem ex cubiculo expellunt: Ita hæc turbatio ab ipsa recollectione expellit; vt quærat homo res externas, in quibus tempus expendat.

SED quamuis in adeò misera constitutione te positum videas; ne propterea abijcias animum & fiduciam, liberum te & expeditum ab ea videndi. Est enim tanta efficacitas, quã Deus in ipsa oratione posuit, vt per importunas eius preces hæc tandem nubes; & vapores eius euanescant, domusque cordis, sedatis eius turbationibus tranquilletur. Cogita itaque, cum de oratione agere instituis, Deũ D. N. exhortari te, ad quatuor hæc impedi-

menta

menta remouenda. verbis illis quæ dixit Ieremiæ: a *Ecce constituite hodie vt euellas & destruas, & disperdas & dissipes & ædifices, & plantes*. quasi dicat: si collectæ orationis domum constituis ædificare, & plantare nemus excelsarum cogitationum, & operum fructuosorum, stude priùs omnes eius obices remouere: destrue peccata, quæ mordent; euelle passiones & cupiditates, quæ te turbant, dissipa superfluas curas, quæ te pungunt; & eradica inanes imaginationes, quæ te inquietant; neq; id obiter & perfunctoriè efficias; sed altiùs fodiendo, vt radices extrahas tuorum incommodorum. Valdè enim altè ascensurum est ædificium orationis & contemplationis, quod cogitas ædificare, nec timeas laborem aut virium defectum in hac expeditione, quia ipsamet oratio eas tibi impetrabit, luctabiturque cum hisce hostibus, donec victoriã de eis obtineat.

a Ierem. 1. 10

§. 4. *De lucta orationis contra peccata & passiones.*

PRIMVM colluctandũ est aduersus peccata, quæ remordent conscientiam, eo quod illa non defleueris, aut eorũ affectiones, radices, & occasiones nõ auferas. Hæc enim (vt ait Isaias) a *diuiserunt inter nos & Deum nostrum, & absconderunt faciem eius à nobis, ne exaudiret*. Et Dauid b *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* 1.

a Isaiæ 59. 2

b Psal. 65. 18

Si e-

i enim aspicis iniquitatem in corde tuo, eamque remouere possis, ne eam tamen remoueas, sinum id est, quod tibi in ea complaceas, cum qua complacentia non es dignus aspectu & contemplatione Dei, quæ promittitur c *mundis corde*: quin potiùs horrorem senties vocis illius dicentis: d *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* nec eius magnitudinem contemplebitur. Esto semper memor, e *discedat ab iniquitate omnis qui nominat* & inuocat *nomen Domini.* Et f *Volo viros orare leuantes puras manus sine ira & disceptatione*, nec sine causa (ait S. Chrysostomus) iuberis in oratione leuare puras manus, quæ sunt operum instrumenta, vt cogitatio de eis leuandis contineat te, ne eas maculeis, ne tibi dicat Deus, quod dixit Israelitis: g *cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis; & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiã: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt*, multarum scilicet culparum. Cùm igitur liberum tibi sit, cum diuina gratia, tollere remorsus culpabiles, qui animum & cor deijciunt, consilium Sapiẽtis amplectere: h *Iustus in principio orationis accusat seipsum*, & statim atque orare incipis, simul etiam luctari contra peccata incipias, eliciendo actus doloris, & firma propositi emendationis concipiendo, & petitiones ad Deum coniungendo, quo poteris optimo modo. Oratio enim importuna talem tibi impetrabit gratiam, vt nubes dissoluat tuorum peccatorum, & conuertat in aquam lacrymarum.

c Mat. 5.8

d Isa. 26 10 iuxta LXX.

e 2. Thren. 2 19

f 2. Thim. 2. 8

Hom. 76. ad pop.

g Isaiæ 1. 15

h Prou. 18. 17 iuxta LXX

rum. O Deus æterne, qui per tuum Prophetam dixisti, i *deleui vt nubem iniquitates tuas & quasi nebulam peccata tua*. aufer quæso ac dele nubem, quam ego habeo, nullo eius vestigio relicto: vt oratio mea in tuum conspectum ingrediatur, dignusque efficiar gloriam tuam contemplari. i Isa. 44.22.

EODEM hoc zelo pugnandum tibi est in ipso orationis ingressu, contra effrænes carnis tuæ passiones, & inordinatas sensuum tuorũ cupiditates, quæ ita spiritum ipsum turbant; vt non sinant attendere ad considerationem rerum æternarum, nisi prius reprimantur & mortificentur. Etsi enim ad k *Rubum* descenderit Deus, cupiens se videri, & aliquem propterea lucis suæ radium emittat, vt à longè videri possit, non patietur tamen vt *appropies*, & familiarem cum eo conuersationem ineas, nisi prius *soluas calceamentum de pedibus tuis*, & teipsum mortifices, relinquendo carnis tuæ delicias; & tolerando dolorem, qui propterea tibi proueniet. Cogita itaque cùm ad orationem accedis, dicere tibi Deum, quod Moysi, ad rubum ardentem accedere volenti: *ne appropies huc, solue calceamentum de pedibus tuis*: Exue terrenas omnes affectiones, eijce desideria omnia rerũ perit urarũ: dedecet enim cum huiusmodi calceamentis ad meum conspectum intrare. Qua voce audita, constituas apud te, velle mortificare quicquid in te displicet Deo; qui mox te permittet appropiare, & familiariter cum ipso loqui, nisi autem 2. k Exod. 3.2

sic te

sic te dispoſueris; non accedas ad eius contemplationem: ipſe enim dixit. 1 *Non videbit me homo & viuet*, quaſi diceret (vt ſanctus Grogorius interpretatur,) Nullus Deum ſpiritualiter videt, & mundo carnaliter viuit. Moriatur itaque moriatur ſuis cupiditatibus caro tua, & ſtatim licebit magnalia diuina cõtemplari. Quod ſi difficultatem in hac executione ſentis, incipe orare: Oratio enim impetrabit tibi bonum deſiderium, vireſque ad exequendum, dicens cum S. Auguſtino: O fons vitæ, moriar, vt te videam, mortificem me, vt te fruar; abnegem me, vt liceat loqui tecum: ſiquidem tam felix viſio, & iucundum colloquium non impetratur ſine hoc genere mortis, in qua vera conſiſtit vita, verum videam etiam te Domine vt hic moriar. niſi enim orare & contemplari incipiam; & ſic te videre, nõ poſſum mori, vt te fruar.

1 Exod 33.20

Lib. 8. Mor. c. 28.

Solido c. 1

§. 5. *De lucta orationis contra ſuperfluas curas, & importunas cogitationes.*

1. TERTIA pugna, quam aggredi oportet, eſt contra ſuperfluas curas, quæ ſpinarum inſtar pungunt, & ſuffocant ſementem inſpirationũ diuinarum, & torporẽ quendam ſpiritui adferunt; vt non ſciat cum ſuo Creatore colloqui; qui te monuit illis verbis, a *attendite vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate & curis huius*

a Luc. 21. 34

vitæ.

uæ. Sicut enim nimius cibus & potus, corpus onerant: ita multæ superfluæ curę turbant spiritum, orationemque impediunt. Non voco multas eas, quæ sunt conuenientes; sed quæ magnam adferunt anxietatem, quamuis sint de rebus bonis, qualem curam habebat b *Martha* cum nostro Redẽptori *ministraret*. Quod si tempore orationis hæc te anxietas & curæ aggredientur, pugna contra eas rationibus & clamoribus in cœlum, cogitans, dici tibi, ab ipso Redemptore, quod Marthæ fuit dictum. O anima anima, c *sollicitaris & turbaris erga plurima, porrò vnum est necessarium*. placere scilicet Deo, vt animam tuam saluam facias; cuius curæ comparatione reliquæ ita tibi esse debent, atque si non essent. In hac enim vnica cura omnes includuntur: nam si curæ tibi sit placere Deo, ipse recipiet in se bonam rerum tuarum expeditionem. maior itaque ac præcipua cura vincat minorem. Attende itaq; nunc illi vni, quod pluris tua refert, dimittendo multitudinem quę te distrahit. Scriptum est enim. d *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus*. quasi diceret, reijcite curarum multitudinem, quæ vos conturbant, & sic licebit magnalia mea cõtemplari. O Deus infinite, seda in anima mea turbationem Marthæ, ne sit impedimento quieti Mariæ; euelle ex corde meo spinas, quæ illud pungunt, vt producat sanctas cogitationes & affectus tibi placentes.

b Luc. 10. 40

c Luc. 10. 40

d Psal. 45. 11

TRIBVS hisce hostibus deuictis, supereſt 4.

vltima

v'tima lucta, & quidem cæteris acrior, contra irruentia imaginum & cogitationum inordinatarum phantasmata, quæ nos in ipsa oratione inuadunt. Nam imaginatio natura suaest inquieta, ac tumultuosa, seseque proripit, absque nostra licentia, ad eas res cogitandas, quæ illi arrident; rapitque simul seipsum intellectum, vt in eisdem occupetur. Quæ si extra se res nouas non inuenit, confringit intra se varias imagines & figuras; aut qnas habebat prius commouet, seipsam in eis aspiciendis oblectando, & ab his ad illas transeundo, absque vlla in vllis earum alia constantia, quam quæ est in ipsa mutabilitate, qua torquet, cruciatque cor isti, se ad orandum colligentis: de quo sanctus Iob conquerebatur dicens: e *cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquẽtes cor meum, noctem verterunt in diem*; tempusque orationis, quieti destinatum, conuerterunt in laborem & pœnam distractionis; quæ adeò so'et esse pertinax, vt aliqui parum experti, diffidant se posse victoriam in hac pugna obtinere: è quorum numero fuit Cassianus in sua iuuentute, cuius deceptionem sanctus quidam Abbas hac similitudine retexit, Si interrogaremus (inquit) hominem aliquem ignarum natandi, qui nec alios natantes vidisset, num corpus humanum grauissimum sustentari ferrique possit super aquam, vt non submergatur? certum est eum attendentem ad corporis sui grauitatem & experientiam, qua vidit se in aqua mergi, responsurum: id

e Iob 17:11

esse

esse impossibile, qui tamen, si videret alios natantes, & industria & arte sustineri super aquã nec mergi, mox sententiam mutaret, & priotem suam sententiam iudicaret errorem. Ita igitur Tyrones aliqui experti suæ imaginationis mutabilitatem, vitium reputant naturæ irreparabile; nec esse possibile eam stabilire. Verùm exigua eos experientia fallit; & consulentes magis expertos inuenient, multos impetrasse quietem, quam ipsi desiderant, habentes in virtute Dei supra suas cogitationes imperium & potestatem, sicut ille Centurio Euangelicus qui dixit: f *Ego sum homo sub potestate constitutus; habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit; & alij veni, & venit; & seruo meo, fac hoc, & facit.* In hunc itaq; modum si tuus spiritus viriliter constituit esse Deo subiectus in omnibus, & per omnia, qui est supremus tuus gubernator, eò peruenire poteris, ipso fauente, vt in potentias tuas domineris, quæ sunt tui milites; & sensibus corporis, quod est tuum mancipium. Et si oculis dixeris claudimini, & linguę, cõticescę; statim id facient; &, si tuas appetitiones efficaciter insseris aliquid amare, aut odisse, parebunt tibi. Et, si imaginationẽ ipsam atque intellectũ iusseris hac de re cogitare, & non de illa, id exequentur. Hæc enim excelsa mentis nostræ pax, qua fruebatur in statu innocentiæ, potest aliquo modo reparari in hoc statu, efficacitate diuinæ gratiæ, ob perfectã obedientiam & subiectionem Dei, & mortificationem tui-

f Matth 8. 9.

ipsius, per exercitium ipsiusmet orationis: quę eo tandem peruenit, vt hanc possideat quietę quæ ipsa oratione media est impetranda sicut feruens illa anima indicauit, quæ orans dicebat suo sponso: g *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*, vt fusiùs dicemus in Tract. 3.

g Cant. 1. 7

INTERIM tamen, dum hoc non experiris, contende tria propria impedimenta remouere, quæ fouent hoc vltimum; nec cesses, confidenter omninò & perseueranter orare: nihil est enim impossibile oranti, & confidenti; sicut oportet; & in ipso medio strepitu, quem sustines in oratione, clama, sicut poteris, ad Deum tuum, vt illum tranquillet, dicens ei cum Dauide: Aspice Deus omnipotens, quia h *cor meum dereliquit me*: exijt ex mea domo. tum quod ego, ex ignauia illud non custodiui; tum, quod vaga mea imaginatio, mihi non obtemperat; tum deniq; quod dœmon ad fugiendum, illud induxerit. *complaceat tibi Domine vt eruas me* ab hac violentia, quàm sustineo. Et siquidem iubes me destruere, euellere, dissipare, & exstirpare quatuor hæc vitæ contemplatiuæ impedimenta; da mihi gratiam, ad exequendum quod iubes; vt quietem obtineam, quam promittis. *Peculiaria remedia contra hæc impedimenta in capitibus sequentibus ponentur.*

c. 6

h Psal. 39. 13

CAPVT

CAPVT IV.

QVOD ORATIO SIT DEI donum, & quod aliud sit omnibus commune, aliud aliquibus particulare; & cui hominum conditioni communicetur: & qua ratione ex vtroque proficiemus, nos q. ad recte in orationem incumbendum præparabimus.

CVM hactenus indicauerimus externos & internos hostes, qui orationem destruere conantur, indicemus nunc principia & causas, quæ illam in anima generant, quasdam ex parte Dei, quasdam ex parte nostra. Præciquæ sunt autem ex parte Dei, cuius oratio est donum, vt fusè ostendit sanctus Augustinus & reliqui Patres fatentur. Sicut ergo est donũ quoddam fidei, & donum sapientiæ: Ita est donũm orationis, quod ab ipsomet Spiritu sancto procedit: &, vt absque Spiritu fidei non potest credi sicut oportet; ita absque Spiritu orationis, non potest orari sicut expedit, ob causas quas Apostolus Romanis insinuat: a *Spiritus sanctus adiuuat infirmitatem nostram*

a Rom. 8, 26

nostram: nam quid oremus sicut oportet, nescimus; sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. in quibus verbis duplicem causam innuit Apostolus ex nostra parte, cur non oremus sicut oportet, infirmitatem scilicet; & ignorantiam. Nostra enim infirmitas tanta est vt (Apostolo teste) b *non simus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.* quare solis nostris viribus nec bonam quidem cogitationem quæ principium est orationis; habere, nec c *sine Spiritu S. Iesus dicere possumus*, quod est nomen, in cuius virtute oramus; nec vincere impedimenta aut difficultates, contra orationem occurrentes. Accedit autem ignorantia nostra, quod d *non sciamus quid oremus, sicut oportet.* Nam, etsi in genere id sciamus, sicut est in Dominica oratione expressum, ignoramus tamen in particulari, quid hoc tempore & hac occasione petere nos conueniat: sæpeque dicere nobis poterit Christus, quod dixit filijs Zebedæis: e *nescitis, quid petatis.* Multò verò magis petendi formam & modum ignoramus, non tàm ignorantia speculatiua, quam practica. Nam esto notæ sint nobis conditiones reuerentiæ ac fiduciæ, quas in petendo oporteat adhibere; non tamen in ipsa praxi nouimus modum, quo id sit faciendum, nec tangemus recta punctum cum tali spiritu petendi, vt ipsum Deum, ad concedendum quod petimus, pertrahamus. Quod totum ad commiserationem excitat ipsum spiritum S. Qui recipit in se, vt sit noster adiutor

b 2. Cor. 2. 5

c 1. Cor. 12. 3

d Rom. 8. 26

e Mat. 20. 22

& Ma-

& Magister in præstanti hoc exercitio, adeò vt ipse *postulet pro nobis*. Quia videlicet docet nos, quid petere debeamus; permouetque atque adiuuat, ad id faciendum, illustrationibus & efficacibus suis inspirationibus, quæ sunt potentissimæ ad resistendum dœmonibus, & vincenda impedimenta, quæ in oratione nobis obijciũt. Quare ab eisdẽ potius inspirationibus prouenit vt rectà feruenterq; in excelso hoc exercitio nos habeamus, quàm à nostra industria. Per illas enim Spiritus sanct⁹ operatur in nobis, & nos cum ipso, sex illos actus, in quibus oratio perfecta consistit. Ille nos in sua præsentia collocat, intentionem nostram eleuat, meditationes nostras ordinat, affectus accendit, petitiones dirigit, ordinatque colloquia; quod totum operatur gemitibus quibusdam ac suspirijs, desiderijs ac sensibus adeò admirandis; vt, licet eos sentire, eisdemque gaudere possit, qui eos habet, non tamen sciat, nec possit declarare. Et quandoquidem duplex hæc nostra miseria Spiritum sanctum permouet, vt hæc officia internè nobis præstet: plurimum refert, orationem ipsam auspicari ab vtriusque cõfessione; & vtramque tanquam titulum & causam afferre, vt nos dirigat adiuuetque in ipsa oratione dicendo ei: O Spiritus sanctissime, fateor me ignorantem esse atque infirmum, nec scire orare sicut conuenit; nec vires ad id faciendum habere. Assiste ergo mihi in hac hora, doce me orare, instiga me ad petẽdum, inspira quid

mihi sit faciendum, & accende affectus, excita gemitus, quos tu solus potes communicare.

SED aliã rationem siue titulum dulciorem nobis adfert Apostolus, dicens ad Galatas; f *Quoniam estis filij, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abbapater.* Quasi diceret, non tam ad vestram ignorantiam, & infirmitatem reparandam, quam quod sitis filij adoptiui Dei, voluit ex misericordia sua infinita infundere in corda vestra Spiritum vnigeniti filij sui qui est Spiritus sanctus, & inspirationem, & impulsum internum, qui ab eius præsentia procedit, clamatque hoc est clamare vos facit, & orare feruẽter vestrum Patrem. Nam cùm Dei opera sint perfecta, eo ipso quod nobis dat Spiritum filiorum, dat etiam Spiritum orationis, ad petendum quod nobis est necessarium; sicut filij à suis parentibus petunt. Et sicut ipsius est donum q̃ eleuat nos ad dignitatẽ filiorũ; ita etiã est donũ eius Spiritus orationis filiorũ propriæ. Hunc ergò titulum coniungemus alijs prædictis, vt nos ad fiduciam habendam excitemus, dicentes: O Pater supreme, siquidem ex tua misericordia accipis me in filium, largire mihi donum orationis, qua tecum loqui, & agere tanquam cũ Patre possim.

f Gal. 4. 6

Lib 2. de orando Deo.

DENIQVE ipsa orationis excellentia (ait sanctus Ioannes Chrysostomus) clamat, quod nostras facultates excedat, nec possimus cum ipso Deo colloquia inire; nisi suo Spiritus

sancti

sancti fauore illis adsit. Et quamuis possint homines regulas ac documenta ad id proponere; omnia tamen parũ proderunt, nisi diuinus spiritus, tanquam principalis Magister & adiutor adsit ad opus adeò excelsum. Esto constans (ait S. Ioan. Climachus) in tua oratione, & habebis Deum Magistrum ac directorem eius. Nam sicut nemo potest verbis docere, quomodo oculi videre debeant: quia id oculi naturaliter faciunt; Sic nullus poterit sola alterius doctrina, discere pulchritudinem & excellentiam orationis. Nam illa habet in seipsa Magistrum Deum, h *qui docet hominem scientiam*, donatque orationem ipsam oranti. Et sicut absque oculis non potest esse visio: ita absque Spiritu orationis nemo potest dignè orare. Gradu 29. h Psal. 39. 10

§. 1. *De recipientibus donum Orationis.*

EX dictis intelligitur, neminem debere existimare se excluſum esse ab orationis dono recipiendo. Cùm enim omnes eo indigeamus, ob nostram ignorantiam & infirmitatem; simusque filij Dei ob naturam, quã nobis ad suam imaginem dedit, cum titulo ac iure, vt possimus eiusdem esse filij per gratiam; ita omnes huius doni capaces sumus, quod ipse cœlestis pater noster omnibus offert: nec iussisset, aut consuluisset, vt oraremus; nisi etiam voluisset dare nobis 1.

Spiritum, quo orare deberemus. Liberalius tamen eundem Spiritum largitur in lege gratiæ, eo quod sit lex filiorum, & ipse in ea delectetur magis cum hominibus, quos etiam vt fratres accepit, quando pro eisdem factus est homo, sicut promiserat per Prophetam. i *Effundam super domum Dauid & super habitatores Ierusalem Spiritum gratiæ & precum.* Prælati itaque & Ecclesiæ gubernatores per domum Dauid significati, eorumque subditi & populi significati per habitatores Ierusalem, accipient, (nisi ipsi sibi desint) Spiritum, quo Deo placeant; & aptè, vt oportet, orent. Et cùm dicit *effundam*, significat, in magna abundantia & excessu se illum communicaturum omnibus, nemine excluso, qui accipere illum velit. Sicut neminem excludit ab spiritu gratiæ suæ, quam semper comitatur Spiritus orationis; Habitus scilicet supernaturalis virtutis, aut virtutum & donorum Spiritus S. quæ nos inclinant ad orandum, simul cum ordinarijs auxilijs, quæ Deus communicat talem habitum habenti; vt eo quãdocunq; voluerit rectè apte que vtatur.

i Zach. 12. 10

2. VERVM est tamen, esse alium spiritum orationis, magis particularem, qui supra ordinarium & omnibus communem, addit maiorem illustrationum & cœlestium inspirationum copiam, quibus Spiritus sanctus perficit hoc opus valdè frequenter & eminenter intra corda nostra; & ipsemet excitat nos ac prouocat, vt ad eius conspectum accedamus; verbaque

baque ipsa suggerit, & in ore nostro ponit, quæ illi dicamus; & ipsam fiduciam, reuerentiam, atque instantiam, qua petere debeamus; efficitque, vt tota nostra oratio, spiritualis sit sicut est Spiritus; à quo illa procedit. Hoc autem donum orationis (vt ait Laurentius Iustinianus) nec omnibus conceditur: nec omnes ad tantam altitudinem ascendunt, nec tam arcta cum Deo familiaritate vtuntur: quamuis id ordinariè à culpa nostra proueniat eo quod ordinario dono, quod omnibus conceditur, non recte, vt par est, vtamur. Et cum Deus non sit parcus ad sua dona largienda: nec tu parcus esto in eis petendis, in ea excellentia qua ille solet communicare. Vbi supra.

Nominatim autem hoc donum largitur Deus triplici hominum conditioni: ijs videlicet, quos ipse ad insignem sanctitatis gradum in sua Ecclesia elegit, aut quos posuit Duces aut Magistros aliorum in ea, sicut Moysi, Dauidi, alijsque insignibus Prophetis, Apostolis, & Religionum Fundatoribus, magnisque alijs Sanctis, quos facit quasi Regios Cubicularios, dans eis clauem auream, Spiritum videlicet orationis, vt frequentissimè ingredi possint ad agendum cum ipso de mysterijs secretissimis, quæ nonnisi amicis intimis communicantur.

Et hinc est, quod etiam communicet idem donum Religiosis; & ijs, qui omnia sua reliquerunt, vt se totos internæ cum Deo familiaritati dicarent. Nam (vt ait sanctus

2.2.q. 182. a. 2. ad. 1. Thomas) manifestum est indicium insignis erga Deum amoris, si quis omnia relinquat, quo se totum diuinæ contemplationi, & quietæ

Collat. 9. c. 1 orationi dedat, quæ nos cum Deo coniungit, & quæ (teste Cassiano) finis & scopus est religiosorum exercitiorum. Cùm itaq; Deus D. N. vnicuique det suæ vocationis gratiam, qua possit ad eius finem peruenire, non negabit illi donum tractationis familiaris cum ipso, quem ad eum statum, & vitæ genus vocauit, in quo ille se totum dicat, ad illam procurandam.

IDEM donum solet Deus largiri personis valdè exercitatis, variisque calamitatibus afflictis, quas magna tolerantia sustinent: hac ratione eos refouens, præmiumque patientiæ eis reddens, imò solet ipse huiusmodi tribulationum fluctus permittere, vt sint illis occasioni ad orandum; & suauissimum hoc orationis donum impetrandum. Siquidem in huiusmodi tribulationibus feruentius oratur; sicut

b 1. Reg. 1. 10 c Tob. 3. 1. 11. euenit b *Annæ* Samuelis matri, & c *Tobiæ*, ac nurui eius *Saræ* Et vniuersim cum donum hoc cum hac particularitate sit ad modum gratiæ gratis datæ; illud largitur Deus cui vult, & sicut vult; vt manifestè thesauros inæstimabilis suæ charitatis; & quas suis amicis seruat delicias in cœlis, erga quos adeo se humanum ostendit in terra. O amice vere.

d Prou. 8. 31. d *cuius deliciæ sunt, esse cum filijs hominum*; Idque multò magis postquam factus es vnus eorum; effunde super me copiosè spiritum

gratiæ & orationis, quæ me facient intimum tibi amicum, valdeque tecum familiarem. Amen.

§. 2. *De præparatione diligenti ad hoc donum recipiendum.*

SED erit operæ pretium multiplicem diligentiam quoq; explicare quâ ex parte nostra possimus adhibere, ad hoc donum in tota sua perfectione impetrandum: quę ad duo capita reuocantur.

PRIMA, eaq; summi momenti est, vt quando Deus D.N. speciali sua inspiratione, & hoc feruoris genere, nos ad orandum permouerit, eam occasionem ne negligamus, sed in vsum nostrum sedulò conuertamus; vt iuxta Ecclesiastici consilium; a *non defraudemur à die bono & particula boni dominos non prætereat*, quod Deus nobis offert: progredientes in oratione toto tempore, quo fauor ille cœlestis perduraverit; quod est insigne donum orationis, & indicium, quod sit illud daturus constanter & perseueranter: Quia bonus aliquis horum dies, sufficiens est profectum nobis adferre per totam vitam. Et hoc voluit nobis Spiritus S. significare in admirando illo Elisei prophetæ cum Rege Ioas euentu; b *dixit enim Regi Eliseus: affer arcum & sagittas & cum Rex posuisset manum suam superposuit Eliseus manus suas manibus Regis, & ait: Aperi fenestram orientalem, & iacias sagittã, & iecit;*

1.

a Eccl. 14. 14

b 4 Reg. 13. 15

& iterum ait illi, percute iaculo terram: & um percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet, ira tus eſt vir Dei contra eum; & ait: ſi percuſſiſſes quinquies aut ſexies ſiue ſepties percuſſiſſes Syriã vſq; ad cõſumptionẽ; nunc aũt, quia remiſſius egiſti, ſatis tibi eſſe exiſtimans, quod ter percuſſeris, *tribus tantum vicibus percuties eam.* Quid enim totum hoc eſt, niſi te monere, quid facere debeas, quando Spiritus diuinus, ſancta ſua inſpiratione tibi ſuggerit, vt arcum tuarum potentiarum ſumas ad iaciendas ſagittas orationum, contra hoſtes dœmones; & ad transfigendum ipſius Dei cor, & ab eo impetrandum, quod deſideras? Quid eſt, quod iubeat aperiri feneſtram orientalem, niſi vt aperires tuum intellectum cœleſti eius illuſtrationi, vt videas & contempleris ſolem iuſtitiæ, iam iam orientem, & in tuam animam ingredi volentem? Quid eſt manum ſuam ſuper tuam ponere, niſi ſpecialia auxilia tibi offerre, quibus tuæ potentiæ, opus hoc ſuauiter excellenterque perficiant, ſupplente illo infirmitatem tuam abundantiæ ſuæ gratia? Quid eſt dicere, vt iacias haſtas & ſagittas, niſi te inſtruere, vt hac opportuna occaſione diligenter vtaris, orando cum eo toto feruore, quem Deus tibi inſpirat; nec ceſſes ab orando, donec Deus ceſſet; nec remittas, ex ignauia & negligentia, quamdiu adeſt tibi Deus: Verum ô infirmi noſtri cordis miſeriam: ô cor timidum vix tres ieciſti ſagittas, & ſtatim defatigaris, remittis, & ab orando & contemplãdo

deſiſtis

desistis,eo tempore, quo Deus paratus erat eleuare te ad culmen contemplationis; & victoriam dare tuarum passionum perfectissimam,votaque tua plenissimè explere. Meritò potest Spiritus diuinus irasci, tibique dicere: ô homo ignaue,cur cessasti? ô timide, cur te abiecisti? si quinquies aut sexies, siue septies sagittas iecisses, percussisses Syriam vsque ad consumptionem: mansissesque pacificus in corde tuo,vt iucunda mea præsentia frueretis,nemine te amplius molestante;sed quia timide egisti, quamuis aliquas obtenturus sis victorias,non tamen deerunt,qui multas tibi afferant molestias, vt in pugna contra illas versaris & exerceatis. O diuine Spiritus,cuius opera sunt perfecta,adiuua infirmitatem meã ne ob negligentiam amittam dona, quæ mihi offers ex tua gratia.

Altera diligentia,quam possumus ac debemus adhibere,ad obtinendum adeo singulare donum,est,vt ipso generali ac ordinario vtamur quod offert Deus omnibus ad orandum, qui.n fidelis est in paruo, dignus est,quẽ Deus ad summum extollat. Nam ipsemet Dominus dixit: c *qui habet dabitur ei, & abundabit:* quod erit præmium boni vsus donorum prius acceptorum,cum alia maiora ei conferuntur. Et propterea ait S. Nilus,ipsosmet Sanctos experiri, cum ad orationem accedunt, interdum se omnia peracta inuenire: ipso Spiritu sancto ita omnia disponente: qui tamen alias vult magno id labore ipsos impetrare, & adhibi-

2.

c Matt. 13 12.

Cap. 29. de orat:

hibito suo studio, cum auxilio ordinario, disponere se ad speciale & copiosius obtinendum. Et vniuersim lex est ordinaria Domini nostri, vt ex parte nostra cooperemur ipsius gratiæ, ad eamque recipiendam nos disponamus. Nec maius aliud indicium est, quod velit Deus hoc particulare donum nobis conferre, quam si desiderium vehemens nobis suggerat illud quærendi; nosque ad illud recipiendum præparandi, & eò dirigitur

d Eccl.18. 23 solenne illud Ecclesiastici consilium, dicentis: d *Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Quid est enim Deum tentare, nisi eius dona prætendere, non adhibita necessaria diligentia ac dispositione ad ea recipienda? Et quid est Deum in oratione tentare, nisi ad eam imparatum accedere? Hoc enim est etsi non verbis, opere tamen ipso dicere experiar, num Deus adeò sit liberalis, vt orationis donum mihi largiatur, me non faciente quod possum ex parte mea; aut num daturus sit mihi, quod peto, quamuis non debito petam modo; aut num hic vincam meos hostes, etiamsi imparatus ad victoriam obtinendam accedam. Qui hac ratione Deum tentat, dignus est, quem Deus deserat: nec donum aut fructum orationis impetret, siquidem ad eam se præparare neglexit: Exitus enim præ-

e Psal. 9.17 parationi respondet. & ideò Dauid, e *Desiderium*, inquit, *pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit*

auris

auris eius. & sanctus Bernardus. *Qualem te* (inquit) *paraueris Deo, talis tibi apparebit Deus.* f *Cum sancto* enim *sanctus erit, & cum innocente innocens erit,* & cum solicito solicitus, & recollectus cum eo, qui quærit recollectionem. Et *quantum appo suerimus ad diligentiam* (ait sanctus Eusebius Emisenus) *tantum ille addit ad gratiam.* Propterea enim Dauid dixit, quod g *posuerit Deus adiutorium in potente*; quasi diceret, adiuuat Deus adiuuantem se recentesque vires & facultatem addit benè vtenti ea, quam prius habebat. *O anima* (ait sanctus Augustinus) *esto solicita cum solicito, cum mundo munda, cum sancto sancta, cum vacante vacans, qualis apparueris Deo, talis oportet vt appareat tibi Deus.* Et si valdè fueris diligens, te præparando, antequam ad eius conspectum ingrediaris, admittet libenter te, & præmio afficiet tuam præparationem, explendo tua desideria.

Serm. 69. in Cant.

f Psal. 17. 26

Hom. 3. ad Religiosos.

g Psal. 88. 20

In Manu. 5. 24.

§. 3. *De duplici præparatione ad Orationem.*

De ligno vitæ Tract. de Orat. c. 3

HAEC præparatio (teste sancto Laurentio Iustiniano) duplex est: altera quæ dicitur remota, altera proxima.

1. REMOTA præparatio siue dispositio est vita ordinata & composita per totum decursum diei, discens ex tui hostis astutia ita vitam tuam ducere. Si enim dœmon (vt supra diximus) omnes suas tentationes per totam diem eò dirigit, vt orationem tuam eiusque fructum impediat; æquum est, vt tu earum victorias & reliqua bona opera ad eandem orationem cum fructu habendam, dirigas: ita vt in victu sis temperans, quò sit corpus benè dispositum in oratione; & studeas sedu'ò, cor tuum & sensus custodire, vt sis in ea tranquillus; mortificans interdiu (vt ait Cassianus) quicquid turbare te potest tempore orationis; dàs operam, vt qualis orans velles inueniri, talem ante orationis tempus te præparare contendas, luctando contra quatuor impedimenta in proximo capite indicata. Si enim illa interdiu admiseris, nõ poteris ab eis te in illa hora defendere.

cap. 3.

Coll. 9 c. 2. 3
Coll. 10. c. 13

2. STVDENDVM præterea est, insignibus virtutum operibus teipsum exornare, vt sis dignus apparere absque pudore coram DEO: hoc enim est, quod Ecclesiasticus dixit:

a Qui

a *Qui timent Dominum, præparabunt corda sua & in conspectu illius sanctificabũt animas suas*, ea sententia insinuans, præparationẽ consistere in fuga vitiorum & ornamento virtutum; id quod pulcherrimè declarauit S. Dionys. dicens: Moysen peruenisse ad tantam familiaritatem cum Deo, ob suam magnam mansuetudinem ac sanctitatem. *Sciebat enim* (inquit) *oportere colloquentem Deo bono, quàm maximè conari, ei pro viribus simillimum, fieri, ac sibi esse conscium Deo amabiliũ operationum*: Eas videlicet studiosè exercendo. Hæc enim similitudo talibus operibus exornata, dignum eum faciet, quem Deus ad suam familiaritatem admittat. b *Omnis enim* (vt ait Sapiens) *diligit similem sibi*, & libenter cum eo versatur.

a Eccl. 2, 20.

Epist. 5. ad Demoph.

b Eccl. 13. 19.

3. Quod, si de tractatione familiari cum Rege cœlesti ita sentias, vt par est; non existimabis magnum quemcunque laborem in hac præparatione posueris. Nam c *virgines ad Regis Assueri præsentiam ingressura*, & d *pueri coram Rege Nabuchodonosor*, multis mensius se præparabant varijs & magnis ornamentis, Regum suorum expensis; quantò iustius erit, se præparare eos, qui ad Regis æterni præsentiam sunt ingressuri, vt familiariter illi assistant? siquidem ipsemet Dñs expensas facit, & facultates exponit sufficientes ad talẽ præparationem.

c Est. 2. 12.

d Dan. 1. 5.

4. Denique ipsamet præparatio adeò sapidam feruentemque reddit orationem, vt vel

In Psal. 33. conc. 2. in id Exquisiui Dominum,

hoc ipsum censeatur sufficiens laboris pra-
mium: Si ingressus in templum (ait S. Augu-
stinus) voluntate ac desiderio orādi, videas q
illud incompositum, immundum, confracta
imagines, altaria indecenter præparata, &
magnum audias negotiantium & transeuntiu
strepitum: mox inde te corripis; quia non po-
tes, vt optas, orare: Si autē templum sit mū-
d m, ornatum, & quietum; imagines piè bene
que exornatæ; hæc omnia te ad orandum in-
uitant, diutiusque hærendum in tua oratione
Sic igitur, si templum cordis tui sit peccat
immundum, passionibus confractum, fœd
vanisque imaginationibus turbatum, quomo
do ibi poteris orare, aut vel ad momentu
manere? Munda igitur hoc templum, exor
& pacifica; & *ipsa mundicies cordis tui de*
e Psal. 100, 2 Vide Aug ib *ctabit te, facietq; te orare*, & sicut Dauid
perambulabis in innocentia cordis tui. & dele
ctaberis in medio domus tuæ. & cum gaud
f Ioan. 2, 15 intra illam orabis. O Saluator dulcissim
qui magno f *zelo omnes eiecisti de templo*, q
negotiationibus illud prophanabant, cum il
g Mat. 21, 13 g *domus, domus esset orationis*, ideoque ab o
mni tali strepitu immunis esse deberet; ej
ex templo cordis mei, quidquid illud turba
& exorna illud donis tuæ gratiæ: vt licea
mihi dignè intra illud orare, tecumque collo
qui.

5. PRAETER hanc præparationem tot
diei, alia accedere debet, tempore quo ins

orand

oratio: præuidendo scilicet argumentum & puncta, quæ in ipsa oratione sis cogitaturus: siue legendo in aliquo libro, siue memoriam eorum reuocando. Quod si oratio mane sit habenda; præparatio hæc nocte fieri debet; paulò antequam incumbatur, ad instar illius qui nocte ligna adfert, componitque in fornace, vt statim atque surrexerit, ignem suppo-nat; aut sicut is, qui summo mane iter sit aggressurus, nocte præparat, quidquid est ad illud conficiendum necessarium, quod si cum hac cura & cogitatione eorum, quæ sis meditaturus, aut oraturus somno te dedas, fortè eueniet tibi (quod ait sanctus Bernardus) vt iucundum habeas somnium de eo ipso, quod antea cogitaueras; idemque primum occurret, cùm euigilaueris: vt bona hac cogitatione cor occupatum, non admittat aliquam malam; & hac ratione benè paratus eris, vt idem prosequaris, postquam è lecto surrexeris. Propter hoc enim dixit Isaias: h *anima mea Domine desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis, de mane vigilabo ad te*: Insinuans, feruentem affectum, quem mane habuit, promanasse ex eo, quem nocte habuisset. Quæ præparationis forma celebris fuit, & in vsu apud Sanctos, qui vtroque hoc tempore orationem frequentabant, vt inferius fusiùs dicetur, cùm de loco & tempore ad orationem deligendo agemus.

Ad fratres de monte Dei.

h Isa. 26. 9.

c. 20.

6.

ACCEDAMVS iam ad proximas dispositiones ipsius orationis, cùm scilicet iam ipsa est inchoanda, quas (ait suprà sanctus Laurentius Iustinianus) insinuari ac comprehendi in executione illius consilij Christi D. N. dicentis; i *cum oraueris, intra in cubiculum tuum; & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito.* Quod, licet intelligi possit de ingressu in locum, siue cubiculum exterius, vt illud sit quietum, clausum, ac secretum. Sic enim multum confert ad orationis collectionem; præcipuè tamen illud intelligunt SS. Patres de ingressu in cubiculum interius cordis nostri, intra quod orandus est Deus; præparando scilicet illud ad hoc ipsum opus. Memor esto quid fecerit Christus D.N. celebraturus vltimum Pascha cum discipulis suis. Præmittens enim duos ex eis, k *Petrum & Ioannem*, dixit illis. *Ite in ciuitatem*, &c. & inuenietis l *cœnaculum stratum*: benè scilicet præparatum; & nihilominus addit: *illic parate*, quæcunque ad Pascha celebrandum ibi desunt: hac ratione significans, cœnaculum cordis debere multò ante esse præparatum, vt possit in eo Paschæ orationis celebrari: quæ meritò Pascha, hoc est transitus appellari potest, cum non aliud sit, quàm transitus nostri Spiritus in cœlũ, & aduentus Dei ex cœlo, ad ipsum Spiritum nostrum, vt cum eo maneat, licet obiter, communicando scilicet illi sensum mysteriorum cœlestiũ. Sed præter illam primã præparationem, præparandum est in hoc cœnaculo

i Matt. 6. 6

k Luc. 22. 8
l Mat. 14. 16.

quie-

quicquid amplius est necessarium, à Petro & Ioanne, à fide scilicet & charitate: extimulãdo valdè ipsam fidem, circa ea, ad quæ cũ Deo tractanda accedis, & accendẽdo desideriu vinum manendi ibi in eius societate, sicut oportet: claudendo in hunc finem, huius cœnaculi ostium omni generi cogitationum impertinentium; efficaci quodam animi decreto, nullam admittendi sponte distractionem, nec terrenam affectionem, aut intentionem minus rectam: ad quod solidiùs præstandum, adhibendi sunt cordis tui custodes, zelus Petri, & prudentia ac sapientia Ioannis; & inuocandus ac rogandus exercitus Angelorum, vt tanquam m *viri fortes ambiant* & custodiant sapientissimi *lectulum Salomonis*, ne hostes tuã orationem perturbant. Hoc feruens ac vehemens propositum maximi est momenti: firma enim & efficax animi resolutio ac decretum, est tanquam n *fortis armatus, custodiens atrium suum: & in pace conseruans omnia, quæ possidet*. Iuuat quoque claudere eo tempore portas sensuum; non effundendo visum ad aliquid, quod ipsum cor etiam effundat. Ita enim Elias colloquuturus cum Deo o *operuit vultum suum pallio*. quod si oculos aperueris, id fiat ad configendos illos in terram, aut aspiciendum cœlum, aut piam aliquem imaginẽ, quæ conferat ad attentionem, & non illam effundat.

Tract. 4. c. 16

m Cant. 3. 7

n Luc. 11. 21

o 3. Reg. 19. 13

Nvlla denique efficacior est ad orationem præparatio, quam sit ipsamet oratio. 7.

c.7. de diuin. nomin.

Quamobrem dixit S. Dionysius: omnem actū Theologicum, omne videlicet opus & exercitationem quæ de Deo agit, & cum Deo, inchoandam esse ab ipsa oratione, inuocato scilicet eius auxilio, ad eum actum ita præstandum, vt ipsi Deo placeat. Cùm ergo te præparas, dicere poteris cum Dauide: d *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine*, quia valdè ab eo est remota, *iuxta eloquium* & promissionem tuam *da mihi intellectum*, vt sciam, & valeam implere, quod tu iubes. Et post hanc præparationem licebit addere cum eodem Dauide: *intret postulatio mea in conspectu tuo*; & gratia tua me adiuua, vt dignè in ea perseuerem. Et certa firmaque spe adfuturi huius diuini auxilij, inchoare poteris tuam orationem, progrediendo per sex illos actus, in primo capite indicatos, & obseruando documenta, quæ de singulis inferius tradentur.

d Psal. 118. 169

CAPVT V.

VARIOS ESSE MODOS Orandi & agendi cum Deo: omnes fundari in memoria diuinæ præsentiæ: admirandam esse huius memoriæ efficacitatem, ad bonum orationis euentum, progressumq; in tribus vijs, Purgatiua, Illuminatiua, & Vnitiua.

QVAMVIS noster Spiritus, per sex gradus in primo capite indicatos, ad perfectam orationem ascendat: in singulis tamē est peculiaris aliquis modus cū Deo agendi, ex quibus varij proueniunt modi habendi orationem: excelsum enim hoc donum, & a *Spiritus* orandi, *est vnicus & multiplex.* Vnus in substantia, & multiplex in modo. Omnes autem fundantur in aliqua memoria præsentiæ Dei, cum quo est nobis loquendum & agendum: nullus siquidem loquitur cum eo, quem existimat absentem, aut non intelligere. In hanc igitur diuinam præsentiam varias ob causas ingredi possumus. a Sap. 7. 22

PRIMVM, vt videamus & cognoscamus 1.
Deum, eiusque magnalia, & perfectiones, sicut

qui accedunt ad palatium Regis, quem nunquam viderunt, vt eum videant; & experiantur, quæ de illo dici audiuerunt. Et quoniam infinita sunt, quæ fides nos docet de Deo & eius operibus, quotidie licet intrare ad noua semper in eo cognoscenda, aut in iam cognitis, nos magis confirmandos. Et hinc proueniunt varij modi orationis, per discursus videlicet, & meditationes circa diuina mysteria quæ remittimus ad sequentem tractatum; ob causam in præfatione nostra insinuatam.

2. SECVNDVS finis ingrediendi ad conspectum Dei est, ad fatendum & protestandum subiectionem, & promptitudinem obedientiæ, quam debet creatura suo creatori, tanquam supremo Monarchæ: sicut qui interdum accedunt ad manum sui Principis osculandam; & seipsos de nouo offerunt ad eius seruitium. Et hinc duo proueniunt orandi modi. Alter per viam & modum orationis; Alter per modum oblationis cum actibus substantialis deuotionis.

3. TERTIVS finis est, ad laudandum & glorificandum Deum, ob tot magnalia quæ in se continet; & ob gratias ac beneficia, quæ nobis confert: ex quo etiam procedunt duo alij modi orationis valdè excellentes: Alter per viam & modū laudis & exultationis de Deo; Alter q̃ viā gratitudinis, aut gratiarū actionis.

4. QVARTVS finis est, ad nostras omnes necessitates illi proponendas; earumque remedium petendum: in quo etiam varij includun-

tur

tur modi orandi, pro varietate modorum petendi.

DENIQVE possumus ad diuinum conspectum accedere, vt eius felicissima visione fruamur, doctrinam audiamus, ipsique assistamus in terra, sicut Angeli assistunt in cœlo; & vt in amoris vnitione cum eius bonitate conquiescamus, sicut lapis in suo cẽtro. Et hinc oriuntur modi orandi ipsius contemplationis proprij, de quibus in tertio tractatu erit sermo, in hoc autem dicemus de reliquis, qui sunt omnibus communes, faciles, & mirum in modum vtiles, atque excellentes; qui etiam inter se magnam habent connexionem, & ferè semper inueniuntur permixti; quamuis interdum aliquis eorum eminẽt, interdum verò alius maiori feruore eluceat: & primi, sint veluti gradus ad posteriores. Quam ob causam declarabimus quidquid est cuiusuis proprium, & materiam copiosam indicabimus, quam habet quisque ad loquendum & agendum cum Deo D. N. & sic plures horæ expendi possunt, antequam desit quid dicatur; aut negotia, quæ sractentur. in qua re dexteritate opus est. Nã vt in hoc seculo multi sunt homines, qui non sciunt, diutius conuersationem aliquam protrahere, nisi alij materiã offerant, ad eam producendam; imò & tunc interdum se inueniunt valdè impeditos & aridos, alij verò sunt in hac magis exercitati, sciuntque suis sermonibus alios absque tædio continere. Ita proportione quadam solet in

5.

oratio-

oratione euenire: in qua multi sunt adeò steriles, vt statim atque verbum vnum, quod prę-cogitauerãt, Deo dixerunt, aut precationem vnam Dominicam; nihil sciunt aliud quod dicant, & ibi subsistunt; non vlterius progrediẽtes, nisi Deus ipse occasionem afferat deuotionis alicuius sensibilis, cùm recenti alicuius mysterij sensu, quo progrediantur in oratione: quod quia rarius euenit, hærent ibi otiosi. Ne autem hoc detrimentum eueniat, expedit nosse spatiosum campum, copiosam q; materiam, quam aperiemus in varijs orandi modis: quos iam insinuauimus, incipientes semper à memoria diuinæ præsentiæ, qui primus gradus est ad omne genus orationis, in qua impetrari etiam solet gradus vltimus perfectæ cõtemplationis. Et quoniam eius sphæra est, sicut ipsemet Deus, immensa, non adstringitur ad solam orationem; sed extenditur ad omnia vitæ actiuæ opera, & cætera Christianæ perfectionis exercitia, ad quã est dulce quoddam compendium. Et quamuis communiter dici soleat, non esse compẽdium sine dispendio aut labore, hoc est adeò amœnum, vt reddat suaue, quod ex seipso graue fuisset & molestum: quod expertus fuerat Dauid, cũ dixit: b *renuit consolari anima mea; memor fuit Dei & delectatus & exercitatus sũ & defecit Spiritus meus*: verbis illis insinuans, memoriam Dei omnẽ ab eo tristitiam repulisse, & repleuisse lætitia: qua adeò permotus est ad varias virtutes, tanto spiritus feruore exercendas, vt

b Psal. 76. 4.

hali-

halitus eum deficeret. Per hoc compendium deduxit Deus intimum suum amicum Abrahamum, dicens illi: c *ambula coram me, & esto perfectus*: quasi diceret: si in mea præsentia ambulaueris, tuasque actiones ita feceris, sicut qui in conspectu meæ diuinitatis existit, eris in omnibus illis perfectus. Horũ omnium causam & rationem mirificè tetigit Salomon, cũ dixit: d *In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* In quibus verbis continetur quoddam genus pacti, & conuentionis inter Deum & hominem: qua, si homo se obstringit, vt contendat & conetur, Deũ habere in omnibus suis vijs præsentem, Deus quoq; recipit in se, illum dirigere in omnibus eius gressibus; vt neque ab itinere aberret, nec curuè aut cum defatigatione circumeundo pergat; sed recta breuique via, ad sui itineris finem perueniat, qui est ipsemet Deus. Et, vt omnes ad præclarum hoc exercitium afficiãtur; declarabimus hoc discurrentes per tres illas vias perfectionis, quas vocamus Purgatiuã Illuminatiuã, & Vnitiuã; & per gressus, quibus in eis ambulatur: quales sunt actiones, quibus vitiorũ mortificationem, virtutum splendorem, & amoris cum Deo vnionem obtinemus. in quibus si fideliter præstemus quæ ad nos pertinent, in prædicto pacto; DEVS procul dubio partes suas in eodem pacto seruabit: sicut ipse dixit sanctæ Catharinæ Senensi: Esto memor mei, & ego ero tui; stude tuas actiones præstare, cogitans quod te

c Gen. 17. 1

d Prou. 3. 6

aspicio

aſpicio;& ego operam dabo, vt illæ dirigantur in tuum commodum: quod experta ſponſa dicebat. c*Ego dilecto meo;& ad me conuerſio eius.* Ego intendo in meum dilectum, & ipſe in me;ego ſtudeo progredi in eius præſentia,vt illi placeam;& ipſe attendit, vt vias meas dirigat,quibus etiam illi placeam.

c Cant. 7. 11.

§. 1. *Memoriam Dei conferre ad fugienda peccata; & tentationes vincendas.*

INCIPIENDO à greſſibus viæ purgatiuæ, quibus orationis impedimenta remouentur,certũ eſt,ſi illis in præſentia Dei ambulemus,ipſum eos ita directurũ, vt fiãt cum excellenti puritate.

1 EIVS enim præſentiæ memoria, potenter omninò retinet ac frenat, ne carnis noſtræ propenſiones ſequamur; efficitque vt peccatum non ſecus atque Baſiliſcum fugiamus. Quis enim peccare auderet,ſi aduerteret Deũ eſſe præſentem,ipſumq; aſpicere? Quis adeò temerarius eſt latro;vt furari audeat:ſi attendit ſe à iudice videri, qui poſſit è veſtigio ipſum capere,& ſupplicio afficere? Quomodo ergo coram Deo meo peccare audebo, qui meus eſt iudex, & poteſt pœna me afficere temporali,& æterna.Et ideo ſanctus Thomas dixit: *Si Dominum præſentem, & omnia videntem,ac iudicantem ſemper cogitaremus aut vix aut nunquam peccaremus.* Quaſi diceret, vix

Opuſc. 51.

hæc

hæc duo se compatiuntur: attendere, quod respiciat nos Deus iudex noster supremus, & peccare in eius præsentia. Quod si peccamus, id fit quia huius obliuiscimur, & ipso opere protestamur hanc obliuionem & deceptionem dicentes, cum magnis illis peccatoribus: c *Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.* in quæ verba ait sanctus Hieronymus: si cùm tentamur, cogitaremus Deum nos aspicere, esseque præsentem, nunquam, quod illi displiceret, faceremus. Quamobrem pius ille senex Tobias, cum filium, qui iuuenis adhuc erat, institueret præ omnibus alijs hanc præsentiæ Dei memoriam ei tanquam efficax medium ad peccata fugienda, Dei verò præcepta seruanda, commendat; quam instructionem ita ipse connectit: b *Omnibus* (inquit) *diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum; & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.* Id ei significans: si primum impleret, facilè reliqua duo seruaturum, ob excellentem efficacitatem, & vim quam ad id habet, sicut appareret in sancta illa Susanna, quæ cùm ab impudicis senibus vrgeretur, minantibus mortem, nisi ipsis consentiret; animosè respondit: c *melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* quasi diceret. Etsi me homines non videant, scio quod me Deus aspiciat; in cuius præsentia nolo admittere peccatum, etiamsi propterea sit mihi moriendum. Quod si hæc diuinæ præ-

a Ezec. 8. 12

d Tob. 8. 6.

c Dan. 13. 23

sentiæ

sentiæ memoria, tantum valuit ad culpam impediendam in tantis angustijs, vt necesse esset; aut eam admittere, aut vitam & honorem perdere. Quanto magis impedire poterit ordinaria nostra peccata, quæ aliàs admittimus, in tantis angustijs non constituti.

2. HINC fit, vt hæc memoria sit medium efficacissimum, ad vincendas tentationes dæmonis, mundi & carnis; non solùm ob sanctum timorem, quem nobis incutit præsentia nostri iudicis, cuius est castigare eos, qui illis consentiunt; sed etiam, quod magnum nobis addat animum, cùm videamus adesse nobis omnipotentem Deum, qui ad eas vincendas iuuare nos possit; sitque noster patronus & protector in huiusmodi pugnis. Et propterea Dauid. d *Prouidebam* (inquit) *Dominũ in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne cõmouear*, nec vincar. circa quæ verba ait Caisianus: ille solus vim atque intellectum huius versus efficaciter assequitur, & in praxim deducit, qui intelligit, se cunctis momentis huius vitæ, à Domino in corporis & animæ puritate conseruari: quam ipse conseruare non posset, nisi Deus ad dexteram eius assisteret, confortando opera, quæ ab ea manu procedunt, contra furentes impetus, qui à manu hostis illi eueniunt, ad ipsum prosternendum. Sed hoc adiutorio munitus, confidenter cum S. Iob dicet: e *Pone me iuxtate, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Nullius e-

d Psal. 15. 8

Coll. 12. c. 5.

e Iob. 17. 3

nim

nim manus adeò erit potens, ad me proijciendum, atque tua est ad me defendendum, & quamuis f *Diabolus, tanquam leo rugiens circumeat, quærens me, vt deuoret*, non timebo: quoniam g *Dominus est in circuitu meo*, vt me protegat. Et siquidem potentior & h *maior* (vt ait sanctus Ioannes) *est, qui est in me*; hoc est, Deus, *quam qui est in mundo* hostis videlicet Diabolus, certa erit nostra victoria, cum illius præsentia & auxilio.

f 1. Pet 5. 8.
g Psal. 124. 2
h 1. Ioa. 4. 4

3.

Denique, si cupis præparationem tuam ad orationem, esse perfectam, & examen tuæ conscientiæ, confessionem peccatorum, eorumque dolorem, vitiorum mortificationem, reliquasque actiones ad perfectam puritatem impetrandam necessarias, in omnibus his fies compos voti, si ea peregeris, tanquam in Dei præsentia constitutus. Id enim voluit Deus, cùm dixit: i *reduc me in memoriam & k iudicemur simul: narra, si quid habes, vt iustificeris.* Si enim teipsum coram Deo iudices, ita iudicium facies, vt ex gratia eius iustificeris; &, si in eius præsentia culpam tuam confitearis, tantum concipies dolorem & pudorem, vt statim eam tibi remittat.

i Isai 43. 26.
Ex D. Greg. 26. mor. c. 5.
k Iob. 31. 14

O Deus æterne, remoue quæso densum illud velum, quod mea peccata, inter me & te constituerunt, ne te videam. Scio

enim

Scio enim, si ta aspexero vt debeo, acturum me, vt omnia quæ admisit, deleam; & operam daturum, vt nunquam ad eadem reuertar, ne mundissimos tuos oculos offendam, qui vident, ac detestantur.

§. 2. *Eandem Memoriam Dei plurimum conferre ad veras solidasq; virtutes comparandas.*

EADEM præsentiæ diuinæ memoria plurimum iuuat, ad comparandas virtutes viæ illuminatiuæ; virtutes non in specie, vanas & pueriles; sed veras, solidas, verefiue viriles. 1. Bonum enim opus, quod fit in præsentia hominum, potest esse merè vmbratile, & cum sola externa forma probitatis; quia illi non intuentur corda; sed quod fit in præsentia Dei, vt illi placeat, verum est atque solidum. Ille enim non solum exterius videt in cortice, sed penetrat ad interea; nec illi satisfit sola apparentia, nisi vera sit existentia. Quare idem est *coram Deo ambulare*, & ambulare in veritate absque fictione; in lumine, & non in tenebris: sicut dixit Dauid: a *Accedite ad Deum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur*. quasi diceret. Constituite vos coram isto sole iustitiæ, & illuminabimini à splendoribus gratiæ eius, & radijs verarum eius virtutum; & quando b *Deus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifesta-*

a Psalm. 33.6

b 1. Cor. 4.5

festabit cogitationes cordium, vos non erubescetis; eò quod vestra virtus erit interius, qualis externus apparet; talisque erit intentio occulta, quale est opus publicum: Deus enim dirigit gressus ambulantis in eius præsentia; & intentionem, vt rectà eum aspiciat, quem præsentem habet; nec eam inclinet, aut vertat ad rem aliam creatam. Et hinc est, quod scriptura sacra exhortatur nos, vt c *modestia nostra*, temperantia d *lætitia* & cæteræ virtutes, *innotescant omnibus* hominibus, non quod illi sint præsentes, sed quoniam *Dominus prope est*. hinc enim prouenit illis bonitas, quã habent, iuxta illud Ecclesiastis: e *Ego cognoui, quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius*. & præsentiam. Quia fruentur vero & solido bono, & impetrabunt veras f *virtutes*, quia secum habebunt *earum Dominum*.

c Phil. 4. 5
d Psal. 67. 4
e Eccl. 8. 12
f Psal. 79. 20

PRAETEREA, sicut Imperatoris præsentia, milites animat, ad insignia facinora aggrediendа. Ita Dei præsentia, animum iustis addit, ad excellentia opera patranda: aspectus Christi D. N. ad g *Patris dextram stantis*, magnum adiecit animum protomartyri *Stephano*, vt vitam pro eo daret, qui è cœlo ipsum pugnantem aspiciebat. Et cùm Christus suos Apostolos, ad prædicandum Euangelium misit ad omnes gentes, dixit: h *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi*; vt eius præsentiæ memoria, solicitos eos faceret ac sedulos, in tanta expeditione. Et quando

2.

g Act. 7. 55

h Mat. 28. 20

Iacob ſuum iter incepit, in quo magnos la
res erat toleraturus, apparens illi Deus i
i Gen.28.14. ſticæ ſcalæ innixus, vt animum illi adderet,
xit: i *Ego ero cuſtos tuus, quocunque pere*
ris. Quod tantam admirationem & anim
ipſi Iacob attulit, vt euigilans, ſtatim dixer
Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſcieb
non eſt hic aliud, niſi domus Dei & porta
Et ſtatim *ſurgens tulit lapidem, quem ſupp*
ſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, & alta
fundens oleum deſuper, obtulitque *vota* ſua
qui reuelauerat locum, in quo erat. O ſi De
oculos tibi aperiret, vt immenſitatem eius
gnoſceres, qua cœlum implet & terram; nu
relicto loco à ſua præſentia vacuo? vbic
eſſes, dicere poſſes: *Verè Deus eſt in loco iſ*
& ego neſciebam, aut id non attendebam;
cùm iam id animaduertam, videamque
præſentem, non debeo illum hoc in loco
fendere, quia *terribilis eſt locus iſte*: potius
lo hic eum adorare, & præſtare obſequiu
quia verè locus eſt iſte venerabilis: Hic li
orare, quia domus Dei eſt; hic licet pulſa
quia eſt porta cœli; hic promam, & offer
vota; & propoſita mea: quia ipſe aſpi
me; Hic magna ei obſequia exhibebo,
quidem auxilia mihi promittit ad ea p
ſtanda.

3. HAC viua fide omnes virtutes exacu
tur, nouumque ſplendorem recipiunt,
Heroicos ſuos actus, cum magna excellen

exc

exercendos. Humilitas in Dei præsentia abijcit se vsque ad abyssum Nihili; Obedientia est ad nutum, læta, prompta, ac diligens; Fortitudo, magna aggreditur pericula. Patientia exultat in laboribus;. Religio pia offert sacrificia laudis, & gratitudinis; & inoratione colligit omnes animæ facultates, vt festum diem suo agant Domino. Quare concludit sanctus Basilius, maximam nostram curam esse debere, vt cor nostram diligenter custodiamus; quo memoria continuata Dei, cum perpetua meditatione rerum mirabilium, quas fecit, sculpta sit in animis nostris, tanquam signum, quod deleri non possit, illudque nobiscum portemus, quocunque tandem nos conferamus. Hinc enim ait, orietur perfecta charitas, puraque intentio soli Deo placendi, nulla ratione habita inanis opinionis & iudicij hominum. Nam si quis (ait idem sanctus Doctor) concionatur, aut grande aliquod opus, in præsentia magnæ multitudinis præstat: totam suam curam ponit in eo, vt præcipuè Regi, si præsens est, placeat, non habita ratione multitudinis popularis. Quod si defectum aliquem admittat, tristatur, ob iacturam honoris; si feliciter cedat, exultat ob honorem, quem inde acquirit. Hac ergo ratione, vir spiritualis, siue loquatur, siue agat coram vniuerso mundo, solum conijcit oculos suos in æternum Regem, qui præsens est, in cuius

Reg. 5. fusa

comparatione Reges & Principes terræ, tanquam vulgares, & turba plebeia. Ideo illi soli studet placere in eo, quod agit: si liquam culpam labitur, tristatur propte quod Deo, qui illam videt, displiceat; si boni præstet, lætatur, quia Deus videt, placet; non habens maiorem rationem hom num præsentium, quam si abessent. Nam premi huius principis præsentia, adeò ca videntur viles, vt vile sibi existimet, qua illis placere; aut timere, ne displiceat; hoc ipsum aliquid conferre possit ad ho rem aliquem apud ipsum Deum obtinend qui gaudet, quod studeamus hominibus cere, vt benè illis faciamus, & ob solam ditoris ipsorum gloriam. Hac ratione m nimitatem tibi comparabis adeò Heroi vt sub tuis pedibus ponas res omnes huius di, ita viuens in ciuitate, atque si esses in d to; & inter multos: atque si esses solus; n honores quærens aut laudes hominum; né rum timens calumnias, aut opprobria; e lo contentus, quod sis apud tuum Deum, fruaris thesauris sanctitatis, gaudij & pa qui à iucunda eius præsentia procedunt.

k Sap. 10. 10 Rex æterne, k *deduc me*, sicut Iacob, *per*

l Lucæ 17. 21 *rectas & ostende mih. regnum*, quod l *intra est*, teipsum videlicet Regem gloriæ; & p tectionem, quam habes eorum, qui te re ciunt, aspiciam ego te semper ijs oculis, bus penetrem & comparem mihi Reg tuum, quod est m *Iustitia, Pax, gaudium*

m Rom. 14. 17

vtus. crescens in tua præsentia, & proficiens in virtutibus, donec earum præmium consequar. Amen.

§. 3. *Dei præsentiæ Memoriam etiam conferre ad opera viæ Vnitiuæ.*

PRAE omnibus, quæ hactenus diximus est admirandum auxilium, quod ex memoria diuinæ præsentiæ nobis prouenit, ad actiones & opera viæ Vnitiuæ, quibus coniungimur Deo D. N. per actualem cognitionem, amorem, & vitæ conformitatem. Quamobrem dixit Ecclesiasticus: a *Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei.* Quod scilicet Deus ipsum per omnes partes aspiciat: in quibus verbis tria cogitationum genera exprimit; quæ faciunt hominem beatum, eo modo quo beatus esse potest in hac vita, cum magna spe, quod erit plene beatus in futura.

a Eccl. 14. 22

PRIMVM genus est, quod moretur cum sapientia, in quadam scilicet cognitione Dei benevola ac iucunda; dulces cum eo sermones miscens, arctamq; familiaritatem contrahens, cum vnione perfecti amoris.

SECVNDVM est, quod meditetur in sua iustitia, frequenter cogitans de diuina lege, & virtutum pulchritudine; vt eas amet, & per

earum conformitatem, cum suo creatore
niatur.

TERTIVM genus est, quod intra seipsu
& profundo quodam sensu cogitet, Deu
esse præsentem, ipsumque omni ex parte a
cumspicere.

Et hic actus priores duos adiuuat ac pe
cit: memoria enim præsentia Dei repri
cordis distractiones, acuit discursus inte
ctus, inflammat affectus voluntatis, compo
totum hominem interiorem & exterio
in oratione, eleuatque Spiritum eum m
desiderijs vniendi se cum Domino, quem p
sentem habet; qui in præmium huius dilig
tiæ ac desiderij, rapit illum vt sibi vniat,
xta eius vota. Id notat sanctus Grego
cum declarat verba illa cuiusdam amici
*si direxerit ad Deum cor suum spiritum
& flatum ad se trahet.* Quod est dicere
homo cor suum ad Deum direxerit, attend
eum esse præsentem, omnesque suas cog
tiones & affectiones in eo collocans, in
tione pura, desiderioque illi placendi; D
Spiritum eius, & respirationem siue flatum
se trahet. Vi, inquam, & efficacitate sui
inspirationem ita ad se rapiet internas Sp
tus facultates, & externas corporis, vt sp
tus hominis coniungatur cum ipsius Dei S
b *fiatq; vnus Spiritus* cum eo, vt co
hanc quietē & iucundam vnionem non i
diat. Et pari ratione liceret eadem verb
explicare: quod cum homo cor

4. Mer. c. 11. in Iob. c. 34. 4.

b 1. Cor. 6. 17

modo prædicto ad Deum dirigit, trahet ad seipsum Spiritum & flatum Dei, sanctã scilicet inspirationem, donúmque Spiritus sancti, quibus cum Deo vnitus maneat, insigni deuotionis facultate & facilitate, ad ea, quæ sunt obsequij Dei. Præsentia itaque iucunda huius Domini, causa est, cur Deus sibi coniungat Spiritum hominis; & homo animum recipiat, Spiritum suum cum Deo coniungendi, concurrentibus Deo & homine ad hanc vnionem & vtroque vi magna, ob ipsius Dei virtutem & inspirationem.

EX quibus intelligitur, eum, qui per viam hanc Vnitiuam ambulat, magnum studium curamque adhibere debere, in exacuenda hac fide, & memoria diuinæ præsentiæ, qua reprimat, auertatque quicquid potest concupitam eam vnionem impedire. Si enim (vt sanctus Basilius expendit) qui cum magno aliquo Principe, de graui aliquo negotio agit, magno timore ac reuerentia attendit, oculis corporis & animæ, quid faciat; Quantò maiori timore ac tremore decet nos esse in præsentia Dei viui, colligentes totam nostram animam, vt attendamus, quid faciamus, absque digressione vlla ad rem, eius præsentia indignam? præcipuè cum pateat DEO, non solum externum opus, quod vident homines; sed interna quoque compositio, quam illi videre non possunt. Cùm autem senseris, tuas cogitationes, te inuito, distrahi & effundi;

In constit. monast. c. 2.

opponas te vi magna, configendo tuum Spiritum firmiter in DEVM, clauis timoris, amoris, & confidentiæ: timens scilicet eius iram, si digrediaris; sperans eius auxilium, vt non effundaris; & amans eius bonitatem, vt de ea cogites, cum animi tui voluptate. Nam (vt ait Cassianus) non est leuis culpa, existentem in oratione cum Deo, effundere spõte suas cogitationes ex eius præsentia: id enim est, opere ipso protestari, quod te Deum non videat, nec audiat; & indicium tepidi erga eum amoris. Nam qui multum amat, plus est cogitatione & affectu suo in re amata, quam in seipso.

Coll. 23. c. 7.

3. DENIQVE hac benenuola & amica Dei præsentia, remouentur cætera internæ huius quietis impedimenta, mortificatis sensuum appetitionibus, cupiditate, ac superbia, ex quibus mentis nostræ distractiones, cordisque ariditates proueniunt. Ac propterea amicus ille sanctus Iob, priori illi sententiæ: c *si direxeris cor tuum ad Deum*, hanc adiecit: *deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur*. caro enim deficiet ob mortificationem sensuum carnaliũ; & homo conuertetur in cinerem, cognoscendo ex vera humilitate nihilum illud, quod ex seipso habet: & his manebit Spiritus liber, vt huic conditori plenè coniungatur. O beatum virum, qui semper Deum sibi præsentem habet? ô felicem animam, quæ dulcis eius præ-

c Iob. 34. 15

sentiæ nunquam obliuiscitur? ô anima mea, attende, quod te Deus aspiciat, in omnibus vijs tuis, publicis & priuatis; vt ille dirigat, & *perficiat omnes gressus tuos in semitis suis*; d Psal. 16. 17
vt non moueantur vestigia tua. Prouideas Psalm. 15. 8
Dominum in conspectu tuo semper; vt cor tuum lætetur, lingua exultet, & requiescat caro, ea spe, quod sit futura particeps huius gloriæ, donec ea fruaris præsentia; non, vt nunc, obscura fide, sed clara ipsius Dei visione; per æterna sæcula, Amen.

CAPVT VI.

IN QVO PONVNTVR SVMmatim varij modi, quibus Deus nobis est præsens; & modus quidam orationis circa illos, ad frequentem Dei memoriam habendam, & in eius conspectu ambulandum.

EXERCITIVM orationis, quæ fit assistendo in præsentia Dei, pro materia habet varios illos modos, quibus ipsemet Deus nobis est præsens, quos ad quinque præcipuè reducimus.

1. S. Thom. 1. p. q. 8. art. 2

PRIMVS modus est omnibus creaturis cõmunis, in quibus (vt Theologi loquuntur) est Deus per ESSENTIAM, PRAESENTIAM, & POTENTIAM. Est Deus per ESSENTIAM, quia ipsamet Dei substantia, realiter & verè est in illis omnibus; idque magis intimè, quam sit anima in suo corpore: & hoc modo Deus implet cœlos & terram, assistens in ipsamet essentia sua omnibus locis, quæ ipsæ creaturæ occupant, nullo omninò angulo excepto, etiam abditissimo & profundissimo, in quo non sit tota illi⁹ diuinitas. Est etiam in ijsdem per PRAESENTIAM, quia clarè ac

distin-

distinctè eas cognoscit, ita vt nec minimum corporis nostri osculum, nec subtilissima cõgitatio, affectusve animæ nostræ possit illi esse occultus: quia a *in omni loco* clarissimi *oculi Domini contemplantur bonos & malos*, & b *scrutantur corda* omnium. Est etiam in rebus omnibus per POTENTIAM: quia omnibus dat esse, quod habent, & potentias seu facultates, quibus operantur; concurritque cum omnibus, ad omnes earum actiones.) Nam (vt ait Apostolus) c *in ipso viuimus, mouemur, & sumus.* Hos tres modos, quibus Deus existit in rebus omnibus simul, expressit Regius Propheta, cum dixit: d *Quo ibo à Spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero in infernum ades: Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextra tua.* Quod si dixero: *Forsitan tenebræ conculcabunt*, vel occultabũt me, valdè decipiar. Quia *nox* ipsa & omnia occulta mea, *in delitijs* meis tibi patent; quia nec *tenebræ* ipsæ tibi sunt *obscuræ, & nox* ipsa *sicut dies illuminatur.*

a Prou. 15. 3
b Ier. 17. 10
c Act. 17, 28
d Psal. 138. 7

IN omni itaque loco, alto & demisso; & in omni tempore prospero & aduerso; & in omni negotio, publico & secreto, & in omni actione interna, & externa assistit Deus Dominus noster, cernens quidquid fit; potestatem tribuens, vt fiat; & cum rebus ipsis concurrens ad id, quod faciunt. Ideoque Deum licet compellare, Esse mei esse, Ani-

mam

mam animæ meæ, Vitam vitæ meæ, Potentiam mearum potentiarum, Opus meorum operum, Deum meum & omnia mea, In omnibus enim est dans illis quicquid habent, vt sint mea. Primus hic modus existendi Deum in creaturis, adeò est propriu, & naturalis ipsi Deo, propter eius immensitatem, sapientiam, & omnipotentiam; vt impossibile sit; quamdiu illæ suum esse habent, non esse Deum cum illis, aut se absentare, aut ab eis se elongare.

2. SECVNDVS modus existendi Dei in hominibus, omnibus iustis est communis, ijsdemque solis: Est enim in illis per gratiam, efficiens scilicet in eorum animabus effectus gratiæ & charitatis, cum cæteris virtutibus ac donis, quæ illos sanctificãt, iuxta illud Christi Domini nostri: e *Si quis diligit me, Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus*. Cùm dicit: *ad eum veniemus*: significat Patrem & Filium, ac proinde etiam Spiritum sanctum, in iusto permansuros. Quo præsentiæ modo non sunt in eo, qui non diligit; quamuis statim atque diligere incipit, incipiant & ipsi in illo esse, non per ipsius Dei mutationem; sed hominis, de nouo recipientis effectus, quos in eo Deus efficit. Iusto autẽ lethaliter peccante, subtrahit se Deus ab eius anima quatenus cessat ab affectibus gratiæ & charitatis producendis, quos antea producebat.

e Ioan. 14. 23

TERTIVS modus, quo Deus est in hominibus, ille est, quando videlicet nouis & particularibus gratiæ suæ fauoribus, eos prosequitur: vt cum noua aliquarum veritatum luce, noua deuotione, aut spirituali gaudio, eos afficit; aut cum speciali sua prouidentia, ipsorum rebus assistit, eos dirigendo, & inspirationibus suis gubernando; officiumque Patris, Magistri, Protectoris ac Defensoris præstando. Et hoc sensu (vt dicemus postea) dicere consueuimus: quod Deus visitet animas, & sit in eis; & quod interdum ab eis recedat, interdum verò redeat; & quod modò est præsens, modò absens; vt constat ex libro Canticorum, in quo dicitur, quod f *Sponsa vocaret dilectum suum & g quæreret illum, nec inueniret.* Interdum, quod h *eum inueniret teneret, nec dimitteret*; & ex tempore i *ille discederet, illaque eum quæreret nec inueniret: vocaret nec respõderet ei*, & mox reuerteretur ille, k *& loqueretur, ac visitaret eum.* Omnes tamen hi accessus & recessus, absentiæ & præsentiæ (vt benè more suo sanctus Bernardus perpendit) intelliguntur esse, ex nouis animæ sensis, cui ipse præsens est, quando ea sensa communicat; absens verò, cum eadem subtrahit; quamuis maneat sẽper illi presens, tanquã auxiliator in omnibus quæ sunt necessaria ad eius amicitiam conseruandam, adimplens reipsa, quod per suos prophetas dixit: l *Ne timeas: quia ego tecum sum.*

3.

f Cant. 5. 6

g 3. 1.
h 3. 4.
i 5. 6.

k 6. 3

Serm 74 in Cant.

De hoc infra c. 17.

l Isa. 41. 10. l Ierem. 1. 8

ALIVS

4. ALIVS est quartus modus quo existit Deus in hominibus, propter sacratissimam suam incarnationem, cuius causam *vocatur Emmanuel quod est interpretatum: Nobiscum Deus.* Eo quod naturæ nostræ sese coniunxit, & n *cum hominibus conuersatus est.* Quamuis enim ascenderit postea in cœlum, non propterea desinit esse nobiscum, quatenus rebus nostris assistit, nosque gubernat tanquam Magister, Medicus, Protector, & Redemptor noster: merita sua nobis applicans, & influens admirandos copiosæ suæ redemptionis effectus; licet tanquam absentem lugeamus, quando eos nō sentimus; gaudeamus, verò de eius præsentia, quādo eosdem experimur,

m Mat. 1. 23
n Baruc. 3 38

5. DENIQVE manet, existitque nobiscum, vsque ad finem mundi, in sanctissimo Altaris Sacramento, veniens è cœlo ad nos visitandos realiter ac verè totus ipse IESVS Christus, verus Deus & homo, manens in terra toto tempore quō sacramentales ipsæ species perdurant, vt fruamur corporali eius præsentia, his velis occultata, liceatque cum ipso loqui ipsum propè nos cernentes.

§. 1.

HOC iacto fundamento, licebit tibi vtilissimum quendam orandi modum supra illud erigere, de diuina scilicet præsentia: si cogites, Christum Dominum nostrum ad cor tibi loqui id, quod suis discipulis valedicens dixit: o *Ecce ego vobiscum*

o Mat 28.20

sum,

sum, omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Quibus verbis complexus est prædictos quinque modos suæ præsentiæ. Illo autem verbo: *Ecce* te monet, vt super hanc eius præsentiam reflectaris, eam perpendas, eiusque frequenter memineris. Hinc enim Ecclesia sancta, dulce illud verbum accepit, *Dominus vobiscum*. Quod sæpiùs repetit in officio diuino, & in sacro Missæ, & eodem salutabant olim Angeli homines, cum illis apparebant: sicut fecit ille, qui Gedeonem salutauit dicēs: p *Dominus tecum, virorum fortissime*: & Gabriel Angelus beatissimam Virginem salutans, q *Aue* (inquit) *Gratia plena*. Magno autem mysterio in hac salutatione non ponitur verbum: neque enim dicemus: Dominus est, fuit aut erit vobiscum; Sed simpliciter Dominus vobiscum, aut tecum: ad comprehendendum quinque prædictos modos, quibus est Deus nobiscum: confitentes aliquos eorum fide & optantes, aliorum esse participes cum caritate; atque si diceremus: Ecce Dominus est vobiscum per essentiam, præsentiam, & potentiam; & vtinam sit vobiscum per gratiam, speciales eius fauores vobis communicans; & attendite ipsum fuisse vobiscum in forma visibilis hominis; & esse, futurumque in sanctissimo Sacramento, vt vos fauore præsentiæ huius corporalis prosequatur. Notat verò sanctus Athanasius, nos in hac salutatione non dicere, Deus, sed Dominus; vt intelligamus, omnes nos eius esse seruos, quos deceat

p Iudic. 6.

q Luc. 1. 28

Serm. cont. omnes hær.

deceat in eius conſpectu, magno timore ac reuerentia verſari, & cum eiſdem dices eidem Domino: O verbum diuinum, verbum æternum, r *viuum & efficax*, quod rebus omnibus
r Heb. 4. 12. aſſiſtis, & cum eiſdem operaris, dic cordi meo verbum hoc: *Dominus tecum*: & clarifica oculos animæ meæ, vt intelligendo aſſequar præſentiam tuam mecum; & obtineam, quam offers mihi per tuam gratiam: donec perueniam ad fruendum vltima, quæ eſt in tua gloria, Amen.

§. 2.

1. IN hac præparatione duo licebit magni momenti perpendere, alterum cum altero conferendo: recentiſſimam videlicet memoriam, quam Deus de te habet, profundam vero quam tu de Deo habes obliuionem. Quam
c. 3. de diuin. nom in. propè te ſit Deus; & quam procul à Deo tu incedas: Nam (vt ait S. Dionyſius) ſanctiſſima Trinitas eſt rebus omnibus præſens, non tamen res omnes ſunt eidem præſentes; hoc eſt non omnes eam ita præſentem habent, vt ſuauiter eam aſpiciant eiuſq; præſentiam cognoſcant. Alij quidem ex ignorantia aut infi-
f Iob. 22. 14. delitate, quales erant illi, qui de Deo dicebat apud Iob: f *nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat*: Alij, ob quandam mortalem obliuionem, & auerſionem; qui, etſi
t Tit. 1. 16 *confiteantur ſe* fide *noſſe Deum*, *factis tamen* eundem *negant*, in tanta Dei obliuione viuentes, atque ſi is in mundo non eſſet. Et genera-

tim

tim huiusmodi obliuio, est in nobis valdè radicata: eò quod anima nostra sit immersa corpori huic adeò crasso, rebusque quas percipit sensibus, ita infixo vt ab eis remotis non attendat. Quam ob causam (vt bene perpendit Eusebius Cæsarien.) primus homo duplex habuit nomen, quorum alterum fuit *Adam*, quod *terram* significat: eò quod eius corpus ex ea esset formatum: alterum fuit *Enos*, quod significat *obliuiscens*: vt significaretur, quod eius anima, etsi, quia purus est Spiritus, deberet esse vigilantissima in rebus præteritis cognoscendis, & in præuidendis futuris; sed statim tamen atque corpori coniungitur, miseranda induit obliuionem rerum omnium, quæ non sunt sensibus præsentes. Et propterea sanctus Rex Dauid, volens exaggerare infinitam Dei bonitatem, quam ostendit in memoria hominis, vtroque hoc nomine est vsus. v *Quid*, inquit, *est Enos, quòd memor es eius*? v Psal. 8. 5. *aut filius Adam quia visitas eum*? Atque si diceret: Quid est homo obliuiscens siue obliuiosus, vt tu eius recorderis? aut filius hominis terreni, vt eum tu visites? Tu itaque in oratione tua duo hæc cum magno animi tui sensu expende; & cum ingenti admiratione exclama: O Deus æterne quomodo semper es memor eius, qui tui semper obliuiscitur? Quomodo continuatam habes memoriam eius, qui perpetuam habet tui obliuionem? O Deus præsentissime, & remotissime; præsentissimus quidem, quod in te est, omnibus creaturis

turis tuis; remotissimus verò hominibus te
renis propter profundam obliuionem, q
tenentur, quod tu sis in eis. O quam aptè n
nomen conuenit obliuiscentis; siquidem
obliuiscor Dei, qui mecum est; & benefic
rum, quæ continuè in me confert; præcep
rum, quæ mihi imposuit; præmiorum, quæ p
mittit; suppliciorum, quæ minatur; ac demu
iudicij, quod instituet, vt cuique det, iuxta o
iusque merita. O Pater misericordissime, a
fer à me pernitiosam adeò obliuionem;
semper sim tui memor, sicut es tu mei.

2. VLTIMVM hoc propositum, est prin
palis orationis huius fructus, cum ex toto c
de desideras memoriam habere Dei contin
tissimam, quæ tibi erit possibilis; iuxta illu
sancti Augustini in suo manuali: *Sicut n
lum est momentum, quo homo non fruatur,
vtatur pietate diuina; Sic nullum debet
momentum quò eum præsentem non habeat
memoria.* Hoc exigit lex gratitudinis erga
tum benefactorem. Et siquidem ipse dicit
x Isa. 49. 15 *Etiamsi mulier oblita fuerit infantem suu
vt non misereatur filio vteri sui; Ego tamen
obliuiscar tui; ecce in manibus meis descr
te,* in sua videlicet memoria, intellectu,
voluntate: vt omnibus tibi benefaciat;
stum omninò est, vt tu, licet rerum omni
delectabilium huius vitæ obliuiscaris, n
tamen obliuiscaris Dei tui; sed, vt in Spiritu
tui manibus, ita illum scribas; vt omn
tuas potentias colloces in eo aspiciendo,

dem

demque seruiendo, propter tot bona, quæ in te confert. O benefactor infinite, y *adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.* Obliuiscar ego mei, & omnium rerum creatarum, obliuione sancta, vt semper recorder tui Creatoris mei, scribes te in manibus meis, sicut tu me scriptum habes in tuis. y Psal. 136. 5

QVAE proposita animique decreta, vt firma sint & efficacia, omninò & viriliter statuere debes, mortificare quidquid in corde tuo terrenum est, impeditque continuam Dei tui memoriam. Neque enim sine causa 2 Psal. 41 7
Dauid dixit: 2 *Memor ero tui de terra Iordanis & Hermonym*, significans (vt sanctus Gregorius declarat) memoriam Dei obtineri, cùm homo degit in terra humiliationis, quam Iordanus significat, quia interpretatur descensus; & in terra abnegationis & obliuionis sui ipsius, quam significat Hermon, quod interpretatur Anathema siue alienatio: Dum enim homo seipsum deijcit, omniaque sua Deo offert *in Anathema obliuionis*, vt eorum perpetuò obliuiscatur; tunc ad sui Creatoris memoriam frequentem reuocatur, eò quod eius obicem abstulerit. Lib. 13. mor. c. 6. Iudith. 16, 28

§. 3.

EX his progredieris ad actualem exer
tationem huius memoriæ Dei, &
proprios actus, in quibus illa consis
quos insinuauit sanctus Dionysius dic
Tunc nos esse Trinitati sanctissimæ præsen
cum castis orationibus, tranquillo intelle
affectuque ad vnitionem diuinam apto, e
inuocamus. Quibus verbis tria horum act
genera iudicat, quibus possumus semper in
præsentia versari, eumque viuaciter præ
tem habere, sicut ipse nos habet.

1. PRIMVM genus actuum est, Deum
uocare, & frequenter cum eo loqui orati
bus ac petitionibus castis & puris, sine act
xtione distractionum, aut obliquarum int
tionum Hic enim modus, cum Deo collo
di, est protestatio quædam actualis, quo
nobis præsens, nos audiat, & intelligat: fi
dem nullus homo prudens loquitur, nisi c
eo, qui præsens est; & quem scit attendere
quæ ipse dicit, & hoc præstant frequente
læ orationes, quas iaculatorias appell
tanquam sagittas videlicet, quas iacula
Deum; propè nos existentem: quibus so
pse respondere, excitando in nobis sensu
dam diuinæ suæ præsentiæ, quasi dicens: ho
a Isa. 58. 9 dem vocas me, a *ecce adsum*. Hic sum pro
quid à me vis? O dilecte mi, quid aliud
volo, nisi te? cupio semper esse tecum eo
do, quo tu es mecum; semper te inuocabo,

mihi dicas: ecce adsum, faciens me sentire auxilium, quod in tua præsentia habeo. *Harum jaculatoriarum mul*æ *ponentur cap.* 12 *&* 13. *hujus Tract. quamuis in omnibus mult*æ *sæpe inserantur.*

Secvndvs actus ad habendum Deũ præsentem, pertinet ad cognitionem quieti & tranquilli intellectus, vt exacuatur fides præsentiæ diuinæ in rebus omnibus; eamq; fouẽdo consideratione luminis naturalis; quod vt sua ratiocinatione, ex visibilibus humani corporis actionibus, deducit præsentiam animæ inuisibilis intra ipsum existentis, virtutemque & vires ad eas exercendas tribuentis: ita etiam ex visibilis huius mundi creaturis intelligit, præsentem illis esse Spiritum quendam inuisibilem, earum creatorem, à quo (vt ait Apostolus) accipiunt b *Esse, vitam & motum*, quem habent: Quia neque illæ hæc habere potuissent, nisi Conditor ipse illa daret: nec ipse daret, nisi præsens illis adesset. Quod si te in hac veritate exerceas; ipsæ creaturæ excitatrices tibi erunt, vt creatoris recorderis, qui per eas, tanquam c *per cancellos prospicit*, q amuis tu eum non videas.

2. Ex intellectu tranquillo.

b Act. 17. 28.

c Cant. 2. 9

Sed quoniam Dei occulta, melius amando intelligimus, quàm ratiocinando, non tantam curam in his ratiocinationibus pones, quantam in eo, vt præsentiam diuinam persentias tertio genere actuum feruentium voluntatis; alliciendo eam, ad vnionem amoris cum suo Creatore gaudens & admirans hanc

3. Ex affectu ad vnitionem.

assistentiam, quam in rebus omnibus hab
1.2.q.28.ar.1 Est enim (teste Diuo Thoma) diuini amo
proprium, amantem vnire cum re amata,
contendat semper esse in eius præsentia,
que proximè adhærere. Quæ amoris p
pensio adeò est fortis, vt si DEVS immu
tate sua non esset vbique, amor, quem erg
ftos habet, efficeret, vt propè & intra illo
set.

d Ioan.14. 23. PROPTEREA enim ipse CHRIS
Dominus attribuit amori causam d *sui &*
tris aduentus ad eum, *qui ipsos diligit*, &
eisdem diligitur. Cuius rei stupendum q
dam habemus CHRISTI Domini not
gnum & argumentum. Nam cùm eius h
qua homo est, sit in cœlo limitatus, a
xteram scilicet Patris: quia tamen adeò
hementer nos diligit, hic amor illum im
lit, vt sua omnipotentia in multis loc
cramentaliter se constitueret, quò pr
propriorque omnibus esset. Et, quoniam
dem omnipotentia efficere potuit, vt no
lùm nobiscum esset, sed etiam intra n
psos; idem amor eum impulit, vt sub spe
bus panis & vini se collocaret, quò poss
omnes intrare, & nobis omnibus se con
gere. Quod itaque amor in Deo efficit,
iam efficit in iusto, qui seriò Deum diligi
scilicet semper in eius præsentia versetur
taliter eum cum Deo coniungendo, p
ctualem cognitionem & amorem; ita vt

ip

sponsa dicere illi liceat: e *inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* O Deus immense, diligam te ex toto corde meo, vt oblecter, tibi semper esse socius; vulnera me Domine, sagitta tuæ charitatis, quæ memoriam meam semper excitet; vbi enim magnus est amor, non habet locum obliuio. e Cant. 3. 4

§. 4.

HI sunt actus, in quibus præcipuè consistit, ingressus ille coram Deo, aspiciẽdo illum, sicut hic videri potest: Nam (vt sanctus Augustinus ait) *Deum credere, intelligere, & sentire, ad illumq; ardenter aspirare quodammodo illum cernere est, atque tenere.* Idem verò feruoris æstus testimonium suum eius præsentiæ nobiscum. Nam sicut plurimi homines CHRISTVM Dominum, dum prædicabat aut ambulabat, tangebant, de illa tamen sola muliere, quæ fide illum tetigit, dixit ipse: f *Quis me tetigit? Nam ego noui virtutem de me exijsse*: Ita multi Deum quidem tãgunt, quatenus prope illum ambulant; sed hoc nomine digni non sunt, nisi illi, qui viua fide amoreque eum tangunt, & admirabilium donorum, ex eius diuinitate profluentium, participes fiunt. f Marc. 5. 30. Luc. 8. 46.

QVAMOBREM dixit Apostolus, g *fecisse Deum ex imo omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ, & quærere Deum, si fortè attrectent eum, aut inue-* g Act. 17. 26.

niant, hoc scilicet genere tactus viui & v
tiui, in quo finis vltimus & beatitudo h
ius vitæ consistit, *vt tertio Tractatu d
tur.*

EX prædictis deducit sanctus Dionys
cuiusdam deceptionis retectionem ma
momenti: quod cùm oramus & clamamus
Deum desiderijs, suspirijs, & gemitibus,
nos respiciat, vt approximet, & nobisc
coniungatur; non ita id fiat quasi vellem
d uinam maiestatem ad nos trahere: vtp
in omni loco præsens, mouere se non pot
sed, quò nos sanctis hisce cogitationib
orationibusque moueamur, supremæ
ipsius Deitati nos ipsos tradamus, app
pinquemus, & viuaciter illi coniungam
Quod, inquit, duplici hac similitudine inte
ges. Finge, catenam quandam, à terra ad
lum vsque protensam, vbi firmissimis cl
sit affixa; si tu eius annulos arripiens prim
inferiores, postmodum altiores, videaris c
tenam, ipsumque cœlum, cui illa confixa
ad te pertrahere velle; sed re ipsa tamen, c
lo ipso immoto permanente, catenaque i
firmiter illi cohærente, tu ipse mutaris,
sensim accedis ad ipsum cœlum. Sicut ite
si ad fluminis alicuius ripam esses in naui,
rudentem ex altera parte rupi alicui affix
ad te traheres; & si videreris velle rupem
ipsam mouere, atque ad te pertrahere, non
ta fieret tamen, sed potiùs naui sensim acc
deres ad locum, vbi est turris immota;

quam vbi peruenieris, eidem coniungereris. Ad hunc itaque modum, cùm catenas conficis, & rudentes tuarum cogitationum, ratiocinationum, affectuum ac petitionum tuarum Deum vocando, eiuſque præſentiam ſuſpirando, non debes cogitare Deum ipſum mutari, vt ad animam tuam veniat, eidemque coniungatur; Eſt enim rupibus, ipſiſque cœlis immobilior. Sed tu ipſe ſpiritualiter mutaris; vt Deo appropinques, & in eius præſentia eidem coniungaris; ita vt iuxta Apoſtolum g *vnus cum eo Spiritus efficiaris*, per amoris vinculum. O Spiritus diuine, *in funiculis Adam & in vinculis charitatis trahe me ad te*, ita fortiter me immenſa tua bonitate conſtringens, vt nulla res creata, ſeparare me poſſit ab amica & beneuola præſentia tua in æternum. Amen,

g 1. Cor. 6. 17

h Oſeæ 11, 4.

CAPVT VII.

DE VARIIS ALIIS MODIS quibus aspicere possumus Deum præsentem, qui possunt accommodari varijs orandi & contemplandi formis.

QVAMVIS substantia eius, quod est Deum præsentem aspicere, cõsistat in actibus internis, de quibus hactenus diximus, modo tamen eorum possunt esse diuersi, iuxta diuersitatem locorum, in quibus licet diuinam præsentiam considerare: quorũ summam quandam hic proponemus; vt quisq; eligat sibi aptissimum ad finem, quẽ quærit; & ad opus, in quo occupatur; alij siquidem magis iuuant, tempore recollectæ & separatæ orationis; alij etiam vsui esse possunt, in quacunque vitæ actiuæ occupatione.

§. 1. *De modo aspiciendi Deum existentem in cœlo*

1. PRIMVS itaque modus siue ratio Deum præsentem aspiciendi est, eleuando cor & oculos animæ in cœlum; qui thronus est gloriæ eius. Quamuis enim verissimè Deus sit in omni loco, per Essentiam, Præsentiam, & Potentiam; peculiari tamen assistentia

stentia, in illis locis esse dicitur, in quibus, peculiaria beneficia & fauores præstat, maioraq; dat indicia suæ præsentiæ. Hoc igitur modo dicitur esse peculiariter in cœlo, vbi suam diuinitatẽ beatis omnibus manifestat; indeq; nos aspicit, & gratiæ suæ auxilia nobis mittit; ibi (vt Salomon dixit) & a *in loco habitaculi sui in cœlo exaudit* orationes nostras. Ex eo enim loco mittit ad nos precum nostrarum expeditionem, quas ad eundem, tanquam in cœlo manantem, dirigimus. Quod (vt S. Bernardus aduertit) voluit ipse Christus D. N. cum initio precationis, quam suos discipulos docuit verbum illud apposuit: b *Pater noster qui es in cœlis*: vt spiritum nostrum à terra, rebusq; terrenis, ad cœlum eleuarenus, vbi cœlestis noster pater inhabitat, communicans in magna abundantia cœlestia bona, quæ ab eo petimus. Hunc orandi modũ exercuit ipse Christus Dñs c *in resurrectione Lazari*, vt gratias patri suo ageret, q̃ ipsum audiuisset; & in cœnaculo, d *quando pro se & suis discipulis orauit*. Et olim in magno vsu erat apud SS. Patres. Dauid enim ait: e *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis*: & f *leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi*. Susanna quoque in suo periculo, g *flens suspexit ad cœlum*, auxilium inuocãs diuinũ. Ezechias quoq; dicebat: *Meditabor vt columba; attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsũ*. Neq; sine causa dixit. meditabor vt columba, tum quod meditaretur gemens; tum q̃ læpè columba, dum grana,

23. Reg. 8. 30

Serm. de 4. modis orãdi

b Matth. 6. 9

c Ioan. 11. 41
d c 17. 11

e Psal. 122. 1.
f Psal. 120. 1.

g Dan. 13. 35

h Isa. 38. 14

quæ

quæ colligit, deglutit, sæpè eleuat oculos in cœlum. Quo nomine *Sponsæ oculi* comparantur *oculis columbæ*, ad significandum, quod animæ Christi sponsæ inter meditandum, inter comedendum, & laborandum, debent frequèter oculos suos ad cœlum eleuare, vbi est dilectus earum sponsus.

NOMINATIM verò post corporalem Christi D. N. in cœlum ascensionem, vbi peculiarem habet locum, & sedem maiestatis, ad dexteram patris, expedit eleuare oculos in cœlum; eumque ibi agnoscere, tanquam redemptorem, & aduocatum nostrum, ex quo mos ille originem duxit, quem (vt refert sanctus Ioannes Damascenus) antiqui patres seruabant, cùm orarent; vt faciem verterent ad orientem, eò quod crederent, ad illam partem Empyrei cœli, Christum D. N. sedere, de quo etiam Dauid dixit, quod i *ascenderit super cœlum cœli ad orientem*. Et Daniel in Babylonia existens, k *fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalem* (vbi Deus singulari assistētia in templo suo erat) *flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo suo*: Potiori itaque iure, qui in huius mundi Babylone degimus, cum orare volumus, eleuare oculos possumus ad ciuitatem Ierusalem cœlestem, eiusque orientem, vbi Saluator noster sedet in suo throno.

Lib. 4 fidei. c. 13.

i Psal. 67 34.

k Dan. 6. 10.

MODVS hic leuandi oculos in cœlum, præcipuè fieri debet Spiritu, fideique oculis penetrando cœlos materiales, ad videndam

Maie-

Maiestatem Dei, quæ intra illos in tanta gloria se manifestat. Licet vt S. Bonauentura aduertit) non parum ad id iuuat, corporis etiam oculos eleuare, vt eos Spiritus oculi sequantur: præcipuè cũ Dei magnalia sunt meditanda, ac diuitiæ gloriæ eius. Quod faciebat sanctus Antonius, & Beatus Pater noster Ignatius: de quo refertur, quod soleret ascendere ad supremam partem domus, vnde posset liberè cœlum intueri; & confixis in eum oculis tanto feruore luceque rerum cœlestium orare vt, cùm ad se rediret, diceret: Quam vilescit mihi terra, cùm cœlum aspicio.

In speculo disciplinæ p. 2. c. 6.

Cass. coll. 9. c. 31. in eius vita l. 5 c. 1

§. 2. *De modo aspiciendi Deum circà nosipsos, aut nos intra ipsum Deum.*

ALIVS modus habendi Deum præsentem est, eundem circa meipsum aspiciendo, aut ad manũ dextram, aut ante me aut me totũ ab eo ex omni parte circũdatũ: sicut dixit Dauid, a *Dominus in circuitu populi sui.* vt muri instar eum tueretur.

a Psal. 124. 2

Hic modus varijs similibus potest explicari; interdum enim imaginari possum, me intra Deum esse, instar piscis in mari; in quo nascitur, sustentatur, mouetur, omniaque sua facit; non exiens ex ipsa aqua: extra quam non possit vitam suam conseruare: Sic ego sum intra ipsam diuinitatem, quæ instar maris cuiusdam immensæ magnitudinis me circumdat, & ex omni parte cooperit; intra quam & viuo,

I.

& me

& me moueo, & omnes meas adorationes facio; & extra quam nec vnicum momentum viuere possem.

X. INTERDVM imaginari etiam possum, me ita esse intra Deum, sicut est infans intra ventrem matris suæ. Sicut ipsemet Dominus populo suo dixit. b *Audite me domus Iacob, qui portamini à meo vtero, qui gustamini à mea vulua vsq; ad senectam: ego ipse & vsque ad canos ego portabo, ego feci, & ego feram, ego portabo & saluabo* Sicut itaque infans in vtero matris suæ recipit esse, vitam, alimentum, & augmentum conueniens; cuiusque mater toto eo tempore est illi instar domus lecti, oris, & oculorum, pedũ & manuũ; & instar lecticæ, qua ad varias partes vehitur; & quasi murus, & præsidiũ: quia nemo potest illũ ferire nec tangere, nisi prius lædat ipsam matrẽ: & illa ei attendit æquè, ac sibi ipsi: Ita etiã ego sum intra ipsum Deũ, in ipso habito, tanq; in domo mea, & requiesco tanquam in meo lecto, intra ipsũ comedo & bibo, dormio & vigilo, laboro & cresco; Deus est mihi instar lecticæ, quocunq; feror: est mihi instar muri contra hostes meos: quia ipse me protegit. id quod adeò sollicitè præstat, vt dixerit: c *qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*: Quia ita in ipso includor, sicut pupilla intra ipsum oculum. Et hoc modo me gestat, non solùm per nouem menses, sed etiam in omni loco ac tempore, vsque ad ipsam senectam; & quamdiu vita superstes erit conseuat hoc ipsum esse, quod habeo; to-

b Isa. 46. 3.

c Zach. 2. 8. c Psal. 16. 8.

lerat

ferat meas imperfectiones ac miserias, non sétiens tædium: me intra se ferendo, & mei curam gerendo, donec me saluet.

Interdvm licebit imaginari, quod sicut tempore nebulæ, omnes ab ea circumdamur & penetramur: ita Deus omnipotens, qui in signum suæ immensitatis, d *nebula implebit domum Domini, dixitq; Dominus, se velle habitare in nebula*, implet etiã vniuersum orbem sua diuinitate; ac proinde etiam sua misericordia, sapientia, bonitate, & omnipotentia, cęterisque suis perfectionibus: sed id tamen instar nebulæ, ea quia videri non possit, nisi fide obscura: quamuis reuera intra ipsum moueamur. Hac nihilominus fide intueri me possũ intra ipsum Deum, iuxta id, quod mihi opus erit. Si sim ignorans; adspiciam me intra lucem, & splendorem immensum; si sum frigidus intra ignem amoris infiniti; si afflictus, intra suauem quendam & subfrigidum ventum; si aridus, intra rorem quendam cœlestem ac diuinum: Quia totum hoc est mihi Deus, & totum hoc habet, in quocunque loco totius orbis illum imaginer; & iuxta hoc, quando ingredior domum, cellam, aut cubiculum: aut quando sum ruri, credendum mihi est, totum illud vacuum spatium, esse Dei immensitate plenum, intra quam, tanquam intra cubiculum, orandum mihi & negotiandum, & omnia opera mea facienda sunt. Sed præcipuè eiacuenda mihi fides est, in ingressu Ecclesię, in qua speciali assistentia est Deus Dñs noster, 3.

d 3. Reg. 8. 10

vt spe-

vt ſpecialia præbeat ſuæ præſentiæ indicia, magniſque fauoribus eos proſequatur, qui viua fide eam ingrediuntur. Modus hic in Dei præſentia ambulandi, vtiliſſimus eſt, ad ea cómoda percipienda, quæ ſupra 5. cap. ſunt poſita. Quis enim, attendens, ſe intra Deum eſſe, tale quid facere audebit, quipſi Deo diſpliceat? Quis filius in matris vtero exiſtēs, ſi agnoſceret vbi ſit, & bona quæ ibi accipit iniuria aliq̄ afficiat eā à qua tātū accepit bonū? Quod ſi miſer peccator, inſtar viperinæ prolis, materna viſcera frāgere voluerit, vt laxius extrà illa viuere liceat, fruſtrà in hoc laborat: neq; enim aliud obtinebit, quam propria ſua viſcera æterno dolore planctuq; confringere. Et quis hominum adeò erit ingratus, vt non ſtudeat, ea officia ſua deferre, qui ipſum in domo ſua habens, perpetuo quodam conuiuio ipſi indulget traditq; diuitias, & honorem in illa? Quomodo ergo non optes Deo ſeruire ac placere, cùm te intrà ipſum eſſe cernis, ab eius omnipotentia ita protectum, ac eius ſapientia ita penetratum, à miſericordia circumdatum, ſeptum à iuſtitia, & in eius bonitate & charitate immerſum? O ignis immenſe, per totum vniuerſum expanſe? ſiquidem intrà te dego; conſume in me quicquid in cauſa eſt, cur te non videam; penetra me ita, vt omnino te amem; commuta me in te, vt ſim vnum tecum: &, ſiquidem à tua præſentia fugere non poſſum, ne patiaris à tua gratia excidere.

Amen.

§. 3. *Ratio Deum intra nos ipsos aspiciendi.*

TERTIVS modus Deum intuendi est, intra meipsum: siquidem reuera ita est per Essentiam, Præsentiam, & Potentiam; idque magis intimè, quàm sit anima mea in corpore meo; & si iustus sum, etiam est in illa, sicut Rex in suo throno; sicut sponsus in suo thalamo; & sicut Deus in sancto suo templo: iuxta Apostolum dicentem: a *Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Item b *An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est?* Hunc modum coniunxit S. Ioannes cum præcedente, cùm dixit. c *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Est enim Deus instar d *domus refugij* in qua iustus habitat: iustus autem est instar domus recreationis, in qua habitat Deus, e *cuius deliciæ sunt esse cum filijs hominum.* Quod S. Augustinus ad omnes extendit, cogitans, totum vniuersum esse intra Deum, sicut spongiam quandam intra mare; quæ tum extra est aquis circumdata, tum intus ab eadem est penetrata. Sic omnes intra Deum sumus ab eius diuinitate circumdati; Deusque est intra omnes, intima cordis nostri penetrans.

a 1. Cor. 3. 16

b c 6. 19.

c 1. Ioa. 4. 16

d Psal. 30. 3

e Prou. 8. 31

EX quo fit, vt modus hic præsentiæ Dei, valdè sit vsui, in priuata & secreta oratione, & ad actus viæ Vnitiuæ, positos, §. 3. cap. 5. quibus

ingredimur ad orandum & agendum cu
Deo intra nos ipsos. Cor enim nostrum (vt fo
pra dicebamus) est templum Dei viui, & re
cessus, in quē iubet Christus D N. nos ingred
f Matt. 6. 6. ad f *orandum Patrem* nostrum cœlestem, n
eo existentem. Est quoque aula siue schol
in qua supremus hic magister nos docet, & a
g Psal. 84. 9 loquitur, iuxta illud Dauidis. g *Audiam qu
loquatur in me Dominus.* Est ager, in quo reg
cœlorum thesaurus latet, de quo ipse Salu
h Luc. 17. 21. tor dixit: h *Ecce enim regnum Dei intra v
est.* Est etiam cœlum, in quo Deus inter
dat indicia suæ præsentiæ, & iustorum orat
nes exaudit, ex quo etiam sequitur nos i
tra nos ipsos debere Deum quærere, & gaud
re interdum, quod nobiscum illum habeam
fructusque colligere dulcis eius præsent
Nam si intra me habeo Deum, cur defatig
eum semper extra me quærendo? si discip
Magistrum haberet in domo sua, & medic
ægrotus, & mercator thesaurum, non exire
Opusc. 63. de beatit. c. 3. aliò, vt eos quærerent. Optimè hoc perpe
dit S. Thomas aduersus eos, qui ita cum D
agunt, atque si is absens ab illis semper ess
Magna, inquit, cæcitas, & non parua ignora
tia est multorum, Deum semper quærentiu
continuè Deum suspirantium, eumq; fi equa
ter desiderantium, & quotidie in oratione
eum vocantium, atque si procul ab illis ess
cùm scire deberent, iuxta dictum Apostoli
esse templum Dei viui, in quo ipsq verè habi
& animam suam sedem esse Dei, in qua se

per ipsè requiescit. Quis vnquam nisi valdè ignarus studio quærit extra domum suam instrumentum, quod habet intra illam? aut quis vti vnquam potest instrumento, quod sic semper quærit, atque si illud non haberet, aut quis eo cibo, quem vehementer appetit, sustentari potest, si nunquam eo vescatur? Talis est vita iusti, Deum semper quærentis, sed nunquam eius præsentia fruentis. Ex quo prouenit, vt eius opera sint minus perfecta: Hæc sunt D. Thomę non minus mysticæ Theologiæ, quam Scholasticæ periti. Quamobrem nos docet, non expedire, totam vitam expendere in quærendo Deo, tanquam absente; nunquam vero eo fruendo, tanquam re præsente: parum siquidem vtilis mihi est thesaurus, in agro absconditus, aut clausus in cista, nisi nouerim illum ibi esse, aut si semper eum quæram, nec tamen inueniam; & cùm possim eo frui, non tamen id facere satagam. Et siquidem infinitus diuinitatis thesaurus, re ipsa vercque est intra animam meam, & i *Spiritus qui ex Deo est* (vt ait Apostolus) vult *vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis*; æquum est, hunc thesaurum cognoscere; eoque frui, colligendo admirandos fructus, qui ex diuinæ huius præsentiæ cognitione prouenium; quales sunt, amor vnitionis cũ tã bono amico; contemptus rerũ omniũ creatarum, cum possessione ipsiusmet creatoris; desideria summæ puritatis, firmaque proposita crescendi in omni virtute, vt domus, in qua Deus habitat, munda sit, & exornata.

i 1. Cor. 2. 12

Denique tutius est, Deum intra nos ipsos quæ-
rere, quam in alijs creaturis aspicere. Sæpe
enim iucunda creaturarum externa species
ita nos detinet, rapitque, & in se continet, ut
Solilo. c. 31. non sinat nos intrare ad Creatorem, qui est in-
tra illas. Ac fortè hæc inter alias est causa,
cur sanctus Augustinus conquereretur, quod
Deum extra se quæsiuisset, cùm prius debuis-
set quærere intra se, erraui, inquit, sicut ouis
quæ perierat, quærens te exterius, qui es in-
terius. Et multum laboraui, quærens te extra
me; & tu habitas in me, si tamen ego de-
k Cant. 3. 2 derem te, k *circuiui vicos & plateas ciuita-*
tis, huius mundi, quærens te, & non inueni,
quia malè quærebam foris, quod erat intus.
Serò te amaui, pulchritudo tam antiqua, &
tam noua, sero te amaui, & tu intus eras, &
ego foris; & ibi te quærebam, & in ista de-
mosa quæ fecisti, ego deformis irruebam.
Mecum eras, & tecum non eram: Ea me te-
nebant longè à te, quæ esse non poterant, si
non in te. Clarifica Domine oculos animæ meæ,
vt intra me te videam, diligam, atque pos-
sideam; meque ipsum, tibi qui sem-
per mecum es, omninò con-
iungam, A-
men.

§. 4.

§. 4. *Ratio Deum habendi praesentem per internas imagines in facultate imaginandi.*

QVI modi hactenus sunt indicati, Deum vt præsentem cernendi, sunt merè spirituales, respiciuntque ipsum secundum eius diuinitatem. Est autem quartus modus & ratio, eundem aspiciendi præsentem, in aliqua imagine, qui est magis accommodatus sanctissimæ ipsius humanitati, & nostræ naturæ sique conditioni, quæ valdè mouetur his imaginibus, & figuris rerum absentium, vt illarum recordemur. Quamobrem, qui se mutuò diligunt, consueuerunt, cùm inuicem absunt, duplici pictura vti, vt inuicem meminerint: altera est exterior, qua pictoris cuiuspiam insignis manu, ad viuum vterque exprimitur; & hanc in suo cõclaui reponunt, aut secum ad pectus pendentem gestant. Altera est interior, à propria imaginatione depicta, quæ vtpote huius artis peritissima, valde propriam exprimit rei figuram, quam vidit & cognouit; hæretque & oblectatur, eandem in ea imagine contemplando. Hac itaque ratione licet Christum Dominum nostrum in sua imagine præsentem habere, ascendendo ab ea, ad aspiciendam personam, quam illa refert. Et in hunc finem, est valdè laudandus sacrarum imaginum vsus, quæ sunt in templis, & oratorijs, & quas nobiscum ipsis gestamus, vt reuocent nobis in

memoriam Seruatoris nostri præsentiam. Si e-
Lib. 33. c. 2. nim Epicurei, & antiqui alij gestabant (teste Plinio) sculptam in annulis imaginem sui Ma-
gistri, vt recentem eius memoriam conserua-
rent; multò æquius est gestare nobiscum co-
lestis magistri nostri imaginem, vt eius me-
moriam in nobis excitet, spiritumque cum
resumamus.

1. SED quoniam exterior imago, non pote-
semper esse præsens, licet ad eius imitatio-
nem, aliam effingere interiorem in ipsa nostr-
imaginatione, quæ semper nos comitetur; an-
strumque cor emolliat, ad amandum & im-
tandum eum, qui nostri amore tanta fecit,
b Cant. 8. 6 propterea fortè in libro Canticorum dixit
*Pone me vt signaculum, super cor tuum, vt sig-
culum super brachium tuum*, cupiens videli-
vt ad viuum depictum ipsum, & expres-
gestemus in anima & corpore, ad eum mo-
quo cera sigilli imaginem expressam recip-
quod quidem aliquo modo tũc præstam-
cùm intra nos ipsos imagines aliquas form-
mus eius figuræ, quam ipse pro nobis assu-
psit. Exempli causa; qualis ipse in præsepio
cebat, aut in matris vlnis gestabatur, & c-
erat in horto Gethsemani, aut in monte C-
uario; item qualis erat in monte Thabor,
nunc est ad dexteram Patris, nos ipsos o-
ctando, dum ipsum hisce diuersis figuris
tuemur, & amanter ei dicimus: ô dilecte
pone te ipsum, vt signaculum super anim-
meam, imprimens illi viuam Humanita-

qu-

quam pro me suscepisti, imaginem; vt cor meum te ita diligat, sicut tu me diligis; brachiumque meum ea semper tui amore operetur, quæ tu pro me operaris, & præstas.

Modvs hic præsentiæ, vtilissimus est ad meditationem, fabricando scilicet similes figuras & imagines rei meditandæ. *Primum*, quia sic intellectus ratiocinationes suas magis exacuit; eò quod ille in hac vita, multum ab imaginatione dependeat, fereque semper eam sequatur. Quamobrem ipsemet Deus solet se animabus communicare, imprimendo illis huiusmodi formas & figuras; sicut amicus quidam Iob, de se ipso fatetur; Et prophetæ experti sunt. *Deinde*, Quoniam idem modus affectus ipsius voluntatis irritat permouetque excitando in parte sentiente alios similes, vt plurimum teneriores. Quod si pia crucifixi imago in conspectu nostro posita, emollit nos, & permouet ad deuotionem: multò melius & efficacius idem præstabit viua eiusdē Crucifixi repræsentatio, quam in corde habemus. *Denique* propterea, quod eadem præsentia plurimum iuuet, ad internam animi collectionem. Nam imaginatio, ex se ipsa tanquam stulta & inconstans stultas etiam & inconstantes efficit intellectus ratiocinationes, ab his ad illas sine ordine & modo transiliendo. Iob. 4. 16.

Qvamobrem necesse est, suauiter illam alligare, ad locum siue mysteriū illud, in quo

sit intellectus exercendus; & aliquid eiden
offerre, quo illa alatur & contineatur: Sicut
inquietum aliquem canem, per totam domum
supra & infra discurrentem, & suis latratibus
perturbantem, in aliquem locum alligamus
& os aliquod eidem proijcimus, vt illo occu
patus, quiescat ac taceat.

TRIA tamen pericula, quæ in hoc præsen
tiæ modo occurrere possunt, diligenter sun
aduertenda.

2. PRIMVM periculum est, lædendi capu
dum in his imaginibus, aut earum pluribus si
mul, aut cum multis particularibus circum
stantijs efformandis, aut in iam efformat
contra variarum aliarum imaginum agmi
quibus illæ offuscantur, nimia vis adhiben
In his omnibus mediocritas est discretè se
uanda, vt nimirum progrediamur, instar p
riti alicuius pictoris, qui vultum aliquem fa
inde respiciens sensim illum delineat ac p
git. Quod si quis magnam sentiret difficul
tem in huiusmodi figuris seu imaginibus e
formandis; præstaret sine illis orare, quàm c
put lædere, ac proinde omninò ab oration
desistere.

SECVNDVM periculum est, illusionu
in quod facilè incident, qui vehementis fa
imaginationis; hi enim proprias imaginatio
nes credunt esse visiones, & res, quas ea vehe
mentia imaginantur, existimant esse ipsaru
viuas personas, quas ipsæ imaginationes rep
runt. Et quoniam potest dæmon humores co

por

corporis, & imaginationis ſpecies mouere, ſi Deus id illi permittat, facilè vehementer imaginatem decipiet, & efficiet, vt, quod ſomniat, aut imaginatur, credat ſe cernere.

3. TERTIVM periculũ eſt, adeò ſe addicendi huic modo præſentiæ Dei per huiuſmodi figuras, vt reddatur inhabilis ad alium meliorem, & magis ſpiritualem modum: ſicut euenit Serapioni Eremitæ, de quo refert Caſſianus, adeò ipſum aſſueuiſſe, Deum imaginari in corporali figura, vt corpus eum eſſe exiſtimaret & cũ ea de re moneretur & inſtrueretur, non poſſet de Deo cogitare abſq; illa figura; ideoq; flens diceret: Heu mihi, quia abſtulerunt mihi Deũ meum, nec habeo quem adorem, nec ſcio quem inuocem. Et quamuis contemplatio per haſce figuras habeat vim & efficacitatem, quam diximus; multò tamen excellentior eſt illa (vt ait S. Thomas) quæ eſt mere ſpiritualis: Nam figuræ nunquam ſunt pares, aut coæquantur rei figuratæ, eſtq; multò perfectiùs cognoſcere rem in ſeipſa, quàm in eius imagine corporali. Quamobrem ita modum hunc præſentiæ Dei vſurpare oportet, vt perfectiores alij (ſi quando ad eos extollere nos Deus volet) non impediantur, vt fuſius poſtea dicetur.

Colla. 10. c. 2

2. 2. q. 181. a. 2

CAPVT VIII.

DE INTERNA ADORATIONE & reuerentia, in conſpectu Dei, & quod illa comitari debeat omnes actus orationis: Et de quodam orandi modo, exercendo proprios eius actus.

1. PRIMVS actus, quem in ipſo ingreſſu ad orandum in præſentia Dei, exercere debes; eſt reuerentiæ & adorationis internæ & externæ, debitæ infinitæ Maieſtati, in cuius conſpectu es conſtitutus. Nam ſi ſtatim atque vnus aliquis ad conſpectum Regũ, aliorumve Principum terræ ingreditur, reuerentiam exhibet, quam exigit ſtatus eius ad quem ingreditur, quantò erit magis rationi conſentaneum, Deo ipſi, cum primum ad eius præſentiam accedis, reuerentiam exhibere? ſtatim atque filius Dei factus eſt homo, illumque Pater æternus Angelis oſtendit, iuſſit, a *vt adroarent eum omnes Angeli Dei*. Eo quod hoc primum ſit obſequium, quod creaturæ ſuo debent Creatori, in quacunque eum forma videant

a Heb. 1. 6.

Quare

Quare cùm primum oculos fideı in hunc Deũ hominem factum conijcis, ſiue id fiat in ipſius imaginem, ſiue in ſanctiſſimum Sacramentum ſiue in cœlum Empyreum, debes illum adorare, mille nominibus, quibus ad id faciendum obligaris; & ſaltem ne illud Prophetæ obijciat tibi: b *ſi Pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus* & reuerentia? & præterquam quod hęc reuerentia Deo ſit maximè debita, eſt præterea magni momenti ad hoc, vt in præſentia Dei bene excipiaris, & oratio tua feliciter expediatur. Propterea enim dixit Eccleſiaſticus: c *Qui adorat Deum, in oblectatione, ſuſcipietur; & deprecatio illius vſque ad nubes propinqua bit.* Et loquens Apoſtolus de feruentibus Chriſti D.N. orationibus, ait; d *exauditas* eas *eſſe* ab æterno Patre, *pro ſua reuerentia* non ſolùm ob eam reuerentiam, quam diuina eius perſona merebatur, ſed (vt S. Thomas ibi aduertit) propter eam, quam is Patri ſuo, dum oraret, exhibebat. Et ſancti in cœlo, cùm noſtras orationes Deo offerunt, ſumma id reuerentia faciunt; e *ceciderunt* enim (ait S. Ioannes) *coram agno, habentes ſinguli citharas* laudum, *& phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum*. Si ergo ipſe agnus Dei, cum oraret exaudiebatur, propter huiuſmodi reuerentiam; & qui tuas orationes Deo offerunt, ſimili reuerentia id faciunt: par eſt, cum tu eas offers, magnam reuerentiam exhibere; coniungendo illam agni, & ſanctorum

b Malach. 1. 2.

c Eccl. 35, 20

d Heb. 5. 7.

3. p q. 7. a. 6

e Apoc. 5. 8

eius

eius reuerẽtiæ, quo tua sit pretiosior, & per illam inuenias magis gratum ingressum ad conspectum Dei, alioquin nec sancti illam Deo offerre volent, nec Deus ipse illam accepta re. Et propterea (teste S. Bernardo) multi in oratione ariditatem Spiritus, ac distractionem sentiunt, quod ex sola consuetudine & absque vlla reuerentia accedant. Ascende, inquit, cùm oras, ad aulam cœlestem; & intuere, quanta reuerentia Deus, in ea, à beatis spiritibus adoretur, ex quo intelliges, quanta reuerentia, tremoreque adesse debeat vilissima ranula, ex sua prodiens palude, & miserculus homuncio, qui tantum Deum alloqui aggreditur, præsentibus Angelis & Sanctis. Quòd si hac ratione te dimiseris, procul dubio, etiamsi sis vilis vermiculus, non tamen repelleris f *Oratio* enim *se humiliantis* (vt ait Ecclesiasticus) *penetrat nubes, & donec* ad Dei thronum *appropinquet, non consolabitur; & non discedet, donec Altissimus eam aspiciat*, & feliciter expediat, Etiamsi g *Assuerus Rex*, superbus adeò esset, ac crudelis, vt *mortis* pœnam in eum statueret, *qui ad ipsius conspectum non vocatus accederet, nisi fortè Rex auream virgam ad eum tenderet, pro signo clementiæ.* Quando h *Esther Regina* non vocata *ingressa est*, vt populo suo libertatem impetraret, simul atque *illa corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillam reclinauit caput, quia conturbatum erat cor eius, præ timore gloriæ* Regis, *statim ille* placatus est, *& festinus exsiliit de so-*

Serm 4. de modis orãdi in fine.

f Eccl. 32. 5

g Esther. 4. 11

h Esther 15. 9

de solio, ad eam accedens *his verbis illis blandiebatur: Quid habes Esther? ego sum frater tuus noli metuere, tulitq; auream virgam & posuit super collum eius*, concessitque ei quicquid petebat. Quid ergo facturum existimamus supremum Deum nostrum, erga eam animam quæ ad ipsius conspectum ingressa, sese humiliat & præ reuerentia infinitæ eius maiestatis tota obstupescit? Regina illa, dum animi sui defectionis rationem Regi redderet; *Vidi*, inquit, *te Domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum, præ timore gloriæ tuæ: valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum.* Quid igitur dices tu. Si, ingressa orationem, aspicias vt oportet, pulcherrimam ipsius Dei faciem, cuius comparatione, Angelorum facies est deformis; cuius splendor adeò est admirabilis, vt ipsas potestates tremere faciat, & Seraphinos obstupescere? Quod si ita sentias, & in eius præsentia timore & tremore tantæ Maiestatis obstupescas, exsiliet ipse ex throno suo, vt te excipiat, tibique blandiatur: extendetque super te sceptrum suæ clementiæ, & admittet ad iucundam secum conuersationem; & concedet, quicquid petieueris: Quia non constituit ipse mortis pœnam in eum, qui ingreditur ad loquendum cum ipso: imò si qua pœna constituta est, ijs illa infertur, qui nolint ad ipsum intrare; vt aliquid petant: delectatur enim, si ipsum oremus, & cum ipso colloquamur. Quantò ergò magis id volet, cùm nemo a

ipsum

UX SPIRI
IE PONTE

ipsum ingrediatur, nisi vocatus, qui omnes prævenit vocatque: & quando tu accedis, ille te ducit, quando tu ingrederis, ille tibi portam aperit. Quod si accedas cum reuerentia, liberum tibi dabit ingressum, gratamque præbebit audientiam, scriptum est enim: i *pro reuerentia accedet tibi bona gratia.* O Pater luminum, concede mihi lumen, quo tuam videam magnitudinem, meamque vilitatem: quo reuerentia profunda demittam me in tua præsentia, loquarque sicut oportet, cum tanta Maiestate.

i Eccl. 2. 9

§. 1. *In quo hæc reuerentia & adoratio consistat.*

HAEC reuerentia & adoratio, quã Deo D.N. debemus, duplex est: Altera interior, exterior altera. Quia enim Deus & spiritus & corporis creator est, debet vtrisque operib. honorari. Præcipuè tamen interna adoratione & reuerentia; qua ab Angelis & beatis animabus, qui puri sunt spiritus, adoratur: sicut ipse Christus docuit Samaritanã, dicens: k *veri adoratores adorabunt Patrẽ in spiritu & veritate, spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Nã & Pater tales quærit, qui adorẽt eũ.* Atq; si illi dixisset: homines, vt sunt corpore & non nisi externa nouerunt, honorãtur, & reuerentia illis externis signis exhibetur, licet à voluntate eos honorandi profecta: At Deus, vt

k Ioan. 4. 23

qui

qui purus est spiritus, & omnia interna cognoscit, non solũ rebus, & signis externis & corporalibus honoratur, sed potissimum actibus internis & spiritualibus, eò directis, vt hoc ei tributum persoluatur, sine quibus externa reuerẽtia nõ potest illi placere; esset.n. instar corporis sine anima & cæremonia pharisaica, & adoratio tantũ in specie, de qua conqueritur ipse, dicens: l *Populus iste ore suo & labijs suis glorificat me cor autem eius longè est à me*. Nõ me adorat Spiritu & veritate; sed corpore tãtum ac fictè, & sub vmbra quadam orationis, in qua nulla est vita.

Isa. 24.13 Matth. 19.8

ADORATIO hæc, & interna reuerentia nihil aliud est, quã subiectio quædã & humiliatio spiritus nostri, exhibita Deo, ob excellẽtiã, quã in se habet, qua subijcimus cor nostrũ, & facultates oẽs diuinæ ipsius ordinationi in testimoniũ infinitæ ipsi° magnitudinis & Maiest. Qui actus etsi propriè sit volũtatis, oritur tamen ab intellectu, & præcipuè à consideratione diuinæ ipsius excellentiæ, nostræq; propriæ abiectionis. Quò aũt duarum harum rerũ cõsideratio profũdior est, eò maior oritur reuerẽtia. Quæ (vt S. Tho. ait) est actus virtutis, q̃ vocamus Religionem; ad quã spectat, reddere Deo cultũ & honorẽ, ratione infinitæ excellẽtiæ ei debitũ. Est quoq; actus primi doni Spiritus S. q timorẽ appellamus; & tũc (vt idẽ Angel. Doctor) perfectior ea est, propterea. q donũ timoris sit perfectiu°, virtute religiõis; & ei° op° q̃uenit ab inspiratiõe Spir. S. q nos pmouet ad

S. Bonauent. opusc paruũ bonum partic. 2.

I. 2. 2 q. 81. a. 2 & q. 84. a 2

.2

Deum

Deum in Spiritu & veritate adorandum, ver
scilicet cognitione; totiusque nostri cordis af
fectu. Verum sicut est quidam timor seruilis,
& quidam timor filialis: ita est seruilis reue-
rentia, propria seruorum, qui suos Domino
timent & reuerentur, ne ab eis castigentur,
aut quia ad id faciendum coguntur. Et hoc
modo non solùm peccatores Deum reuere-
tur, ne ad inferos proijciantur; sed ipsimet
m Iac.2. 19 in *Dæmones* timent & *contremiscunt* coram
eo. Filialis autem reuerentia, est propria fi-
liorum, qui suos parentes reuerentur & co-
lunt: non, ne ab eis castigentur; sed, ne ab ipsis
separentur: &, vt semper cum ipsis & in eo-
rum gratia permaneant. Et hoc modo sanct
in cœlo summè Deum reuerentur; & potesta-
tes timent, ac tremunt coram eo (timorem
appellamus profundissimam reuerentiam, qu
ex eo nascitur; cuius effectus esse solet tremor
& stupor quidam, ob admirationem diuinæ
Magnitudinis, iuxta illud quod refert sanctus
n Luc.7. 16 Lucas post excitatum filium viduæ Naim: n
accepit, inquit *omnes timor, & magnificabant*
Deum). Et vt Isaias ait, ipsemet Christus, qua
o Isa.11.3 homo, o *repletus est timore Domini*: Nam (vt
3.p.q.7.a.6 sanctus Thomas declarat) quoniam ipse co-
gnoscit infinitam excellentiam Dei, nihilum-
que creaturæ; anima eius sanctissima, ab Spiri-
tu sancto mota, illam summa subiectione re-
ueretur, estque velut contracta in eius presen-
tia, nihil sibi audens vsurpare eius, quod pro-
3. prium est diuinitatis. Ex quo etiam prouenit

vt hæc

vt hæc reuerentia sit actus virtutis humilitatis, quatenus humilis, suam agnoscens paruitatem subijcit se maioribus, multoque magis Deo, in cuius comparatione omnes sunt, quasi non essent. Denique S. Augustinus ait: nos adorare ac reuereri Deum tribus Theologicis virtutibus; Fide, Spe & Charitate, tum quod illæ nos inducant ad Reuerentiam & Adorationem, cum omni sua perfectione exhibendam: tum etiam, quod harum virtutum actibus verè honoremus, valdeque reuereamur supremam Dei veritatem ac bonitatem. Adidem iuuant etiam externæ nostræ potentiæ; lingua enim reuerentiam Deo exhibet; quando illum laudat & magnificat; & quando magna manifestat existimationem, quam de eius excellentia habet. Caput etiam reuerentiam eidem exhibet, quando in eius præsentia inclinatur; Manus, quando pectus feriunt; Genua quando flectuntur: & omnia denique membra ad id aliquo modo iuuant, vt mox videbimus, 4.

Iuxta hæc itaque, cùm orationem auspicaris, conuocare debes omnes hasce virtutes, omnesque tuas potentias, quo te adiuuent, ad hanc Deo reuerentiam exhibendam, dicens illud Psalmi: p *Venite adoremus, & procidamus ante Deum.* Sicque prostrati ante eum, persistamus, quamdiu oratio durauerit; nec prius surgamus, quam obtineamus quod petimus. Et quoniam ad Spiritum S. pertinet dono ipso timoris per suam inspirationem vti, 5. p Psal. 94. 6.

illum etiam inuocabis, vt tibi adsit, dicens: diuine spiritus, ô spiritus veritatis, quià P tre Filioque procedis, qui principium es a orationis, quæ fit in Spiritu & Veritate; a iuua me tua sancta inspiratione, vt te cum P tre & Filio simul adorem, eo spiritu & verit te qua vis adorari.

§. 2. *Praxis Adorationis interna.*

HOC iacto fundamento, subijciam Praxin & exercitium huius Reuere tiæ & adorationis, exercendo sim teneram quandam, piamque orationis rat nem, quæ eidem adorationi inseri potest.

1. PRIMVM, Actus est reuerentiæ, antequ cum Deo loqui incipias, indignum te agn scere, qui cum illo loquaris; petereque dem sè ad loquendum facultatem ad eum modu

a Mat. 20. 20. quo a *Mater filiorum Zebedæi* exhibuit se o ram Christo Domino nostro, *adorans* ac cla & insinuans, aliquid se abeo petere velle, prius ad petendum facultatem haberet: qua insinuat ipsius Christi interrogatio, dicens *Quid vis?* & maiori adhuc animi demissio

b Gen. 18. 27. Abraham Patriarcha, etiam prouocatus Deo, vt cum ipso loqueretur, ei dixit: b *Lo quar ad Dominum meum, cum sim pulvis & c nis:* Agnoscens videlicet suum nihilum, c conspectu tanti Domini, & quoties pro Sodo mitis suam intercessionem repetebat, hanc præmittebat reuerentiam: *Ne, quæso, di*

cen

cens, *indigneris Domine si loquar*: & iterum: *obsecro, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel*: Quasi diceret; Audacia nimia est, quod ego vilis vermiculus tecum loquar, ne tamen propterea indigneris. Nam quantum infinita tua excellentia me repellit, eo mea necessitas magis cogit, amor & charitas impellit, & infinita tua humanitas ad id me invitat.

Et iam ipsa Meditatione inchoata, non debet hæc reverentia cessare. Nam, vt supra dictum est, Meditatio non debet esse mera Intellectus nostri ratiocinatio, sed ad colloquendum cum Deo dirigi; altissimè de eius perfectionibus sentiendo, ex quibus ad maiorem eius reverentiam, varijs modis permoueris: Nunc eas recensendo; & singulas, quantum poteris, magnificando: ex quo copiosam licebit materiam accipere ad hunc orandi modum: colloquendi scilicet cum Domino nostro, eiq; dicendi: O Deus excellentissime, adoro te, propter infinitam tuam sapientiam; reuereor te, ob incomprehensibilem tuam bonitatem: ego coram suprema tua omnipotentia me humilio; &, propter immensam charitatem te glorifico? O si possem solus toti illa adoratione te adorare, quam Angeli tibi exhibent in cœlo; vt aliqua ex parte meum explerem desiderium? Nunc modo quodam admirationis, & stuporis, altissimo silentio adorabis Deum: agnoscens, quod quicquid de illo dicere possis, & (vt ait

c Eccl.43.32. Ecclesiasticus) c *quantumcunque glorificaueris, eum potueris, superexaltabit adhuc: quia admirabilis magnificentia eius: & benedicentes exaltantesque illum quantum poteris, maior adhuc erit omni laude.* Aliàs vti poteris nominibus splendidissimis, sicut sæpè vtitur sanctus Dionysius ad venerandum, modo quo poterit tantam illius excellentiam, diceséque: ô Deus superexcelsissime, & millies millies misericordissime: qui ego potero te honorare, o tantam excellentiarum magnitudinem, quas in te habes? Quis ego miser homuncio sum, vt in putido meo ore glorioſissima tua nomina sumam? & quem honorem exhibere tibi potero ego, qui sum vermis vilissimus? Et quoque reuerentiæ actus, in ipsa Meditatione nolle scrutari excellentias, & magnalia diuinæ Maiestatis, & Iudiciorum eius occulta, in rebus, quas fecit, & facit; sed venerari, quæ intelligere non potes: sic enim Deum in his eius excelsa magnitudine honorabis.

3. EADEM Reuerentia, & adhuc maior exhibenda est in affectibus, & petitionibus, & colloquiis, quæ cum ipso Deo in oratione miscimus: tam quoad nomina, quæ vsurpamus, dum cum Deo loquimur; quàm quoad res ipsas quas petimus, & modum eas petendi: studentes, vt in omnibus resplendeat summa eius veneratio, Vt enim ait Gerson: nomina, quibus Deum licet compellare, & affectus illis correspondentes, triplicis sunt generis: Quædam enim nomina magis prouocant nos ad re-

morem

morem, & reuerentiam, quam ad amorem, & fiduciam, qualia sunt, cùm eum appellamus d *Regem Regum*, *Dominum Dominantium*, e *supremum viuorum & mortuorum Iudicem*, f *Deum vltionum*, Creatorem omnipotentem, g *Fortem, zelotem*. Alia æquè ad vnum inclinant, atque ad alterum: qualia sunt, cùm eum vocamus Redemptorem mundi, Magistrum, Medicũ, Pastorẽ, Gubernatorẽ, & Protectorẽ, ac Defensorem nostrũ. Et his nominibus licet omnibus vti in oratione. Sed sunt alia, quę multo plus exprimunt amoris & fiduciæ: minus verò timoris & reuerentiæ: quale esset, illum appellare Sponsum, Amicum, Dilectum, Amorem meum, Beatitatem meam, & alia similia, quibus vt plurimum non debent vti, nisi qui multum profecerunt; idque speciali diuini spiritus motione, qui illa suggerit, & veluti in ore ponit. Nam (vt bernè aduertit sanctus Bernardus) non cuiuis animæ conceditur, vt dicat, h *osculetur me osculo oris sui*, nec: *Dilectus meus mihi, & ego illi*: nisi talis illa sit, quæ rem nullam aliam diligat, nisi ipsum Deum; & i *cui viuere Christus sit*, & solatium semper illum habere præsentem; seque k *solicitũ ambulare cum Deo suo*, quærendo in omnibus diuinam ipsius voluntatem; & quæ diu se in his exercuerit, & versata sit: & adhuc meritò coniunget nomina reuerentiæ, cum nominibus amoris: ne debitum respectum deponat, præcipuè publicè, & coram alijs; sicut sponsa loquens cum suis sodalibus eum appellauit

d Apoc. 19. 16
e Act. 10. 42.
f Psalm. 93. 1
g Exod. 20. 5.
h Cant. 1. 1
cap. 2. 16.
i Phil. 1. 21.
k Mich. 6. 8

Regem dicens: l *Introduxit me Rex in cellaria sua*. Et eam ob causam, aptissimum nomen, pro omni genere hominum, ad inuocandum Deum in oratione, est nomen Patris, quod reuerentiam & fiduciam complectitur; quo nomine iussit Christus Dominus nos uti in quotidiana oratione; & eodem vtebatur ipse, quotiescunque orabat. Et ipse peccatoribus etiam conceditur, eo vti; ita tamen, vt suam indignitatem agnoscant; sicut prodigus ille, qui orauit, dicens: m *Pater non sum dignus vocari filius tuus*: cuius oratio Patri vehementer placuit, ob demissam reuerentiam, quam ostendebat.

l Cant. 1. 4

m Luc. 15. 19

3.

QVAM reuerentiam etiam declarauit ipsa petitione, qua non est ausus petere, admittri se, ad priorem filij dignitatem; sed *fac me*, inquit, *sicut vnum ex mercenarijs tuis*. Quo tamen ille, profunda illa reuerentia se magis humiliauit; eò pater eius magis eum honorauit, singularibus blanditijs illum amplectens; & ad illam dignitatem admittens, quam is non est ausus petere. Et plane à Deo Domino nostro impetrabis via reuerentiæ, & humilitatis, quamuis parcus propterea iudiceris; quàm si nimium progrediaris per viam confidentiæ. Eueniet enim tibi, quod Sponsæ, cùm à suo dilecto petiuit: n *indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*, cui respondit Sponsus, vt in memoriam reuocaret, quæ ipsa esset: *si enim ignoras*, inquit, *egredere*, & abi, neque enim me-

n Cant. 1. 7.

cum

cum poteris permanere, nisi teipsam agnoueris.

Neque solùm demissam hanc reuerentiam ostendere debes in petitione rerum, quæ tuo statui sunt proportionatæ; sed multò etiam magis in ipso modo eas petendi, alioqui respondebitur tibi, quod filijs Zebedæi, petentibus à Christo D. N. vt sederent ad dexteram & sinistram in regno eius; modo tamen minus ciuili & reuerenti, dixerunt enim: o *Magister, volumus*; &: *da nobis, vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam, sedeamus in gloria tua.* Sed receperunt responsum, quod merebantur: *Nescitis, quid petatis.* siue rem ipsam spectetis, siue modum, quo illam petitis. Multò verò aliter orauit supremus ipse magister noster, in horto Gethsemani, ostendens in verbis paucis, demissis, ac resignatis, quæ protulit, reuerentiam, quam erga suum Patrem habebat. nõ enim dixit: volo; sed potius: non, quod ego volo; sed quod tu vis, Certissimum enim, insignis nostræ erga Deum reuerentiæ indicium est, si totam nostrã voluntatem ipsius voluntati subijciamus; nec velimus, quicquã, nisi quod ipse velit. Spectat quoque ad reuerentiam, pauciſſimis verbis agere, quasi non audeas loqui, in præsentia tantæ Dei Maiestatis, & a reuerentia intercluſus, tacens aperis illi cor tuum, vt illud ipse videat: hoc siquidẽ sufficit. O Pater amantissime, qdiu tuo cõspectu loquar? quocũq; n. modo te cõpellẽ, admirãdas inuenio causas reuerẽtiæ?

5.

o Marc. 10. 35

quo enim te magis affabilem præbes, eò mag
infinitas tuas excellentias manifestas.ô iudex
iustissime: ego veneror tuam seueritatem
tuamque diligo iustitiam: ô fortis Zelotes,
meo tuum zelum; diligo verò amorem, qui
ille procedit,ô amice fidelissime, ego dilig
tuam charitatem:& veneror, quam in eo ost
dis magnitudinem. Doce me vocare te, vt
desideras:vt in omnibus tibi placeam, sicut
go desidero. O supreme Pater, ex cuius mis
p Ioan.4.23 ricordia p *venit* felix *hora* toti mundo & ni
est;in qua nobis dedisti supremam veritatem
hoc est,Filium tuum,in forma hominis,tuum
que diuinum spiritum,in figura linguarum
gnis.Iam hora aduenit pro me, in qua redde
tibi debeam tributum adorationis & laud
quod mille nominibus tibi debeo; mitte v
ritatem tuam è cœlo,quæ me doceat;& Spir
tum, qui me moueat; vt eo modo te adore
quo tu vis;& omnes meæ potentiæ in lingu
igneas conuertantur: quò te, ob col-
lata in me beneficia, lau-
dem. Amen.

(·.·)

CAPVT IX.

DE EXTERNA ADORATIONE, & Reuerentia, & Situ corporis, eiusque praxi in oratione.

QVAMVIS DEVS D. N. præcipuè sit in spiritu & veritate adorandus, vult tamen etiam hunc spiritum & veritatem externis indicijs manifestari, quibus integer redditur, ac perfectus actus religionis, quem vocamus adorationem qua offerimus Deo non solùm spiritum, sed etiam corpus, in testimonium infinitæ ipsius excellentiæ. Hæc autem corporis reuerentia, multum adiuuat reuerentiam illam spiritus, & orationis feruorem. Nam (vt S Augustinus ait) genua flectere, manus extendere, prosternere se in terram, & aliq huiusmodi humiliationes, non fiunt ad manifestandum Deo, quod est in ipso corde, cùm totum illud patet; sed, vt ipsum cor permoueatur, adorandum cum humilitate & feruore maiori: affectus enim cordis, qui vt hæc externa fierent, præcessit, multum, eisdem factis foueturcrescitque.

PRO cuius declaratione, præmittenda est, insignis quædam eiusdem Sancti doctrina, di-

centis: Quamuis in Scriptura diuina, non sit peculiaris aliquis modus præscriptus, componendi corpus in oratione; siquidem de aliquibus dicitur, quod orarent in terram prostrati: alij stantes, aut genibus flexis, aut sedentes, aut iacentes: Alia tamen regula vtendum tibi est, cum teipsum ad orandum excitas, ex tuam necessitatem; aut ex obedientia præcepti, quo teneris, aut tuæ consolationis intuitu & vt, sic orando, Deo tribuas honorem: Alias verò, cum repente à Deo permoueris ad orandum, qua interna motione inuenis te in ipsa oratione immersum: cum nihil tale tu quæreres. Nam in vltimo hoc casu, in quocunque situ, te deprehenderit inspiratio diuina, non est, quod differas orationem; nec locum anxiè quæras, vbi aut genua flectas, aut ad terram procidas: Nam ipsamet Dei motio solet tunc efficere solitudinem quandam internam; & quietum oratorium, in quo ores, oblitus loci, in quo es, & situs corporis, quē tunc habes. Quod si distrahereris, quærendo alium locum, aliamq; corporis compositionem, præteriret forte & euanesceret inspiratio illa, eiusq; fructu priuareris. Quare, si hæc Dei motio, te in lecto deprehenderit, sicut a *Ezechiam*; aut in carcere catenis & compedibus vinctum, sicut b *Manassem*: aut in foro magna turba circumdatum, sicut c *Susannam*: aut mensæ accumbentem in bona conuersatione, sicut S. Scholasticam: non est quod locum alium exquiras, aut aliam mutationem:

a Isaiæ 38. 2.

b In oratione Manasses.

c Dan. 13. 35.

sed

sed (quod de quatuor illis sanctis animalibus dicebamus) ibi sistas, alas tuas contrahas, sensus tuos colligas; intra teipsum continuè ingrediaris, & d *particula boni doni*, quæ in domum tuam ingreditur, *non te prætereat*. Non tamen propterea negamus, esse bonum, ad secretiorem locum te recipere; si adsit commoditas, & non periculum, oblatam amittendi portionem; neque enim adeò timidum te esse expedit, vt existimes, eam te amissurum, eo solo, quod vel paululum loco mouearis: siquidē qui visitationem cepit, quia ita voluit; prosequi eam poterit, sicut volet.

d Eccl. 14. 14

§. 1.

PRAETER hos casus (ait S. Augustinus) cùm tu ipse ad orandum te incitas, eam corporis compositionem curare debes, quæ ad internam recollectionem te magis efficiat adiutura, & permotura ad maiorem deuotionem, ac reuerentiam Maiestatis diuinę: nisi aut ab obedientia, aut constitutione aliqua præscribatur, præstat tamen meam compositionem inclinare, quæ sit optima; sicut iam declarabitur.

1.

PRIMVM in ipso ingressu ad conspectum Dei, bonum est genua flectere, aut te totum prosternere, agnoscens, te, ex te ipso, puluerem esse; & infinitam Dei Maiestatem, qui te ex nihilo eduxit: sicut Reges illi Magi, statim atque intrarunt porticum Bethlehemiticam, Regemque recens natum viderunt e *procidētes adorā*.

e Mat. 2. 11.

adorauerunt eum. Et ipsemet Christus D.N. cum orauit in horto, f *procidit in faciem suam* g *super terram*. Et idem fecisse antiquos Monachos, refert Cassianus: quamuis mox se erigerent, experti eum corporis situm, ad longam orationem non adeò esse commodum: eò quòd grauet caput, somnum prouocet, & interdum malas cogitationes: aut esca sit laxitatis, & pigritiæ corporis, quòd hac via defatigationem euitet. Est nihilominus eadem corporis compositio, ad breue aliquod temporis spatium aut pro tempore afflictionis, satis commoda, quando scilicet is, qui orat, valdè est afflictus & hoc sensu procidit ad pedes Dei; quod fecit Dauid, qui h *deprecatus Dominum pro paruulo* filio, *iacuit super terram*: Et Iudith, i *prosternens se Domino, clamabat ad Dominum*, pro populo suo. Et Maria Magdalena ad pedes Christi prostrata, defleuit peccata sua.

f Matt 26. 39
g Marc. 14. 35
lib. 2. c. 7.
h 2. Reg. 12. 16.
i Iudith. 9. 1
Lucæ 7. 38.

2.

AD prolixiorem autem Orationem, & in genere, omnibus aptior est situs, cum vtrumque genu flectitur: sicut ipse CHRISTVS (vt ait sanctus Lucas) k *flexis genibus orabat* suam scilicet prosequens orationem. Eodem modo S. l *Stephanus pro suis persecutoribus orauit. positis genibus*. Et S. Paulus m *genua flectebat* ad Patrem, orans pro salute fidelium: Et Daniel n *tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat*: Et tempore distractionis, aut ariditatis aut somnolentiæ, aptus modus est, orare per breues sed valdè frequentes genu flexiones, coniungendo singulis internam ali-

k Lucæ 22. 41.
l Act. 7. 59.
m Eph. 3. 14
n Dan. 6. 10.

quam

quam adorationem aut breuem petitionem, aut pium alium orationis affectum: sicut facere consueuit sanctus ille Simeon in sua columna, flectens genua sua ita, vt caput terræ coniungeret, & statim se erigeret; & iterum post breue spacium, flecteret: & hoc modo socius quidam Theodoreti computauit. 1244. genu flectiones; donec defatigatus, à numerando destitit. Et de sancto Bartholomæo scribitur, consueuisse centies in die, & centies in nocte, genua flectere, vt oraret: estque fas credere, vsum illum fuisse iaculatorijs orationibus; breuibus quidem, sed feruentibus.

ALIVS modus compositionis corporis in prolixa oratione est, stando, vt mos erat Iudæorum, quem Pharisæos seruasse, ait Christus, dicens: o *Qui amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare.* Et publicanus (vt sanctus Augustinus aduertit) etiam p *stans* orauit: quamdiu præreuerentia se collocauerit in infima parte templi, & *oculos* in terram confixos *non audebat ad cœlum leuare.* Et Christus D. N. sæpe hoc modo orauit. & sanctus Simeon hoc modo prosequebatur prolixas suas, & continuatas orationes. Nec vllus sedere deberet, quando orat in occulto, nisi (vt sanctus Bonauentura aduertit) quando morbus, debilitas, aut grauis defatigatio ad id faciendum cogit. Et neque tunc fieri deberet, nisi prius ad breue saltem tempus genua flectãtur, aut stetur; & licentia à Deo

o Mat. 6 5

p Luc, 18, 13

D. N. ad

D. N. ad ſedendum petatur, ei dicendo, ſi
q Gen. 18. 30. Abraham: q*ne, quæſo indigneris Domine ſi*
quar ſedens, Eò quod aliter manere non po
ſim; & tunc ſedes ſit demiſſa, vt vel ſic, ali
exhibeatur Deo reuerentia, & r *flectantur*
r In ſua ora-tione. dicebat Rex Manaſſes) *genua cordis* ſiquidē
corporis, non licet. Sicut ſe quoq; S. Hiero
mus in lecto præ ſenectute ac debilitate
centem animabat, arripiens funiculum, qu
ex lecto pendentem habebat, quo ſe paulul
erigeret, quando ſuarum orationum pen
inchoabat.

Alter quoq; orandi modus, deambula
ſcilicet, non debet eſſe vſui, niſi eiſdemde
ſis, ſicut aduertit Gerſon afferens ad id ſente
tiam Philoſophi dicentis: Animam ſedendo
quieſcendo fieri ſapientem. Quamuis inter
& hic modus exercitij adiuuet, egredien
s Gen. 24. 63. ſicut dicitur de Iſaac, s *ad meditandum* ma
aut in loco illo ſolitario. Expedit autem o
nibus adſueſcere, vt exactius Apoſtoli con
t 1. Tim. 2, 8. c. 20. lio ſatisfiat, t *orandi* videlicet *in omni loco*,
videbimus infra.

§. 2.

AD hanc externam reuerentiam per
nent quoq; alia minutiora, quæ ipſa
interiorem adiuuant, quæ non prætere
mittuntur absq; aliqua ſpecie irreuerentiæ
quæ Orationem ipſam effundit: quorum
mam quandam ponit S. Bonauentura, dicen
rens per omnes corporis partes. *Præcipua*

Inter

sunt, detectum habere caput, nisi manifesta necessitas tegere illud cogat. Nam (vt ait Apostolus) *vir orans velato capite, deturpat caput suum*; faciens videlicet quod ipsum non decet, & proprium est fœminarum, quibus turpe esset, non velato capite orare. 1. Cor. 11. 4.

Deinde, oculos tenere quietos, non tamen dormitantes: vt enim magna est irreuerentia, in oratione dormire; Ita est, visum effundere, ad aspiciendum, quod alibi geritur: & incuriam quãdam in his, multis lacrymis luit S. Catharina Senensis. *Item* quando vocaliter oratur, loquendum est, non festinanter, sed cum grauitate. Si enim censeretur irreuerentia festinanter cum aliquo Principe loqui, quantò maior hæc censebitur? Nec minor erit irreuerentia, nimium strepitum facere, excreando, aut tussiendo: nisi aliter fieri non possit. Quem defectum valdè exaggerat S. Ambrosius, referens Sancti cuiusdam Sacerdotis miraculum, quem in oratione cum toto populo existentem, ranarum strepitus perturbabat; quæ, cum is in Dei nomine silere eas iussisset, in momento conticuerũt. Silent, inquit, ranæ in suis lacunis, & strepunt homines in templis? Irrationale animal reueretur orationẽ, quã non nouit: & homo eã cognoscens, non reuerebitur religionem? Alter ille iuuenis adeo reueritus est Alexandrũ sacrificantem, vt exsiliente prunã ex sacrificio, immotus manserit, & brachiũ

comburi permiterit, nullo edito gemitu; &
non ita reuereberis Deum, vt in eius pr
tia impertinentes huiusmodi strepitus non
primas? Hæc sanctus Ambrosius. Quibus ad
S. Bonauentura: In loco publico euitand
etiam esse strepitum labiorum, instar fl
imprudens, inquit, est oratio, quæ cum sit v
multas impedit; & cùm sit tepida, pertu
alias meliores. Et antiqui monachi, etsi mu
ad orandum, in vnum locum conuenirent,
mnes tamen (ait Cassianus) tanta quiete, si
tioque orabant, atque si nullus ibi esset: pu
strepitus aut gemitus audiebatur, nisi fo
ex spiritus feruore suspirium aliquod,
gemitus, inaduertenter ex corde pro
ret.

1 2. Par. 6. 13. PERTINET quoque ad reuerentiam, ip
manus quietas, & coniunctas, & v *ad cæ*
eleuatas habere: sicut orauit Salomon; *ex*
in forma crucis, ad eum modum, quo Chri
Dominus in ea orauit; & Moyses, de quo di
x Exod. 17. 11. tur: x *cùm leuaret Moyses manus, vincebat*
rael; approbante scilicet Deo, cœremoni
illam externam, ortam ex interno spir
quo illa exhibebatur, insigni adeò mirac
qualis fuit populi victoria, cùm illæ tene
tur eleuatæ: cùm tamen, *si paululum eas re*
sisset superaret Amalec, quas tamen manus,
quod graues essent, *Aaron & Hur ex vtra*
parte sustentabant: & factum est, vt manus
lius non lassarentur, vsque ad occasum solis,
vsque ad perfectam victoriam de hostibus

portatam. Num hæc omnia casu facta sunt, aut aliquo mysterio vacant? Quid est, vincere populum Dei, quando Moyses orat, manibus eleuatis, nisi (vt ait S. Gregorius Nazian. & S. Hieronym.) docere nos, quod feruens oratio, in virtute crucis Christi, consequatur victoriam? Et quid est lassari Moysen, tenendo manus eleuatas in altum: nisi nobis aperire, quã graue sit corpori, spiritui in oratione seruire: qui, etsi promptus sit, viunt tamen in carne infirma, cuius debilitas sæpè in causa est, vt & ille lassetur, & remittat feruorem in oratione? Remedium itaque est, vt *Aaron* & *Hur*, manus illas sustentent. *Aaron* (teste S. Gregorio) significat montem fortitudinis: *Hur* verò ignem: & vterque repræsentat Christum seruatorem nostrum, & Spiritum S. ab eo procedentem; qui nos iuuant, vt magna facilitate oremus. Christus quidem D. N. exemplo suo; Spiritus S. autem sua inspiratione; Christus interna luce suarum veritatum, Spiritus S. igne suorum affectuum: & illi (ait S. Nilus) sunt spiritus & veritas, qui nos docent & permouent ad orationem & adorationem, quæ fit ỳ *in Spiritu & Veritate* modo prædicto. Si te lassatum in oratione deprehenderis, manusq; tuas cadere, & corpus ipsum deficere, recurre ad diuinum montem fortitudinis, Christum IESVM, & ad eius diuini spiritus ignem; dicesque: O Patris æterni fortitudo, quæ in mundum *venisti, ignem mittere*, qui semper *arderet*, & ascenderet in sublime; mitte in me

ỳ Ioan: 4. 24

hunc ignem, qui meum spiritum tanta vi ele-
uet in cœlum, vt corpus ei, sine lassitudine le-
uiat. O Redemptor fortissime, qui in mon-
tem Caluarium ascendens, vt orares ma-
tuas in cruce leuasti, adiquas, ne caderent,
stetandas, aliud fulcrum non habuisti, qu
duos duros clauos, corrobora manus m
gratia tua, vt erectas in oratione teneam; &
lustre tuum exemplum inspiciens, in ora
non defatiger: O diuine spiritus ignis, rape
tum cor meum, tecumque cum orat, contu
vt sensus omnis, corporisque potentiæ de
ctentur, illud in hoc opere comitando. O
ma mea, colloca teipsam dum oras sicut M
ses inter Aaron & Hur, fiduciam scilicet
in filio Dei, eiusque diuino spiritu collocl
vt oratio tua placeat æterno Patri; in cu
virtute omnes vinces Dœmones, q
Dominus ad æternam suam glo-
riam, tua implebit deside-
ria. Amen.

CAPT

CAPVT X.

De Mvneribvs et Spiritualibus sacrificijs in Dei conspectu offerendis cum Deuotionis affectibus: ac de modo quodam orandi, eadem, ob fines varios offeferendo.

QVANDO ingrederis ad conspectum Dei, ad loquendum & agendum cum eo, de negotio tuæ salutis, studere debes (vt initio insinuauimus) a *non apparere in conspe-* a Exod. 23. 16 Deut. 16. 16.
ctu eius vacuus: Sed munera aliqua, quæ Dei offeras voluntate prompta, deuota ac generosa quæ doni offerendi exiguitatem suppleat adferre. Quæ munera tum in ipso primo ad conspectum diuinum ingressu, tum in ipso colloquij progressu, & ad eius finem, sunt offerenda, ob multas causas, respectuique magni momenti, vt voti tui compos fias.

PRIMA causa, siue titulus ea munera offerendi est, ad testificandam infinitam I.

excellentiam & Maiestatem ei,in cuius co
spectum te constituis; & ad recognoscend
& protestandam subiectionem,quam ei deb
tãquam supremo tuo Domino, cuius est qu
b Matt. 1. 11 quid habes; Sicut tres illi Reges b Magi,in p
mo ipso ingressu,in specum Bethlehemit
procidentes ante recens natum infantem,eu
que adorantes,statim *apertis thesauris suis*
tulerunt ei munera,aurum,thus & Myrr
ea ratione agnoscentes,eum esse Regem æt
num,Deum verum, & hominem mortal
docentes nos exemplo suo;vt, quamprim
in conspectum Dei viuentis ingressi fuerim
eiusque supremam maiestatem adorauer
thesauros animæ nostræ aperiamus; tri
munera pretiosissima, quæ in ea sunt, e
offeramus, *intellectum* videlicet, quod es
rum,& pretiosissima hominis potentia, c
omnibus eius scientijs, virtutibus, ratioc
tionibus, & cogitationibus:eas omnes pr
ciendo ad ipsius Dei pedes, vt in eius di
seruitio illas expendamus, captiuantes
cium proprium; vt seipsum subijciat de
que ad credendum, quæ fides sancta reue
& exequendum, quod eius lex præcipit.
quamuis eum videas infantem in
quodam,pauperem & abiectum, inter ani
lia collocatum; aut eum aspicias homine
mortalem,cruci affixum inter duos latron
credas tamen eundem esse verum Deum,
gemque æternum,à quo tota felicitas tua
pendeat.

ALT

Alterum munus offerendum, est Thus, *liberi tui arbitrij*, in quo sunt affectus omnes amoris, cordisque desideria: quæ in tua anima inflammatur, & instar fumi odoriferi thuris, ascendunt ad Deum: quam ipsam voluntatem proijcere etiam debes ad eiusdem Dei pedes, generoso quodam firmoque animi decreto, exercendi in eius conspectu omnes tuos affectus, maximo quo licebit feruore. Et quoniam mortale & corruptibile corpus, particeps quoque est huius operis, offerendum & illud est, tanquam Myrrha odorifera, statuens firmiter ac generosè, illud ad eius pedes prostratum continere, valdeque mortificatum in rebus omnibus, quæ necessariæ fuerint ad ita diquè in eius conspectu permanendum, vt oratio tua, c *sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij*, quæ in tuo corpore & animo sunt, ascendere possit. c Cant. 3. 6.

§. 1.

2. Ferenda quoque tecum sunt munera, quibus iustam Dei iram & indignationem placare possis, quàm ob tua peccata negligentiasque meritò timere potes; deprecando omnes tuas culpas, siquidem huius rei causa ad eius conspectum accedis. Sicut Iacob cùm propè esset, vt Esau fratri suo occurreret, cuius iram ob causas præteritas metuebat, pretiosa donaria præmisit, ex omnibus gregis sui pecoribus, dicens intra se;

d Gen. 32.20. d *placabo illum muneribus, quæ præcedunt, & postea videbo illum, forsan propitiabitur mihi:* sicut reuera euenit. Sic igitur ingrediaris tu ad Dei conspectum, quem te offendisse cognitum habes, nec certus es, quod tibi indulserit, expedit omninò munera illi offerre, ad placandum placandum, & veniam obtinendam; quem sensum dixit Ecclesiasticus: e *Da Deo & accipe, & iustifica animam tuam:* Atque significaret: Da Deo aliqua munera; & veniam accipies peccatorum. Quæ autem munera, sacrificia in oratione poteris ei offerre, quibus illum places, nisi affectus f *cordis contriti & humiliati*, quibus plurimum delectatur, & quos nunquam despicit? ita S. Illeas in sua oratione: g *in animo* inquit, *contrito & spiritu humilitatis*, ad te accedimus, *suscipiamur*, atque si *mille agnorum pinguium holocaustum* offerremus. Holocaustum agnorum est in conspectu Dei cor conflagrans & seipsum igne amoris doloriſque consumens cæteroſq; induens affectus, quos perfecta contritio, humiliſque peccatorum confessio gignit, dolẽs de singulis, seipsum humilians, puptumq; offerens, ad commeritam pœnam soluendam, & nouo aliquo obsequio compensandam.

e Eccl. 14.16

f Psal. 50.19.

g Dan. 3.39

3. SED quoniam non accedis ad orationem gratia tantum veniam peccatorum petens, sed nona etiam beneficia impetrandi; necquoq; est, talia Deo munera offerre; quibus ius voluntatem allicias, ac permoueas, ut

ho-

benevolè humaniterque recipiens: concedat, quod petis. Nam (vt Sapiens ait) h *victoriam & honorem acquiret, qui dat munera: animam autem auferet illa accipientium*: offer itaque Deo munera ex ijsdem, quæ ab eo accepisti. Nihil enim habes, quod ipsius non sit i *tua* (inquit Dauid) *sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi*: k *præbe* ergo *ei cor tuum* sicut ipse petit; Et sic obtinebis in eius conspectu victoriam, & honorem: Victoriam quidem, quia fies compos voti tui, vincens eũ in lucta orationis; Honorem verò, quia admitteris ab eo, cum magnis amoris indicijs, qui te beneficijs, in te conferendis, honorabit: si enim muneribus ei oblatis, *auferes animam*, & spiritum eius; quid mirum, si bona quoque auferas, quæ ille possidet? Sed quæ dona ei offeres, quæ possint cor & spiritum Dei auferre? si proposita solùm offeras efficacia, custodiendi eius præcepta, parum facis: hæc enim tributa sunt & vectigalia ex necessitate debita, ad quæ omnes subditi reddenda tenentur, luentque grauissimas pœnas, nisi reddiderint. Necesse itaque (ait sanctus Dorotheus) offerre quoque liberalissima & ingenua proposita seruandi etiam eius consilia; & insignia, glorioſaque obsequia præstandi; ad quæ aliàs non tenereris; sicut nobiles & ingenui, principi suo, magni valoris dona & munera offerunt. Non itaque satis tibi sit, aurum, thus, & myrrhã ei offerre, ad quod ipse te obstringit; Sed offer adhuc desiderium dandi ei,

h Prou. 22. 9.

i 1. Par 29. 14.

k Prou. 23. 26.

quicquid auri est in vniuerso orbe, si in tu
esset potestate; & totum cordis tui amore
cum omni integritate & perfectione, qua
habere potest; & omne thus orationum, &
muem mortificationum myrrham, quæ tibi
rit possibilis; exequendo opere, quod hab
in votis; vt oratio tua sit in spiritu & verita
& non solùm in specie & apparentia.

4. Ex quo fit, vt etiam adferre debeas mun
& offerre in gratiarum actionem, ob acce
prius beneficia: sic enim voluntatem eius p
pram reddes, ad ea tibi conferenda, quæ
tere cogitas. AEquum est enim, vt ing
diens ad eius conspectum, qui dedit tibi qu
habes; idem ei offeras, cum recognitio
quod ab illo acceperis.

§. 2.

5. EX quatuor his nominibus & moti
quibus obligamur, offerre Deo dona
sacrificia, colligere poteris modũ qu
dam orationis valdè pium: qua offeres, loco
liorum donorum, benevola & amica ver
suaveſque sententias, quæ ex corde, eius amo
inflammato procedant, iuxta Oseæ consili
1 Oseæ 14. 3. dicentis: 1 *Tollite vobiscum verba, & dicite
omnem auferà* nobis *iniquitatem, accipe bo
quod nobis contulisti, & reddemus vitulos
biorum nostrorum* Quæ verba, & quos labio
rum vitulos offeremus, loco vitulorum, qu
antiqui offerebant, nisi omne genus verborum
in materia omnium virtutum? *Primum* ver

mum

m *confessionis*, peccata nostra, & miserias aperiendo; *Deinde* verba laudis, & gratitudinis: quæ (vt S Chrysost. ibi explicat) sacrificia sũt, ac vituli magni pretij, & quæ plurimum Deo placent. Verba quoque orationis, qua eius dona humiliter petamus, tanquam ab vnico bonorũ omnium auctore. nostræ enim orationes, etiã sunt vituli labiorum nostrorum, & quidẽ Deo gratissimi. Ac *deniq,* verba sunt offerenda generosissimarum & efficacissimarum oblationum, cum ingentibus promissis, votis, siue propositis suo tempore implendis, eo modo, quo illa obtulimus. Ideò enim etiam adiecit: *reddemus vitulos labiorum nostrorum*: sicut Dauid dicebat: n *Introibo in domum tuam, in holocaustis; reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt* siue distinctè obtulerunt *labia mea.* Ex quo infertur, sicut in antiqua lege tria sacrificiorum genera Deo offerebantur. Quædã pro peccatis; Alia, quæ vocabantur hostiæ pacificę in gratiarum actionem: ob accepta beneficia, & alia de nouo impetranda; Alia denique vocabantur holocausta, in testimonium excellentiæ diuinæ, & amoris indicium, qui debetur eius infinitæ bonitati: quæ offerebantur igne ardenti in altari templi. Ita etiam existimare debes, accedere te ad orationem, tanquã sacerdotem spiritualem, ad offerendum Deo, in tui cordis altari, tria spiritualia sacrificia, propter easdem causas & fines: exurendo illa, igne diuini amoris ac deuotionis, quę reliquos affectus debet comitari. Positus ergo in con-

m Heb. 13. 15.

n Psal. 65. 13.

spectu Dei ad orandum, imaginare, tibi spiritualiter intimari antiquum illud mandatum,
o Leuit. 6. 12 o *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet Sacerdos* studiosè, *subijciens ligna mane per singulos dies; & imposito holocausto desuper adolebit adipes pacificorum.* Intelligeitaq; cor tuum esse illud altare, in quo perpetuò ardere ignis deuotionis: quem, ne extinguatur, statim mane oportet nutrire lignis Meditationum & Cõsiderationum, ad id efficacium: & hoc igne offeres reliqua sacrificia tuorum affectuum, verborum, & operum: vt reddatur Deo grata, cui supplicabis demissè, te vt adiuuet; siquidē ipso non accēdente & conseruante, non sufficiet industria tua. O mundi seruator, qui
p Luc. 12. 49 p *venisti ignem mittere in terram*, cupiēs *vt accendatur*, accende diuinum hunc ignem in altari cordis mei; modumq; doce, quo illum conseruare & augere possim, vt placeant tibi orationes & sacrificia, quæ tibi cum illo offeram. Amen.

Superest nunc declarare, quis hic sit ignis deotionis, quam habeat vim ad spiritualia hu sacrificia offerenda, quibus lignis in oratione sit nutriendus, de quibus, quod res proluxior sit, in proximo capite dicemus.

CAPVT

CAPVT XI.

IN QVO SVBSTANTIALIS sensibilisque Deuotio consistat, vnde oriatur, quibus medijs comparetur, & quo pacto suas offerat oblationes in Oratione.

DEVOTIO (vt ait Angelicus Doctor) nihil est aliud, quàm voluntas quædam promptè tradendi se ijs, quæ pertinent ad Dei obsequium: sicut qui seipsum dicat, offertque ad eadem valdè iucundè, expediteque præstanda, absque repugnantia, tædio, siue tristitia ipsius voluntatis: ad eum modum, quo Israëlitæ, *a obtulerunt mente promptissima atque deuota, primitias Domino*: ita vt cum Dauide dicere liceat: b *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Est videlicet paratum, ad amplectendum & executioni mandandum quicquid tibi placet; detestandum verò & fugiendum quicquid displicet; offerendumque quicquid à me petieris; & ad quemuis laborem ferendum, quem mihi miseris, aut permiseris.

a Exod. 35. 21

b Psalm. 7. 2.

SED

SED quia anima nostra, miseræ huic carni est immersa, ab ea prodeunt crudeles nouercæ contra hanc deuotionem.

PRIMA est debilitas ipsius carnis, quæ valdè lassatur seruiendo spiritui; & ex propria propensione appetit quietem: ob quam causam Christus Dominus noster, cùm suos Apostolos ad vigilandum & orandum hortaretur, dixit: c *Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma.*

c Matth. 26. 41.

ALTERA est vehemens sensualitatis & appetitionum sensuum inclinatio, quæ passionibus suis voluntati aduersantur; vellentque illam post se trahere: ex quo repugnantiæ proueniunt, timores & tædia, quæ in inferiori animæ parte inueniuntur: quamuis in superiori parte, deuotionem habeat ac promptitudinem. Quod ipsum apertè indicant illę Apostoli querelæ, cùm dicit: d *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati*, vel reluctante ipso spiritu.

d Rom. 7. 22

HIS tertium accedit impedimentum, inclinatio scilicet naturalis, ipsius animæ, & voluntatis eius, quæ ipsam inclinat, ad hanc cum sua carne vnionem conseruandam, talem qualem; ac proinde ad attendendum saluti ac vitæ suæ, & reliquis quæ ad eam pertinent: sicut dixit Apostolus. e *Nemo vnquam*

e Ephes. 5. 29

carnem

carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam.

Ex his efficitur, vt substantialis deuotio solum consistat, in promptitudine voluntatis & spiritus, partisque superioris animæ; tanta vi & fortitudine, vt opus suum integrè perficiat, etiam carne & sensualitate repugnante: conculcando videlicet prauas eius inclinationes, vt obediat Deo: sicut Christus Dominus noster in nocte suæ passionis, non attendens ad timores & tristitias suæ carnis, & naturalem suam voluntatem; sed per hæc omnia perrumpens, obtulit se ad bibendum calicem suæ passionis, exiens illis obuiam, qui ad ipsum comprehendendum venerant; & sanctum Petrum reprehendens, qui id impedire tentabat. Quare simul erat tristis, ac deuotus; timens, & magno animo: cum tædio simul & promptitudine; cum agonia & fortitudine: primum quidem in parte inferiori sentiebat; alterum in superiore spiritus parte; alterum opus erat naturæ, quod in nobis solet esse violentum; alterum erat opus liberæ voluntatis: Ideoque in eo consistit vera virtus deuotionis; quæ non potest esse sita in re nostræ libertati non subiecta; nullus enim, nobis inuitis, spoliare nos potest virtutibus; nec gaudio cordis, quod ex eis nascitur.

Sed quoniam hæc contrarietas, inter carnem & spiritum, valdè est molesta, soletque valdè impedire substantialis deuotionis opera: disponit Deus D. N. interdum, vt hæc ita in

supe-

superiori animæ parte crescat, & exuberet, vt etiam ad inferiorem partem totumque corpus deriuetur, ita vt (sicut dixit Dauid) f *cor & caro exultent in Deum viuum.* Ignis enim ardens in corde, consumit repugnantias tædiaq; carnis; redditq; spiritui ita conformem, vt vna eructēt eosdem affectus; simulq; de bono gaudeant, ac tristentur de malo; ament virtutē, & vitia detestentur; currant cum gaudio & absq; lassitudine, valdeq; promptè ac festinanter in rebus obsequij diuini.

f Psal. 83. 3.

Deuotio sensibilis.

ET huiusmodi deuotionem, vocamus SENSIBILEM, cuius excellentia suauitasq; tanta est; vt, quam diu durat, restituat nos quodammodo felicitati status innocentiæ; tribuēs appetitui sensuum & carni, magnam promptitudinem, lætitiamque ad id omne, quod Deo placet, iuxta dictamen directionemq; spiritus, cui illa se dedit, & cui coniuncta est, eo modo, quo Regius Propheta dixit: g *Tu vero homo, vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecū dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cū consensu,* nobis. s. inuicē cōsentientes. Quis (inquit Richar.) hic homo est? nisi exterior, qui interiori coniungitur, & vnam vterq; animam habet; quæ dat illis vitam; seq; inuicem, vt valdè amicos, agnoscunt; ob naturalem, quam inter se habēt, vnionem; licet externus homo interiorem ducat, quatenus suis sensibus, viam illi aperiat, ad res spirituales ac diuinas cognoscendas? Hi duo homines, qui ex ijs, quæ cuiusq; propensioni sunt propria

g Psal 54. 14.

solent inuicem aduersari; eò per Dei gratiam, & virtutem deuotionis perueniunt, vt simul valdeq; coniuncti, ambulent in domo Domini prompti & parati, cum exultatione magna, ad id omne, quod ipse præcipit. Interior enim homo, participem facit exteriorem, dulcium ciborum suorum. sicut dixit Iob, h *si comedi buccellam meam solus*: neque enim interior homo, sibi soli retinet deuotionem; sed bonam eius portionem tribuit carni, vt & illa eo cibo alatur, reddaturque fortis & constans, in obsequio Dei sui, qui ita diuinum hoc i *vnguentum* effundit *in capite Aaron, vt descendat in barbam* & per ipsum *vestimentum vsque ad oram* eius, vngendo scilicet spiritum & appetitus, corpus & sensus; vt omnes sint participes pretiosissimi vnguẽti deuotionis ac lætitiæ, quæ resplẽdet in ipso faciei vultu, & in omnib. gressibus ac motib⁹ corporis: & tũc experiẽtia discitur, q̃ suasit Dauid: k *delectare in Domino; & dabit tibi petitiones cordis tui*, quia vehemẽter illi placẽt, instar musicæ, ex multis cõcordib⁹ vocib⁹ cõcinnat ꝛ. Sicut è contra, oratio sine deuotione (teste S Lurent. Iustin.) est instar musicæ vocũ dissonãtium. Nã cogitatio it huc, affectus verò illuc; nec imaginatio cõcordat cũ ratione, nec appetit⁹ cù voluntate. q̃ si nostra culpa eueniat, oratio nostra displicet Deo: si aũt sine culpa, nobis est insipida: vtroq; aũt nõe cõtẽdẽdũ nobis esset, p virili, hãc cõcordiã habere, q̃ adfert deuotionẽ: vt p̃ceptũ illud amoris, nobis cõmẽdat, dicens: l *Diliges Dominum*

h Iob 31. 17.

i Psal. 132. 2.

k Psal. 36. 4.

l Deut. 6. 5.

Deum

Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Quod (vt sanctus Thomas declarat

S. Thom. 2.2 q 44 a. 5.

non aliud est, quam præcidere, vt Deum diligamus voluntate nostra, appetitu sentiendi, intellectu, imaginatione, & omnibus facultatibus corporis, ac sensibus, ita vt omnes concordent, & conueniant, ad eum amandum, eique seruiendum; vt magna promptitudine totus homo, interior & exterior, in hoc occupetur; siquidem totus est Dei; creatus vt se totum diuino obsequio traderet, ac manciparet.

Ex his apparet, virtutem deuotionis coniectam huic amori, ex quo illa tanquam ex fonte oritur, prospicere nobis de omnibus affectibus, propositis, donis, ac muneribus, quæ Deo in oratione offeramus; eo modo, quo diximus. Illa thesauros aperit animæ, vt aurum, thus, & myrrham offerenda depromat; illa virtutem pœnitentiæ aduocat, vt corde contrito & humiliato, Deum placet: obedientiam vocat, gratitudinem & reliquas virtutes, vt heroicos suos actus, in conspectu Dei proferant; & ipsam quoque religionem, vt sacrificium

m Psal. 65. 15

offerat, quæ Dauid m *Medullata* appellat, affectione scilicet spirituali, magnoque spiritus feruore plena. Illa denique nobis suggerit omne genus verborum, ad colloquendum cum Deo: quamobrem S. Bernardus, animæ linguam eam appellat. Et ea vtitur Spiritus S. vt igneis linguis nos loqui faciat. Et in eum

Serm. 15. in Cant.

finem

finem suadet nobis Apostolus, vt eam comparare studeamus, cùm dicit: n *implemini Spiritu S. loquentes vobismetipsis in Psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino gratias agentes semper pro omnibus.* O felicem illam animam, quam spiritus diuinus, hac deuotione replet, expeditamque facit, in phrasi & idiomate suo, non terreno sed cœlesti; non humano, sed diuino; non tam verbis externis, quàm internis: dum colloquitur nunc secum ipsa, nunc cum Angelis & Sanctis, nunc denique cum ipsomet Deo; cui adeò arridet, vt eam incitet ad loquendum, dicens: o *Sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis*, & iucunda est. Tua sunt, Deus meus, hæc omnia dona, & à te in nos proueniunt; tua est deuotio, quæ linguas nostras mouet; tuus ignis, qui illas adeò reddit inflammatas; tu efficis in ratione viuendi, p *vnus moris*, eos, *qui habitant in domo* tua; coniungens carnem & spiritum, exteriorem & interiorem hominem, ea deuotione, quam illis communicas. Tua est q *vnctio, quæ docet de omnibus*; efficitque vt hi duo r *fratres habitent in vnum in domo* tua, magna concordia, & *iucunditate* Concorda tu illos Domine in me, vt cum quiete orare possim: dona mihi quod tibi offeram. quia absque te, nihil habeo quod tibi dem: accipe cor, quod à me petis; da verò mihi dona tuæ gratiæ, quæ ego peto.

Amen.

n Eph. 5. 18 Collat. 3. 16.

o Cant. 2. 14

p Psal. 67. 7.

q 1. Ioa. 2. 27

r Psal. 132. 1.

§. 1.

DECLAREMVS nunc diligentiam, q
possumus, ac debemus in oratione ad
hibere, ad supremum hoc donum im
petrandum; & ignem hunc ita accendendu
vt ardeat, eiusque flamma vsque ad cœlum a
scendat. *Præmittimus* tamen, Deum D. N. al
tero è duobus modis gratiam deuotionis co
municare. *Alter* est per semetipsum tantum
nulla præcedente causa, aut particulari di
gentia ex parte nostra: vt sic (teste S. Laure
tio Iustiniano) magnitudinem misericord
suæ ostendat, in excitanda tepiditate nost
& animanda pusillanimitate, superbia ve
nostra retundenda, manifestando nobis, qua
parum possimus in his donis acquirendis:
denique vt eius omnipotentiam cognoscam
qua ingreditur animæ nostræ donum pro su
libitu, sicut *ingressus est in cœnaculum, fo*
bus clausis, priusquam nos libero nostro co
sensu, nostrave dispositione illas aperiamu
Statim verò, atque nostras potentias ingred
tur, dicit: Pax vobis; moxque illæ tranquilli
tur, & intellectum splendoribus implet; vo
luntatem, & appetendi facultates, feruent
bus affectibus; corpusque ipsum, magna fort
tudine ac lætitia: in cordis verò altari ardet a
moris ac deuotionis ignis, nullo alio lignis il
lum fouente: quia ipsemet Deus accendit il
lum, ac nutrit; prospicitque de omnibus ne
cessarijs ad sacrificium & holocaustum ob

Ioan. 20. 19 & 26.

ferend

ferendum. Suggerit enim memoriæ ea, quæ offerat; voluntatem permouet, vt velit offerre: & tunc (inquit sanctus Ioannes Climachus) opportunum est tempus prolixius orandi: quia ipsemet Deus ad id inuitat, concedens orationis donum; cuius in cap. quarto mentio facta est.

ALTER modus, quo Deus D. N. deuotionis gratiam communicat, est per ipsam meditationem & contemplationem: cùm scilicet cõsiderantur infinitæ eius mi[illegible]cordiæ, & innumeræ nostræ miseriæ: horum enim duorum consideratio teste S. Thoma) diuinum hunc ignem accendit, & quo consideratio attentior est, ac profundior, in humilitate & sinceritate; eò amplior excitatur flamma; vt enim ait Ecclesiasticus, t *secundum ligna siluæ; sic ignis exardescit.* Et sicut ignis iræ aut amoris proprij, ardet secundum ligna rationum & considerationum, quibus illa innititur; ita deuotionis & amoris diuini ignis plus ardet, aut minus, secundum qualitatem sanctarum v *meditationum*, quæ ligna sunt, quibus illa fouetur & alitur, accedente Spiritu S. diuinæ suæ inspirationis flatu, vt cito ignis concipiatur, flãmaque excitetur. Nam, vt tempore Nehemiæ postquam sacerdotes composuissent sacrificia & ligna, x *tempusq; adfuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo*, repentè *accensus est ignis magnus*, qui sensim *Sacerdotibus orationem facientibus, sacrificium consumebat:*

t Eccl. 28. 12.

v Psal. 38. 4.

x 2. Mach. 1. 21.

Ita nobis incumbit, modum orandi discere, & considerationum ligna quærere, eaque in altari cordis collocare, etiamsi obscurum adhuc & nubilum sit, innitentes tamen fidei & auxilio Dei, ad quem tanquam ad solem spectat, vultum suum cùm libuerit aperire, ac deuotionis ignem accendere, quæ in medijs hisce considerationibus ferueat, noscque oblectationibus & affectibus ineffabilibus ad orandi permoueat. Obseruandum est tamen, quod sicut ignis, non tam lignorum multitudine alitur, quàm eorundem qualitate, ficca nimirum, & aptè compositis: Nam multa si sint viridia, aut ineptè composita, potiùs ignem suffocãt: Ita Deuotionis ignis nõ accẽditur multitudine discursuum, ab his in illas veritates inordinatè saltando; nec valdè subtilibus & delicatis meditationibus, quibus multum adest illecebræ curiositatis, ac superbiæ, his enim potiùs suffocatur parua illa deuotio, quæ præerat. Propter quam causam peritissimi homines (vt ait Doctor Angelicus) solent minus esse deuoti, quos curiositas effundit, scientia inflat, & excæcat superbia: sinceri verò & humiles, etiamsi imperiti sint, magis sunt deuoti, quia seriò se tradunt Deo; maioriqúe puritate, diuina mysteria considerant non multis adhibitis discursibus, sed moderatis, ac ordinatis in eum solum finem, vt voluntatem permoueant & ad Dei gustum alliciant: argumentum eligentes ad id aptissimum, iuxtà ipsius meditantis inclinationem & facultatem.

ALIQVI enim inueniunt aquam deuotionis, dum in terra suarum miseriarum fodientes, valdè profundè descendunt, in propria cognitione. Sic enim emolliuntur & quasi teneréscunt, sensu malorum suorum, & statim deuoto promptoque animo se dedunt, vnico suo auxiliatori, qui est Deus. Et quamuis putealis aqua non soleat esse adeò pura, atque pluuialis, quæ de cœlo descendit; prodest tamen ad irrigandam aridam cordis terram, & eius desideriorum sitim mitigandam. 1.

ALII inueniunt aquam deuotionis y *in fontibus Saluatoris*, quæ sunt mysteria sacratissimæ eius vitæ, passionis ac mortis, de quibus attentissimè cogitant, vtpotè nostro captui valdè proportionatis. Ideoque ex z *petra qui est* a a *Christus*, *virga* nostrorum discursuum & cogitationum *ictu*, *erumpere* facilè solet pretiosa hæc *aqua*, quæ sequitur nos, comiturque; in deserto huius vitæ, sitim nostram satiando, donec saliat, nosque secum deducat ad vitam æternam. Ex eadem porrò b b *petra* eadem *virga* percussa, *exit quoque ignis*, qui sacrificium incendit, & holocaustum exurit, quod offerre desideramus in ipsa oratione; omnia enim hæc in veteri lege contingebant in figura eius, quod nobis spiritualiter euenit in lege noua. 2.

y Isa. 12, 3.

z Exod. 17 6.

a a 1. Cor. 10. 4, 11.

b b Iudic. 6. 21.

ALII denique aquam deuotionis inueniũt, in fonte ipsius diuinitatis, & in montibus altissimorum eius mysteriorum. Nam c c *super montes stabunt aquæ* & *fontes*, qui etiam *ad* 3.

c c Psal. 103. 6 11.

conualles descendunt in quibus mysterijs dum
altiùs foditur, peruenitur ad cœlestem hanc
aquam, veraque lætitia obtinetur. Quamuis
aliquibus eadem aqua, ita sit obuia, & in pro-
ptu, vt vel leuiter fodientes, eam inuenian
sicut idem Dauid fatetur dicens: dd *Me-*
dd Psal 76.4 *mor fui Dei, & delectatus sum.* Sic insi-
nuans hac sola Dei memoria se permotum a
deuotionem, quæ lætitiam illi attulerit. E
ipsemet Seruator noster viuæ suorum myste-
riorum fidei, attribuit abundantiam huius a
ee Ioan. 7.36 eò diuinæ aquæ, dicens: ee *Qui credit in m*
sicut dicit Scriptura, flumina de ventre e
fluent aquæ viuæ, additque sanctus Ioanne
Hoc dixisse Christum *de Spiritu, quem acc*
pturi erant credentes in eum: non solùm
sancti essent, sed feruentes etiam ac deuot
& non dixit, flumen, sed flumina: innum
ri enim sunt affectus deuotionis; qui ex l
viua fide profluunt, cum firmis propos
in omni genere virtutum, quæ interdum m
ta quoque eaque copiosa producunt lach
cap. 18. marum flumina, de quibus infrà dice
Quamuis absque lachrymis externis, affec
ipsi sint flumina interna, quæ fluunt ex inui
bili & infinito fonte ipso videlicet Spiritu
qui ob Seruatoris merita datur. O Spiritu
diuine, qui es aqua viua, igniſque consume
& credentibus sicut fons aquæ, igneæque l
guæ communicaris veni in cor meum; vt,
es aqua, illud laues, saties, irriges, ac fœcu
des; quà verò ignis, illud purifices, inflamm
illu

illustres, ac doceas, linguis amoris loqui. O Redemptor dulcissime, petra viua, ex qua fluunt aquarum flumina, & ignis flammæ, doce me, ita mysteria tua meditari, vt hauriam aquam & ignem, quæ in illis est.

§. 2.

IN huiusmodi colloquijs est & aliud medium, quo solet citiùs gratia deuotionis obtineri, quàm ratiocinationibus: loquentibus enim cum ipsomet Deo, qui primus est fons deuotionis, eam demissè petentibus, citius communicat: quia ipse dixit: ff *Petite & accipietis, quærite & inuenietis.* Ponit autem primo loco petitionem, quia facilius impetratur, quod orationibus petitur, quod quam quæritur meditationibus. Esto memor eius, quod refert scriptura de g g *filia Chaleb, quapergens cum Patre suo, suspirauit: cui Chaleb, quid habes, inquit: at illa respondit: da mihi benedictionem: terram australem & arentem dedisti mihi,* quam Solis calores exsiccant: *iunge & irriguam: dedit q; ei Chaleb irriguum superius & inferius.* O anima veræ deuotionis cupida, si ingressa ad conspectum Patris tui cœlestis, terram considerares, quæ sorte tibi contigit, & experientia disceres, animam tuam esse terram aridam & ex seipsa absque aqua deuotionis, & oppugnatam ab ardori-

ff Matt. 7. 7.

gg Iosue. 15. 19. gg Iudic. 1. 15.

bus cupiditatum, quæ magis adhuc illam exsiccant, & inutilem reddunt, mitteres procul dubio tua suspiria ad cœlum, diceresque cum
hh Ps.142.6. Dauide: hh *Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me, Domine, quia defecit Spiritus meus:* da mihi cœlestem aliquam benedictionem, quæ me refrigeret; commuta terram hanc aridam & sterilem in irriguam aliam, quæ fructus proferat benedictionis. Quod si in hac petitione cum feruore perseueres, quoniam pater tuus cœlestis adeò est misericors, commiserationis tuæ siccitatis & miseriæ permotus, dabit tibi irriguum superius & inferius, irriguum
ii Psal.67.9. superius est aqua deuotionis, quam ipse de per seipsum, & (vt ait Dauid) ex alto illam demittit, ii *etenim cœli distillauerunt à facie* & præsentia *Dei Sinai à facie Dei Israel*, in
kk Ps.103.13 star pluuiæ sponte decidentis, quia kk *montes* ipsos *irrigat*, adeoque fœcundos reddit vt terram suis fructibus satient. ijs enim, qui in perfectione alti sunt montes, tali generi pluuiæ indulget Deus, idque frequentissimè: quia indulget tanquam filijs dilectis ad quam pluuiam suscipiendam, ipsi etiam feruentibus suis laboribus & exercitijs se disponunt. Sed ego Domine, etsi fateor me esse
l 2.Reg.1.21 montem, non tamen in sanctitate, sed in superbia sum mons, ideoque sicut N*montes Gelboæ*, mereor maledictionem, & ne *ros aut*
mm Iob 38. 28. *pluuia* de cœlo *veniat super me*. tu autem cœlestis pater, qui veræ mm *pluuiæ Pater* es, mi-

ſerere mei, & viſita aridum hunc montem irriguo iſto ſuperiori, vt copioſum fructum proferat, attende, quod nn *hæreditas tua* valdè *ſit infirmata*, mitte ergo pluuiam, qua illa corroboretur, valdeque perficiatur. n n Pſ. 67. 10.

Denique licebit ſperare, & minimum, petere irriguum inferius, gratiam ſcilicet deuotionis, quam Deus Dominus noſter communicat media noſtra diligentia, dum audimus ſcilicet conciones, pios libros legimus, diuina myſteria meditamur, ac contemplamur, ea methodo & ratione, quæ in ſequentibus tractatibus proponetur.

CAPVT XII.

DE QVATVOR MODIS o- randi, & cum Deo colloquendi, qu- ponit sanctus Paulus, & eorundem i- ter se ordine. Agitur hic de prim- qua glorificationem & laudes Dei, amoremq; & exultationem, de eius excellentijs complectitur.

INTER cæteros modos & formas orandi, & cum De- D.N. agendi, celebrior- sunt, quos indicat Apostolus, scribens ad Tim. dicens a *Obsecro primum omnium* 1. Tim. 2. 1. *fieri* OBSECRATIONES, ORATIONES, POSTVLATIONES, GRATIARVM AC- CTIONES, *pro omnibus hominibus: hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. In quibus verbis quatuor modos cõiunxit orãdi, valdè deuotos, quos SS. Patres diuersis explicant rationibus: illa videtur aptissima, quæ conformis est modis, 5 cap. recensitis.

PRIMVS modus est, per modum glorificationis & laudis Dei, quem modum per excel-

lentiam

lentiam, vocant ORATIONEM, quatenus in ea Spiritum nostrum eleuamus ad glorificandum Deum, ob eius magnalia & excellentias.

SECVNDVS modus est, per gratiarum Actionem, ob accepta ab eo beneficia.

TERTIVS, per Petitiones aliorum beneficiorum.

VLTIMVS per obsecrationes, additis scilicet nominibus & causis, ob quas, quod petimus, nobis concedat.

OMNES autem quatuor hos modos, vult Apostolus applicari pro omnibus hominibus, cupiēs, Deum ab omnibus glorificari; gratiasque agi, ob collata omnibus beneficia; Peti verò etiam pro omnibus, quod pro nobis petimus, vt omnes salui fiant. Et hac ratione, omnes hi modi orandi, erunt magis perfecti: quia à magis accensa charitate proueniunt, implentque exactius, quod cupit Deus. Et quamuis omnes quatuor possint eiusdem orationis tempore exerceri, vt illa omnes suas partes integrè habeat: non est tamen necessarium, omnes simul coniungere; sicut nec eo ordine exerceri, quo sunt collocati, siquidem ipsemet Apost. eosdē referens in alijs Epist. nō eodē ordine retulit, sed quē in vno locó prius collocauit; in alio collocat posterius: vt nobis significaret, licere cuiuis, ab eo modo & actu incipere, quē Deus inspirauerit, aut propria necessitas, vel deuotio dictauerit, sicut aduertit S. Bonauēt. præclarè in hac materia exercitat⁹. Phil. 4. 5. Colos. 4. 2.

Qui

Qui tamen nihilominus bonum esse ait, præ-
dictum ordinem seruare, incipiendo scilicet
Dei laudibus, gratiasque pro collatis benefi-
cijs agendo & nostris necessitatibus propo-
tis, culpisq; cum dolore confessis, miseria-
nostrarum remedium tandem petendo. Quem
ordinem refert S. Ioannes Climachus, fu-
religioso cuidam ab Angelo reuelatum, vt
sua oratione seruaret. Eundem etiam ordine
suadet S. Ambrosius, & ante eum S. Basilius
dicens: Ingenuam magis rationem esse cum
Deo agendi, si ab eius laudibus incipiamus
profunda eum humilitate, ac reuerentia glo-
rificando; postea verò gratias & beneficia pe-
tendo, quasi opere ipso protestemur, nos
gloriam ipsius Dei potius ad orandum acce-
dere, quam ob commodum proprium: nosq;
ad conspectum diuinum potius trahi lege gra-
titudinis, quam intuitu propriæ necessitat
& hanc ob causam; in ipsa precatione Dom-
Matth. 6. 9. nica, quam ipse CHRISTVS Apostolos do-
cuit, in qua septem præcipua capita posuit, d
quibus cum Deo esset in oratione agendum
illud primo loco posuit, quod spectat ad sa-
ctissimi eius nominis glorificationem. Se
quoniam valdè sumus imperfecti, nostræq;
necessitates valdè nos premunt, nobisque
sunt valde in oculis, Deus verò glorificatu
dum eas ei commemoramus, earumque reme-
dium petimus: securè possumus ab eis nostri
colloquium auspicari, facto ex eis gradu, per
quem ad alia glorioſiora conscendamus ma-

ximè

ximè quia, quocunque modo cum Deo loquamur, expedit, dulcem quandam harmoniam ex omnibus tribus contexere, nunc à primo ad vltimum descendendo; nunc contrà ascendendo ab infimo ad supremum, vt mox apparebit.

§. I.

INITIO itaque facto è primo orandi modo, cum scilicet vis colloqui cum Deo eum laudando, & glorificando, animoque exultando, argumentum huiusmodi colloquij esse debent magnalia omnia, quæ nos docet fides de ipso Deo trino & vno, ac de IESV CHRISTO Seruatore nostro, ab vna in alteram eius excellentiam, cum debita mora discurrendo: & in singulis exultando, quod tantam Deus habeat: inuitando etiam ipsos Angelos & Creaturas omnes, animamque tuam, cum eius omnibus facultatibus, vt eundem ob eandem excellentiam glorificent; optando tibi eam partem, cuius, ad eum magis glorificandum es capax; demittendo te ac dolendo, quod eam non habeas, si id tua culpa euenit: petendo eandem humiliter, vt sis perfectus sicut ipse perfectus est, & quia ita ipse vult. HAC ratione poteris quasi litaniam quandam conficere ex ipso Dei ESSE, eius Trinitate, Bonitate, Sanctitate; eius Sapientia, Omnipotentia, Charitate & Misericordia; eius Fortitudine, Patientia, Longanimitate, & Liberalitate; eius Prudentia, ac reliquis perfectionib⁹,

quas

quas habet. ITEM licebit aliam similem conficere de officijs, quæ erga suas creaturas præstat; quale est, officium Creatoris, Conservatoris, Gubernatoris, & Protectoris; officium Patris, Magistri, Medici, Seruatoris, & Glorificatoris: perpendendo in singulis, non tam bona & commoda, quæ ab eo accipis; quã magnitudinem & excellentiam, quæ in eis resplendet; quamuis non cederent in tuum commodum: de eisdem animo exultando, eumque ob eas glorificando, & inuitando creaturas quæ iisdem bonis fruuntur, vt eum laudent, & glorificent, ob excellentiam, quam ipse ostendit, dum eis illa largitur.

HVIVS orationis praxis hæc esse potest. Confiteor, Deus meus, quod sis quoddam Esse infinitum, æternum, immensum, incomprehensibile & ineffabile, principium rerum omnium, quę habent esse, fons omnium perfectionũ, quę inueniuntur in creaturis; per quem illæ totum suum esse & perfectionem habent; & sine quo omnia perderent. Exulto animo quod tantam habeas infinitatem; sit benedicta tua æternitas, glorificetur immensitas, omnes tuæ creaturæ te laudent, ob tuam incomprehensibilem bonitatem, ex qua illa oritur, quæ ipsæ habent. O Deus ineffabilis, quomodo te laudabo ob excellẽtissimum esse, quod habes? siquidem, Domine, mihi dedisti esse quod habeo, quia ex meipso sum nihil, perfice illud gratia tua, vt perfectum sit, sicut tuum est perfectum. O Deus Trine & Vne, Pater, Fili, & Spiri-

Spiritus S. sit benedicta suprema tua Trinitas in personis, & indiuisibilis Vnitas in essentia: gaudeo, quod sis vnus Deus, vnum habens sensum, vnum velle, vnumque operari cum summa vnione & amicitia, à qua illa procedit, quâ tui sancti fruuntur in cœlo & in terra: ipsi ob eam te laudent, quam in te habes; & ob eam, quam illis communicas; quis hoc mihi tribuat vt & ego in omnibus meis cogitationibus & & affectibus sim vnus tecum, & propter te etiam cum omnibus, in eo gradu, quo tu vis, ita participans infinitam tuam vnionem, vt nunquam eius partem aliquam perdam. O Deus sanctissime, fons totius sanctitatis, cuius comparatione, illa quam sancti habent, obscura est; laudo te propter illam, & exulto de ea; tuisq; Seraphinis supplico, vt mei gratia renouent canticum, quod alias cecinerunt dicentes: Sanctus, Sanctus, Sãctus, Dñs Deus virtutũ, & illæ ipsę te laudent & glorificent; seseque nobis communicent, qui degimus in terra, vt & ipsi laudemus te in ea, sicut qui cœlos iam incolunt. Amen.

Ex dictis intelliges, hũc orandi modũ, omnium esse excellentissimum, cuius fons finisq; est, actus heroicus amoris Dei, qui proprius est viæ vnitiuæ, velle scilicet illi bene, quod non est desiderare illi aliquod bonum, quod in seipso non habeat; quia nullum illi deest: sed est complacere tibi & congaudere de bonis, quæ Deus habet; & oblectari, quod ea habeat, ita exultando quod sit Deus, qui est, habeatque tot excel-

excellentias: vt, si qua illi deesset, (ita loq
liceat) & tibi esset liberum, eam illi dare, su
ma tua voluptate dares; vt eam habens, nul
illi deesset. Et si liberum tibi esset, quem v
b Psal. 15. 1 les Deum eligere, non alium, quàm ipsum e
geres, dicens cum Dauide: b *Dixi Dom
Deus meus es tu.* Et quamuis *bonorum meor
non indigeas*, si tamen indigeres, omnia illa
bi darem. Ex quo efficitur, actum hunc, m
dium esse efficacissimum, vt nostræ orātio
exaudiantur. hoc enim significat illud Da
c Psal. 36. 4. dis: c *Delectare in Domino. & dabit tibi pe
tiones cordis tui:* quasi diceret; si delectaris
solo Deo, quod is talis sit, potiùs quam ob
ius dona: ipse te eis replebit, quando hoc i
d Ioan. 15. 7. tuitu illa petieris, d *si manseritis in me*, &
more meo: *& verba mea in vobis manserint*
eis obediatis, *quodcunque volueritis petetis
fiet vobis.* Et iterum, e *petite & accipietis,
gaudium vestrum sit plenum.*

§. 2.

IDEM orandi modus exerceri etiam pote
in alia materia nostræ fragilitati ma
proportionata, nec minus ampla, virtut
scilicet, & excellentiarum Dei hominis f
cti: quæ etsi sint innumerabiles, reduci tam
ad septem præcipua mysteria possunt, quæ ex
primuntur in septem articulis sanctissimæ
ius humanitatis, de quibus Tract. 2. fusius dic
tur. Per hæc omnia mysteria, licebit ab vn
ad alterum discurrere, ipsum Seruatorem no

strum

strum glorificando, ob eius excellentias, in eis relucētes, nunc ob hanc, nunc ob illam, & quāuis omnia illa sint beneficia in nos collata, in hoc tamen primo orādi modo, illa sunt inspicienda tanquam ipsius Dei magnalia; vt de eis, & propter ea, illū glorifices eo spiritu, quo id Angeli faciunt, pro quibus non est natus Christus pauper, nec passus mortem; nec fecit reliqua opera redemptoris: qui nihilominus eum propter illa magnalia laudant, dicentes: f *Gloria in altissimis Deo*. & g *cum agnus aperuisset librum signatum sigillis septem, homines & angeli* eodem spiritu illum laudarunt, *dicentes voce magna: Dignus es accipere virtutem, & divinitatem, & Sapientiam, & Fortitudinem, & Honorem, & Gloriam, & Benedictionem*, à nobis scilicet te laudantibus, ob tua adeò gloriosa facta. In hunc ergo modum cùm in oratione hæc mysteria, quæ antea sigillis obsignata erant, tibi reuelātur, proijce te ad pedes Iesv Christi, & canta coram eo cantica nouа, & laudes, dicens: ô Saluator dulcissime, animo exulto ob immensam tuam charitatem & omnipotentiam, quæ in opere tuæ Incarnationis eluxit, glorificent te omnes, ob humilitatem & paupertatē, quam in tua sancta natiuitate manifestasti; sit benedicta sapientia & bonitas, quam in tua prædicatione ostendisti; laudent te millies omnes, ob heroicas virtutes quæ in tua passione & morte eluxerunt, gaudeo & exulto ob eam gloriam, quam in admiranda tua resurrectione accepisti, & qua

f Luc. 2. 14.
g Apoc. 5. 8, 12

nunc frueris in cœlo, ad dexteram Patris ſidens; adeoque exulto animo, ob iſta gnalia quæ habes; vt ſi quod eorum bi deeſſet; egoque poſſem illud tibi dare, mm proculdubio darem. Sit benedictus ternus tuus Pater, qui illa tibi adeò cumul dedit; fruere illis per totam æternitatem tuorum electorum commodum & vtilit fac me alicuius eorum participem, vt go te laudem & glorificem in æternum. men.

§. 3.

HINC licebit progredi ad alios tres dos Deum laudandi, valdè facil deuotos.

h Eph. 5. 19. Co. 01. 3. 16.

PRIMVS eſt h *loquendo* (vt ait Apoſt *tibimetipſi*, & teipſum exhortando ad c quendum cum Deo, eum laudando *in Ps & Hymnis, & in Canticis ſpiritualibus lens in corde tuo Domino*, cuius pſ

i Pſal. 145. 1.

mirè nos docet ſanctus Rex David in Pſalmis, nunc ſecum loquendo: i *Lau nima mea Dominum*: & ſtatim feruent luntate & propoſito id faciendi, ſibi ip ſpondet: *Laudabo Dominum in vita mea* adhuc parum hoc eſſe apud ſe oſtendens: *lam*, inquit, *Deo meo quamdiu ero*. Et q niam anima mea in æternum erit, ego i in æternum laudabo; ſperans de eius m ricordia, me non ad infernum deſcenſur

vti blasphemant; sed ascensurum in cœlum, vti semper & in æternum laudatorem. Alias seipsum fusiùs ad id faciendum prouocans, dicit: k *Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius.* Discurre itaque per omnes potentias, sensusque animæ tuæ, & per omnes corporis tui partes; easque ad Deum laudandum prouoca, ob alias infinities excellentiores, quas ipse habet eo modo, quo diuina scriptura illas ei attribuit; dicesque, Memoria, Intellectus, & Voluntas mea laudate Deum, & exultate ob infinitam memoriam, clarissimum Intellectum, & Voluntatem, quæ in eo sunt; Oculi & aures meæ glorificate Deum, ob oculos purissimos, & aures, quibus ipse vos aspicit, auditque. O vtinam brachia mea, & manus meæ, omnesque earum digiti, in linguas conuerterentur, quæ Deum laudarent, ob ea opera quæ ab eius manibus procedunt. O vtinam l *omnia ossa mea dicerent: Domine, quis similis tibi?* Quia tu vnicus & solus es in tua magnitudine, dignissimus infinito honore, & gloria propter illam.

k Psal. 102. 1.

l Psal. 34. 10.

2.

Secvndvs modus Devm laudandi est, nomine omnium creaturarum, atque si tu esses omnium illarum lingua, quarum defectum suppleres. Et siquidem illæ Devm laudant, quomodo possunt, ostendentes pulchritudinem, quam à suo Creatore

m Psal.18.1. acceperunt, sicut m *Cœli enarrant gloriam Dei.* Tu illum lauda lingua, quam à Deo cepisti, eas inuitando, ad eundem laudandum hoc enim est teipsum inuitare & excitare, earum loco, eum laudes, discurrendo per principuas earum; cui rei aptè inseruit Canticum illud Danielis: n *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.* Laudent te, Deus meus, cœli & terra & nunquam à tuis laudibus cessantes; te glorificent. & gloria mea, gaudeo, me posse esse quam cælorum, omniumque stellarum et elementorum, omniumq; habitantium in vt omnes tuæ creaturæ in me, & ego per laudemus & glorificemus te, ob tuas tuas nitas excellentias, à quibus illæ procedunt quæ in eis sunt.

n Dan.3.52.

3. HINC licet tibi spiritu conscendere ad lum, cuius viua imago est hic modus ora ibique intuere omnium beatorum exercitia qui (vt ait S. Ioannes) o *non cessant die ac n dare gloriam, & honorem, & benedictionem laudem Deo*, dicentes inuicem, p *Alleluia. lus & gloria & virtus Deo nostro Alleluia. dem dicite Deo nostro omnes serui eius, qui magni; gaudeamus & exultemus & demus riam ei*, quia infinitè dignus est ea, nec vllus hoc excusetur cantico: qu a Deus vult ab nibus laudari, & dulce hoc verbum Alle frequenter ab omnibus repeti, quæ vox fi ficat *laudate Deum cum lætitia.* Discurre que per nouem Angelorum choros; & mox

o Apoc.4.9. p c.19.1.5.7.

Ribera in Apoc.c. 19.

chor

choros Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Virginum, & Confessorum omnesque ad laudandum Deum inuita, & obiectare, videns, quomodo id faciant, teque ipsum illorum cœtui coniunge; dicens millies Alleluia, laudemus videlicet Deum cum lætitia. Inuita quoque omnes homines, qui sunt in terra, vt eundem tecum laudent, dicés illis cum Dauide: q *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum*: vt conspirantes omnes in hunc, eum laudandi modum, terram ipsam in cœlum conuertamus. O Deus infinite, sit benedicta immensa tua charitas, qua clementer dignaris, vt pusilli huius terræ te ita laudent, sicut magni in cœlo! Et siquidem r *nõ est speciosa laus in ore peccatoris*; nec solidi verique gaudij capax est anima subdita peccato; purifica nos tua gratia, quò te cum lætitia ita laudemus, sicut te Sancti laudant in gloria.

Amen.

q Psal 33. 4.

r Eccl. 15. 9.

CAPVT XIII.

DE FORMA ORANDI, E cum Deo loquendi per gratiarum Actionem, varios gratitudinis actus p beneficijs ab eo acceptis offerendo: q modus ostenditur in quadam oratione Dauidis in extasi existentis.

MAGNAM hic modus, p gratiarum Actionem o di, cum superiori simil dinem habet: siquidem hic est etiam laus, & gl ficatio quædam ipsius D quamuis alio nomine, accepta scilicet à liberalissima eius manu neficia, quæ & numero & magnitudine infinita. Quare ampliſſima est huius oratio materia, & altissima, diuinæque Maiest gratissima. Ad eam nos ipsemet exhor tur sæpè, per os Dauidis dicens: a *Num manducabo carnes Taurorum, aut sangui hircorum potabo?* Nunquid hæc sacrific me satiare poterunt? *immola Deo sacrifi laudis & redde altissimo vota tua: sacrifi* enim *laudis honorificabit me, & illic iter quo tibi ostendam salutare Dei.* Atque si dic

a Psal. 49. 13. 23.

ret: Si honorare me vis, sicut ego volo, attende, me non tàm acceptare sacrificia mortuorum animalium, atque sacrificia laudum, ob magnalia mea, & beneficia quæ contuli, dum scilicet mihi vota promissaque offeruntur propter illa; hac autem via aperiam tibi in oratione mysteria, quæ aliàs non assequeris: impleboque desideria salutis, quam quæris. Ei enim, qui gratum se exhibet, adaugeo ego gratiam; & *anima, quæ benedicit, impinguabitur.* b Et te aperiente os, ad gratias pro acceptis beneficijs agendas, aperiam ego manus vt impleam te benedictionibus. Hinc est quod gratiarum actio pro acceptis beneficijs (vt ait S. Thomas) titulus quidam sit, quo Deus inclinatur & mouetur, ad noua, quæ petimus, concedenda. Quare præcedere debet ipsas petitiones, aut certè illis adiungi vt exaudiãtur, sicut dicebat Dauid; c *Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.* Et, cùm aliquod fidei mysterium meditamur inferendus hic affectus est cæteris, & in omnibus nostris actionib. horisq; diei frequentãdus. Nam (vt S. Aug. dixit) quid melius corde cogitari potest, aut ore proferri, aut calamo scribi, quam hoc verbum, Deo gratias? Nullũ certè prius proferri potest, aut iucundius audiri, aut altius intelligi, aut fieri vtilius. Accedit, q̃ ad nihil aliud faciendũ magis obstricti simus ob infinita nõa, quib⁹ grati esse tenemur infinito huic benefactori, qui merè gratis, & cũ amore infinito confert infinita beneficia, ijs

b Prou. 11. 25

c Psal. 17. 4.

Epist. 77.

qui etiam infinitè erant illis indigni, aut nul-
lo omninò modo ea promereri poterant. E
itaque æquissimum, ingredi interdum ad hu
ius Dei conspectum, ad colloquendum age
dumque cum illo: non vt ille recentia cófer
beneficia, sed vt tu, pro ante acceptis, gratias
agas. *Primum* aũt, a quo incipies, erit, eum la
dare ob hoc ipsum beneficium, quod te ad su
conspectum admittat, vt gratias ei agere po
sis. Nam & hoc ipso indignum te existima
2. q. 107. a. 2 debes. Et quoniam principiũ gratitudinis (u
ste S. Thoma) est memoria retinere accept
beneficium, ex quo tres actus procedũt, ips
scilicet beneficium magnificare, benefacto
laudare, & aliquid ei in recompensatione
offerre: in his omnibus studere debes excel
Serm. 51. in Cant. re, reuocando scilicet *primum* in memori
innumeram diuinorum beneficiorum mul
tudinem, ad duos ea ordines siue classes red
cando. Quædam enim sunt naturæ, alia grat
& in vtroque inspicienda sunt primum ge
ralia, postea specialia: obstrictum te agnosce
do omnibus, nullo (vt ait sanctus Bernard
nec ex magnis, nec ex paruis prætermisso. m
nimum enim omnium propter ea censendũ e
maximum, quod, qui illud confert, sit in-
finitus; conferatque infinito amore
ei, qui illud non erat
promeritus.

(·)

§. 1. Se

§. 1.

Sed quoniam de his beneficijs in sexta parte Meditationum fusè actum est, hic tantum subijciemus Praxin cum Deo colloquendi, gratiasque pro illis agendi. *Primum* ergo pro argumento iucundi huius colloquij & conuersationis, licebit accipere beneficium vitæ, quam Deus tibi largitur, dicens illi: O Deus viuens, & vita, quæ semper viuis; fateor, me accepisse à te vitam, quam viuo; & ex sola tua misericordia, me ea, quâuis indignum frui. Benedicant tibi omnes viuentes, ob ipsam vitam, quam mihi largiris; & ego laudo te, millieſque glorificó, quod eam mihi sis elargitus; & millies millies, quod ad hoc vsque momentum, eandem mihi conseruaueris. Quid tibi, Domine, reddam pro hac vita, nisi eandem ipsam? eam itaque promptissima voluntate tibi offero, eo animi decreto, vt non amplius mihi, sed tibi viuam, tua voluntas erit vita mea, quam pro te tradere, erit mihi lucrum: rectum est enim, ad te redire, quod à te prouenit; teque cum illo in æternum glorificare. Amen.

O Deus infinite, Spiritus purissime, à quo anima mea ex nihilo fuit creata, te in ea exprimente imaginem & similitudinem tuã: quas gratias tibi reddam pro tanto beneficio? Vnde hoc mihi, vt me ex abysso nihili educeres, innumeris alijs in eodem relictis? sit benedicta æterna illa sapientia, qua me nouisti;

onitas, qua me dilexisti; & omnipotentia, qua me creasti. O gloria mea, siquidem ad tantam me altitudinem erexisti, vt habeam tuam similitudinem; perfice illam gratia tua, vt perpetuò quæram ego gloriam tuam. Quid pro hoc beneficio reddere tibi possum, nisi animam ipsam, quam mihi dedisti? En Domine, tibi eam offero, accipe illam, siquidem tua est; viuatque tibi, & non sibi, & quandoquidem illam voluisti esse æternam, eadem tibi seruiã in æternum. *Benedic anima mea Domino & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.* Quod malè tibi de se merito adeò nobile esse dederit; nec abstulerit hactenus, quamuis tuis peccatis id fueris promeritus. Et in hunc modum licebit discurrere per beneficium, quod accepisti intellectum, liberum arbitrium, & reliquas potentias, sensus, ac membra corporis; bonaque externa, quibus vteris, laudando eum pro hisce singulis donis, ac singula adipsius obsequium promptè offerendo.

TRIA verò nominatim insignia munera sunt huic benefactori offerenda.

I. PRIMVM atque præcipuum est, eundem pro tuo Deo, perpetuoque Domino agnoscendi, sicut Iacob Patriarcha votum fecit: d *si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, erit mihi Dominus in Deum.* O Deus æterne, quid maius meliusve reddere tibi possum, pro bonis in me collatis, quã gloriam diuinitatis eo modo, quo mihi licet, tibi dare; si vt habereris Deus, suffragijs & calcu-

d Gen. 28, 21.

lis es-

lis esset obuenturum meum ego procul dubio tibi darem, vt omnes te solum pro Deo agnoscerent, gloriamque & honorem tibi cõdignum redderent. Hanc voluntatem promptissimè tibi offero, quæ summum est, quod possum offerre, ob tot in me collata beneficia. Ad hanc voluntatem pertinet firmum decretum, non vsurpandi tibi aliquid diuinitatis, quod faceres tribuendo tibi ipsi dona Dei, aut tuam in eis gloriam quærendo: summa enim est ingratitudo, proprijs Deum beneficijs oppugnare, non dando scilicet illi gloriam de eis, sed eã tibi vsurpando, vt suo loco dicetur.

2. ALTERVM munus est, vt ingenuè apud te statuas, huic Domino gratis, & non tui commodi causa fideliter seruire; sicut ipse beneficia sua, absque vllo suæ vtilitatis intuitu confert. Quare ipse idem affectus, Deum propter beneficia in oratione laudandi, talis esse debet, vt non respiciat alia noua tibi conferenda: Id enim negotiatio potiùs quædam esset, lucri cupida, quàm animi gratitudo. Purè itaque sincereq; eum laudabis, statuens ei seruire, eò quod ipse sit, qui est; & propter beneficia, quæ in te contulit, quamuis alia recentia non daret, sicut Dauid dicebat: e *Voluntariè sacrificabo tibi & confitebor nomini tuo Domine; quoniam bonum est, & quoniam ex omni tribulatione eripuisti me*. Atque si diceret: cũ tibi sacrificia & laudes offero, non in id oculos cõijcio, q̃ me sis à tribulationib. liberatur⁹; sed in id, q̃ me ex tua sola bonitate ab eis e Psal. 53 8. 4

libe-

liberaueris, propter quam liberationem aueo tibi seruire.

3. HINC tertium oritur munus offerendum, acceptandi scilicet generosa mente omnes labores & afflictiones, ab eodem Domino tibi mittendas, animo omninò resignato, vt eisdem beneficijs priueris; quando eidem Domino visum fuerit, ea tibi subtrahere; magnum reputans beneficium, quemcunque laborem de manu eius tibi euenientem, dicens cum Iob: *§ Iob. 2. 10* *tot bona suscepi de manu Dei, mala quare non suscipiam?* O Deus animæ meæ, tua sunt omnia bona, quæ habeo, satisque magnum beneficium reputo, quod me permiseris eisdem vti toto tempore, quo illa habui. En eadem tibi reddo in gratiarum actionem, quod ea mihi dederis. Libens verò accepto afflictiones, quibus nunc premor, in gratiarum actionem, ob acceptum prius beneficia. Affectus hic plurimum refert ad gratiarum actionem, ob redemptionis beneficia, quæ Christo D.N. immensis laboribus constiterunt, ideoque à nobis non dissimilibus laboribus gratiæ sunt agendæ.

§. 2.

QVAECVNQVE hactenus diximus, videbis mirabiliter expressa in altissima quadam Dauidis Oratione, quam ipse EXCESSVM appellauit, eo quod cœlesti lumine accepto; extra se factus, supra seipsum eleuatus, agnouisset vanitatem & nihilum, quod omnes homines ex seipsis habent; multi-

Psal. 115. 11. Ego dixi in excessu meo. S. Greg. 22. Mor. c. 10.

tudi-

tudinem verò beneficiorum, quæ diuina bonitas in hoc ipso homine & nihilo collocasset. Quidquid enim veri boni haberet id totum esse Dei beneficium, qui dedit. Cùmque hæc benè penetrasset, duo cœpit instituere colloquia, propria eorum, qui orant. Alterum secũ, seipsum scilicet interrogando, sibiq; respondendo; Alterum cum ipso Deo, ab vno in alterum ascendendo. *Primum* itaque summæ gratitudinis affectu seipsum interrogauit: *Quid retribuam Domino pro omnibus qua retribuit mihi?* Quomodo gratias ei agam, ob collata in me beneficia? aliquid pro omnibus ita offerẽs, vt nullum sine gratitudine præteream, & siquidem ille mihi retribuit hæc beneficia, semel & sæpiùs noua reddens ob seruitia, quę illi exhibebam, atque si ego eadem illi præstare nõ tenerer; quomodo ergo multiplicabo munera, eáque offeram, vt sim pro omnibus perfectè gratus? ad quam interrogationem ac desiderium, ipsiusmet Dei inspiratione respondit: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo Vota mea Domino reddam coram omni populo eius, pretiosa in cõspectu Domini mors sanctorum eius. O Domine, quia ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ.* Quibus verbis summatim complectitur, quæcunque diximus, in quibus perfecta animi gratitudo ostendi potest. *Nam* 1.
ego (inquit) statuo, calicem salutaris mei accipere, quantumuis amaritudine & laboribus plenum, meipsum ad eos omnes pro Domino meo tolerandos offerens, quãuis in eis mihi sit

morien-

moriendum: imò delector valdè, offerẽdo me
ipsius amore ad mortẽ, sciens pretiosam esse
eis oculis & conspectu hanc oblationẽ. Vo
2. itaq; ei offerre, qp ipse tanti facit. *Invocabo*
inde sæpiùs sanctũ Dei nomen, cantans per
tuò eius laudes, eiq; omnia bona tribuens, q
mihi cõtulit; ipsius innitens potentiæ & v
3. non meis; gloriam quærens eius, non meã. V
ta quoq; Dño reddam, & oblationem rerũ, q
illi placent: idq; faciam coram omni pop
eius, & vniuerso mundo; vt oẽs intelligant
honori mihi ducere, quod illi seruiã. Inter h
aũt vota & sacrificia, præcipuum, quod illi
feram, ego ipse ero, tanquã verum holocau
cum omnibus quæcunq; habeo, etiã cum
vita: siquidem *pretiosa* est *in conspectu Dom*
mors sanctorũ eius: per quam sibi ipsis mor
4. tur, vt soli Deo viuant. O Deus & Dñe mi,
quantum est si hoc totũ, seruitij tui causa pa
stẽ, & gratitudinis, ob accepta à te beneficia
nihil me agere in hoc toto iudico, quia *serv*
tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. & hæredita
habeo, vt sim seruus tuus, & sicut serui grati
mninò seruiũt suis Dñis, nulla mercede peti
ita ego tibi seruire statuo, sicut seruus, nu
mercede quæsita: quia me seruũ inutilẽ repute
& licet multũ laborẽ, non tamen plus præst
q̃ debeã: siquidẽ infinitè me ad id faciendũ ob
strinxisti: Quia Dñs meus es, & tot in me bon
cõtulisti Hic excellẽtissim⁹ est spirit⁹, quo ag
cũ tibi est in oratione cũ Deo, per gratiarũ a
ctionẽ. Et si idẽ Dñs te in excessũ eleuaret, sicut

Dauid

Dauidē, non esset tibi difficile sed valdè iucūdum. Oēs enim hi affectus sunt quasi excessus amoris, in diuinorum beneficiorū excessu fūdati, de quibus Deus cum suis, & illi cum Deo, in oratione agunt: sicut *cum* Christus D. N. *in monte* Thabor g *oraret, transfiguratus* fuit, *venientesq; Moyses & Elias*, vt comites illi essent *colloquebantur de excessu, quē cōpleturus erat in Ierusalem*: quē illi proponebant, non tanq̄ eius ignaro; sed vt laudes dicerent, milleq́ue gratias, p tanto illo beneficio, ei agerēt. O dulcis IESV, qui & audiebas, & loquebaris in tua oratione, de excessu amoris ac doloris, quē in tua passione, ob mei reparationē eras ostēsur⁹: siq́dē excessus hi tui, mea fuerūt beneficia. Ego me offero vt calicē salutaris hauriā, quē tu hausisti, etiāsi ingēs in eo sit mihi labor & dolor: vt p modulo meo, ostē dā gratitudinē, q̄ ob adeò excellēs beneficiū tibi debeo: da mihi, q̄so Dñe aliquē tuæ lucis, tuiq́; amoris excessū: q̄ me à meipso transferat totum in te, & amē te plusquam me; seruiam q́ue tibi tanquam seruus perpetuus, quamuis ex amore filiali.

g Luc. 9. 29.

VLTIMÒ perpende, non sine causa Dauidem, aduertentem spiritum libertatis, quem in illo Excessu, à Deo acceperat, solutis vinculis & compedibus, quas habebat in corde, repetiuisse eandem gratiarum actionem, & laudis sacrificium; ac statuisse, eadem sæpiùs repetere: vt intelligas, quam frequens hoc exercitium tibi esse debeat, & quoties recens aliquod beneficium in

Diripisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis.

oratione

oratione aut extra illam acceperis, renouan
tibi esse affectum gratitudinis: imò etiam pro
pter hanc nouam lucem, quã dat tibi adiplu
cognoscendũ, eiusq; dona æstimanda, propa
quoq; gratias illi agere debes. Ad quod (ait Ri
char. de S. Vict.) nos exhortatur idẽ Dauid, q
h Psal. 8. 4. dixit: h *Buccinate in neomenia tuba, in insig
die solẽnitatis vestræ.* Neomenia significat no
uã lunam, eo quod ad eius initiũ, festum ill
concelebraretur. & q̃d aliud est noua luna, q
recens incipit recipere lucem Solis, nisi no
illustratio, quã recipis à Sole iustitiæ, ad eum
cognoscendum, eiq;, vt par est, seruiendũ. Sc
tim ergo atq; lucem hanc acceperis, sonare d
i Dan. 2. 20. bet musica laudis in gratiarum actionem
quod eam acceperis. Sicut Daniel statim a
i *mysterium per visionem nocte* sibi *revelat
est, benedixit Deum cœli*, dicens: *Sit nomen D
mini benedictum, à sæculo & vsque in sæcul
De hac Dauidis oratione, agetur iterum
secundo Tractatu, vbi declarabitur cogni
vtraque nostrorum scilicet malorum,
& bonorum, quæ in ea luce
fundatur.

CAPV

CAPVT XIV.

De forma orandi, et cum Deo loquendi per petitiones, aut earum insinuationem, & per obsecrationem adducendo titulos ex parte Dei, Christi Domini, Beatissimæ Virginis, & reliquorum Sanctorum:

ACCEDAMVS nunc ad eum, cum Deo colloquēdi & agendi modum, qui præ alijs, magis propriè vocatur ORATIO, qua ea petimus, quæ obtinere desideramus, & quibus indigemus: cuius materia est copiosissima, eò quod complectatur omnia mala & miserias, quas in hac vita vel in futura, aut patimur aut timemus; & bona omnia, quæ nobis desunt, & habere speramus in hac vel in futura vita. Ad hæc enim duo capita reducuntur septem illa, quæ Christus D. N. in precatione sua Dominica petere nos docuit, vt suprà fuit declaratū. Mala, quæ nunc habemus, (omissis ijs quæ spectant ad corpus, & omnibus patent) sunt ignorantia & obliuio Dei rerumque diuinarum, peccata & vitia, carnis passiones, quibus ob-

noxij sumus, quæ eadem etiam in futuro t
memus: Timemus item dœmonis tentat
nes, mundi pericula, desertiones Dei, mor
tis terrores, diuini iudicij seueritatem,
inferni cruciatus. Bona, quæ nobis des
sunt lux cœlestis, diuina gratia, vera v
tutes, earumve augmentum & perfec
feruor Spiritus, inspirationes Spiritus s
cti; Deuotio, & animæ consolatio
visitationes Dei, protectio eius prouid
tiæ, donum perseuerantiæ, & corona g
riæ.

IN singulis autem his bonis aut ma
quæ retulimus, alia multa continentur
petitionum nostrarum sunt materia, p
quam ea cognouerimus. & senserimus, c
ea Deo Domino nostro manifestamus, f
a Psal. 141. 3. faciebat Dauid, cum diceret: a *Effundo coram conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.* I
nim Deus vult, statuitque, vt omnes ha
seriæ ei manifestemus; non, quò ille
nouerit, cui semper sunt notæ; sed quò
referentes, nos humiliemus; & hac ra
fateamur, nobis non suppetere vires, ad re
dium eis afferendum, & quia humilitas h
& de nobis ipsis diffidentia, impellit
ad orandum magnis affectibus & gem
bus.

AC propterea solet ipse aliquandiu
non audire, donec eas manifestauerimus,

nostr

nostrum defectum & impossibilitatem, ad eas reparandas, ipsa experientia didicerimus, ac propterea Matri suæ in nuptijs respondit. b *Nondum venit hora mea*; Qua videlicet vinum miraculosè conuiuis daret. Nec iam enim vini defectus erat manifestatus. Et, cùm c *cæcos ac leprosos* esset curaturus, interrogabat eos: c *Quid vultis, vt faciam vobis?* Vt illi necessitatem suam manifestarent. Nec voluit Lazarum resuscitare, donec tolleretur lapis sepulchri, & appareret corpus mortuum: ideo enim eos interrogauit, d *vbi posuistis eum?* atque si diceret, ad oculum videre volo miseriam vestram; & vt omnes eam videant, ac defleant; agnoscantque non esse in hominibus potestatem, ad eam reparandam.

b Ioan. 2. 4.

c Mat. 20. 32. Marc. 10. 51.

d Ioan. 11. 34.

MODVS & ratio hanc manifestationem & remedij petitionem faciendi, multiplex est, possunt tamen ad tres reduci, qui tribus illis modis respondent, quibus mystica Theologia (vt ait sanctus Dionysius) agit cum Deo: multis scilicet verbis, aut paucis, aut etiam nullis.

§. 1.

De petitione quæ fit solis desiderijs.

PRIMVS itaque modus petendi a[li]
à Deo est, statim atque magnam nost[ram]
miseriam agnouimus; eam in d[ei]
conspectu ponere, cum incenso quodam
derio eius reparationis: nullo tamen
prolato. Manifestatio enim interior m[ea]
rum miseriarum, ipsumque desiderium
rationis earum, verba sunt & sermones
cœlestem nostrum Patrem. Qui (vt ait D[a]
e *desiderium pauperum exaudit*: Ideoq[ue]
sibi esse existimabat, cùm diceret, f *Dom[ine]*
te omne desiderium meum, & gemitus m[eus]
te non est absconditus. Et S. Iob g *Quis [sit]*
mihi tribuet auditorem & aduocatum, *[ut]*
derium meum audiat omnipotens? In
sententiam ait S. Gregorius apud sacr[as]
mas Dei aures, feruentia desideria vale[nt]
clamoribus; quæ desideria si desint, qu[a]
uis voce clames, censeberis tacere; qui[bus]
men accensis, etiam dum taces, clamas.
Moyses nihil loquens orabat, cùm Do[mi]
ei dixit: h *Quid clamas ad me?* Et S. Au[gu]
nus idem asserit: desiderium tuum (ait)
ratio tua; & semper desiderare, est semp[er]
rare: quicquid agas, si feruens habes Dei
derium, semper oras; impleſque dictum
stoli: i *sine intermissione orate*: & quo
desiderium feruentius erit, eò felicio[rem]

e Psal. 9. 17.
f Psal. 37. 10.
g Iob. 31. 35.
22 Mor. c. 1. & lib. 2. c. 4.
h Exod. 34. 15
In Psal. 37.
i 1. Thes. 5. 17

bebit exitum. *Dignior sequetur effectus, quem feruentior procedit affectus.* Et quoniam desiderium hoc, est actus charitatis, à qua procedit, vt bona cœlestia desideremus, quibus Deo seruiamus; ideo addit: *amoris frigiditatem esse cordis silentium, eiusdem verò ardorem esse continuum clamorem.* His desiderijs (ait sanctus Bernardus) vocamus Deum, quando se nobis subtrahit: quem ex corde desiderare, est petere, vt redeat. Et Salomon desiderauit *Spiritum sapientiæ*, & datus est ei à Deo, vt eius desiderium impleret. Nec mirandum, quod huiusmodi desideria & gemitus exaudiantur: proueniunt enim à Spiritu sancto, qui (vt ait sanctus Thomas) eos promouet, vt illis & per illa *postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Si l *terra* siccitas, in multis partibus hiscentis, clamat, vt cœli aquam accipiat, Deusque illam *exaudit.* Quantò magis audiet ariditatem Spiritus tui, si eam ponas in eius conspectu, dicens cum Dauide: m *anima mea sicut terra sine aqua tibi, velociter exaudi me Domine, defecit Spiritus meus* audit Domine, clamorem n *pullorum coruorum inuocantium eum:* qui clamor nihil est aliud, quam necessitas, qua rostra sua aperiunt: quo indicat, esca se indigere; & non audiet clamorem tuæ necessitatis, auxilium suspirantis & remedium.

Serm. 74. in Cant.

k Sap. 7. 6.

l Osee. 2. 22.

m Psal. 142. 7

n Psal. 146. 9

Cvm te defessum sentis interius, os aperis, vt attrahens frigidum aërem, respires: imò implemet aër, impetu quodam intrare videtur,

tuum vt refrigeret ardorem, quid itaque
ciendum tibi cēſes, cùm anima tua aliqua
mitur afflictione, niſi vt eam Deo tuo pra
tes viuo deſiderio, eius remedium obtine
o Pſ.118. 131. dicens cum Dauide: o *Os meum aperui, &*
traxi ſpiritum: quia mandata tua deſider
implere, Non dixit autem: ſe verbum alio
locutum, ſed vi & impetu deſiderij os
ruiſſe, & cœleſtem Spiritum mox ingreſ
vt cor eius repleret. Scriptum eſt enim
p Pſal.80.11. *dilata os tuum, & implebo illud.* O Spiritus
ctiſſime, cuius inſpiratio, mea eſt reſpir
ſine qua non poſſum ſpiritus vitam viuere
ſiderium cordis mei facit me os in tuo cō
ctu aperire; audi clamorem meum, & i
me tua gratia, vt felicem hanc vitam co
q Iſai.25.24. uem. O Pater cœleſtis, qui dixiſti q *ante*
clamarit ego exaudiam; Quia noſtrum de
rium vt nos exaudias, clamat: Spiritum
bonum mihi largire, quò meum ſaties de
rium, Amen.

PRAXIN huius formæ orandi diſcen
mendicis, qui ad portas templorū, aut in
teis ſedent. oſtendētes vulnera ſua ingre
tibus, & exeūtibus, nec verbum tamen di
Quia ipſamet vulnera clamant, & Eleem
nas pro eis petūt. Hoc itaq, modo, in De
ſpectu te conſtitues, inſtar vulnerati, & m
roſi pauperis, & ægroti, oſtēdēs illi tua vl
magno dolore ac ſenſu eorū, ac deſiderio
tatis & remedij. Hoc.n. ſolum diuinam
r Prou 8.34. ricordiā prouocabit, ad ſubueniendū. r Be

homo (ait Script.) *qui audit me & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.* Si.n. ipse illic, suam ignorantiam confitēs, erigetur à me remediū; illud absq; vllo dubio obtinebit. Exerce (inquit Gerson) spiritualem hanc mendicitatē, exhibe te in Dei conspectu mendicum: pauper.n. & mendicus illū laudāt, dum confitentur, solū ipsum posse illis subuenire, & ex suis miserijs eos eruere. Dic ergo illi confidenter cū Dauide: f *Ego egenus & pauper sum, Deus adiuua me.* Et iterum. t *Ego mēdicus sum & pauper, Dominus solicitus est mei.*

f Psal. 69 5

t Psal 39. 18.

§. 3.

De petitione per insinuationem.

SECVNDVS modus petēdi aliquid à Deo (teste sancto Thoma) est, per insinuationem; qua pauciſſimis verbis, suam quis necessitatem aperiens, desiderij suum insinuat, obtinendi eius remedium, nihil tamen nominatim petens, nisi fortè in genere. Sicut sitiens Dauid dixit: a *ô si quis mihi daret potum aquæ, de cisterna quæ est in Bethlehem, iuxta portā.* Hoc.n. satis fuit, vt *tres viri fortes, irrūperent castra Philistinorū, & haurirent aquā de cisterna Bethlehem, & adferrent ad Dauid* quāuis periculum vitæ propterea adirent: Sed multo tamen melius exaudit Deus huiusmodi petitiones, vtpotè liberalissimus, & qui absq; vllo suo periculo, eas possit explere. Huius rei insignia aliqua exempla habemus in sacro Euāg. in quorum singulis aliquid speciale relucet, quod

a 2. Reg. 23. 15

hunc modum petendi nos docet, qui (vt ait Hugo de S. Vict.) ex altera duarum causarum procedit.

Lib. de modo orandi. cap 3. to. 2.

Prima est, magnus quidem timor reuerentialis, ex quo tum ob eius magnitudinem, quo petimus; tum ob rei petitæ excellentiam simulque vilitate nostra considerata, contrahit nos, ac remoratur; ne expresse rem illam petere audeamus, sed solùm insinuemus nostram necessitatem ac desiderium. Hac ratione orauit Leprosus ille, qui dixit: b *Domine si potes me mūdare* Quasi diceret; potestas in tua sita est voluntate: non audeo tamen petere, sed me à lepra mundes: quia eam gratiam non sum promeritus; tu ergo id fac, quod magis iubes.

b Matth. 8. 2.

Alij quoque leprosi c *stantes à longe dixerunt Iesu præceptor, miserere nostri.* Et mulier Cananæa clamauit: d *miserere mei Domine, fili David: filia mea malè à Dæmonio vexatur.* Et Maria Magdalena, cum post mortem fratris Lazari, e *procidisset ad pedes Iesu,* solum dixit *Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.* Atque si dixisset, res est tanta mortuum resuscitare, vt voluntati tuę id omninò remittam, attenta necessitate nostra.

c Luc. 17. 12.

d Mat. 15. 22.

e Ioan. 11. 32.

Secunda causa alterum sequitur extremum, non tamen vitiosum, sed Heroicum, & excellentis confidentiæ, tum ob amorem magnum quem habemus erga eum, à quo petimus, & quo ille erga nos habet; tum ob rei quā petimus facilitatem, si cum magna eius, à quo petitur potentia, comparetur; existimantes satis esse

remedium, si ita expediat, impetrandum, quod nostram necessitatem ac desiderium illi proponamus, Hoc modo petendi vsa est virgo sanctissima, in nuptijs in Cana Galileæ, cùm filio suo dixit: f *Vinum non habent*, quasi diceret, ad hoc vt subuenias præsenti necessitati, & vini defectui, si ita expediet, satis est, quod ego te amem, tanquam filium, & tu me tanquam matrem. Sorores quoque Lazari, dũ ille infirmaretur, hoc solùm Christo Domino significari curarunt: g *Ecce quem amas, infirmatur*, existimantes, ob insignem fiduciam, quam habebãt, id satis esse, vt Christus sanitatem fratri restitueret, si ita expediret: beneuolus enim hic Deus, non nouit amare aliquem, & eundem deserere; h *faciẽtq; voluntatem timẽtium se. & deprecationem eorum exaudit: & custodit omnes diligentes se*. Imo etiam filius ille prodigus, quamuis statuisset, petere à suo Patre, i *fac me sicut vnum de mercenarijs tuis*: quando tamen hilarem patris vultum animaduertit, tantam animo concepit fiduciam, vt satis sibi esse existimauerit dicere. *Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus*; licet nihil in particulari peteret, Et quoniam huiusmodi orationes, siue insinuationes, ex magna fiducia, magno amori, resignationique coniuncta procedunt, optime apud Deum excipiuntur, & expediuntur. Ideoque vtile est, frequenter ac feruenter eas adhibere: ad quod facilitas & breuitas earum, Deique liberalitas in eisdem exaudiendis, nos

f Ioan. 2. 3.

g Ioan. 11. 3.

h Ps. 144. 19.

i Luc. 15. 19.

inuitat, exprimendũ vero est singulis aliquod nomẽ Dei, aut motiuum, est eius vel ex nostra parte, quod vicem habeat petitionis; In hunc modum. O lux vera, si vis, potes illuminare tenebras meas: ô summa potentia, in voluntate tua positum est, infirmitati meæ subuenire; misericordia infinita aspice in meam magnam miseriam; Creator mi, qui opus est manuum tuarum, persecutionem ab inimicis sua patitur; anima quam ad similitudinem tuam condidisti, valdè est culpa sua defœdata; Qui vniuersum toti mundo prospicis, ecce magna premor paupertate; tu das escam auribus, ego fame pereo; tu lilia campi vestis, ego nudus existo; tu es tuarum creaturarum lætitia, ego in tristitia viuo. O Pater orphanorum, vide, quam sim ab omnibus desertus: ô mundi redemptor ecce in captiuitatem est redactus, quem tuo sanguine redemisti: ô Deus meus, & omnia mea? & quid ego ero sine te, k *misericordia mea & refugium meum adiutor meus, & redemptor meus*, aspice in me, subueni mihi & protege me, In hũc modum licebit varias orationes instituere, quæ instar sint respirationis animæ; & nunciorum spiritus ad Deum; & sagittarum, quæ iaciuntur in cœlum. Et quamuis breuia sint verba, potest esse prolixior in eis sensus, loquente scilicet affectu, etiam ore tacente.

k Psal. 143, 2

§. 4.

§. 3.

De Petitione, quæ fit adferendo aliquos titulos, siue causas ad impetrandum, quod petitur.

Svperest tertius modus petendi, magis exped tus, & omnib. communior; cùm scilicet distinctè petimus à Deo D. N. vt à malis nostris nos liberet, & bona sua nobis cõmunicet, exprimentes rẽ, quam petimus, & causas siue motiua ad impetrandum adducimus; & quicquid præterea deuotio ipsa nos docet; quę tanquam Rhetorica quædã est Spiritus S. cęlię; eloquentia, qua vincitur inuincibilis. Cuius exemplum apparet in multis eximijs orationibus, quas refert sacra Script. Interdum ergo incipies à diuinis laudibus, sicut qui Dei voluntatem præueniẽdo allicit, priusquam aliquid petat; Interdum incipiendo ab exaggeratione tuarum miseriarum, & hostium tuorum feritate, vt sic Deum prouoces ad miserendũ. Aliquãdo etiam licet ab ipsa petitione statim inchoare, sicut faceret, qui magna aliqua molestia premi se videt. Opertet autem ipsis petitionibus titulos, siue causas & rationes inferere, quæ adsunt, vt exaudiare.

Et hic est modus orandi, quem Apostolus *obsecrationum & postulationum* nomine intelligit, quæ sunt pauperum propriæ, iuxta illud Sapientis: a *Cum obsecrationibus loquetur pauper.* Nam illis communiter vtuntur

a Prou. 18. 23

men-

mẽdici, cum à Diuitibus Eleemosynas petunt; qui carcere detinentur, & lites habent, cùm iustitiam quærunt, aut gratiam à iudicibus; & famuli aut subditi, cũ à dominis & principibus suis præmium aliquod diuturnorũ laborum, & seruitiorum suorum postulant; à quibus discès hunc modum cum Deo loquendi, cùm eius dona petis. Delectatur enim ipse cum ita rogatur, & hac ratione vrgetur; non quod ipse sit parcus in dando; sed vt dignior, aptiorque tu reddaris, ad accipiendum, quod petis. His enim obsecrationibus, maiores in humilitate iacis radices; agnoscens te adeò inopem ac miserum, vt, nisi multis precibus, & intercessoribus, non merearis exaudiri: eisdẽ quoque fiducia tua crescit, dum illis potius, quam tuis meritis inniteris. Ideoque dixit propheta Baruch. b *Indui me sacco obsecrationis & clamabo ad altissimum*; vt oraret scilicet pro suo populo: ex quo magnam concepit fiduciam de eius salute.

b Bar. 4. 20 *Saccus obsecrationis est quo induebantur, vt orarent.* 2. 2. q. 83. a. 17 & q. 80. art. 1.

HAEC obsecratio (teste S. Thoma) similis est ei, quam adiurationem per res sacras appellamus: vt cùm siue à Deo siue ab hominibus rẽ aliquam petentes, aliquod sacrum adiungimus quo moueantur & compellantur, (eo modo quo Deus compelli potest) vt eam nobis concedat, anxia (vt ait S. Bernardus) ad Deum instantia adhibita ad impetrandum, induentes nos tanquam sacco quodam sacro variorum nominum & rationum, quæ sint potentes ad ipsummet Deum permouendum, quasi fingere-

Ad fratres de mõte Dei

gere-

geremus, cum non propendere ad nobis cõcedendum, quod petimus; vellemus tamen eundem ad id allicere, & attrahere. Quare non decet carnis & sanguinis titulos aut prophanas huius mundi rationes ad id adducere. Meritò enim tunc responderet nobis, quod filijs Zebedæi: c *Nescitis quid petatis*, si titulo propinquitatis illud petitis: Omnes ergò rationes sanctæ, & tituli sacri esse debent. Sed quoniam ex parte nostra nihil, nisi miserias habemus, mendicandæ sunt rationes & tituli, ex parte ipsius Dei, & Christi Seruatoris nostri, sanctorũq; eius, simul inferentes eas, quæ sunt ex parte miseriæ nostræ ad prouocandam misericordiam diuinam. c Mat 20.22.

§. 4.

Tituli & causæ adducendæ ex parte Dei.

PRIMVM ex parte Dei D. N. duodecim tituli adduci possunt, quos diuina Scriptura vsurpat, qui tamen omnes ferè ad vnum illum maximè præcipuum reducuntur, quem Daniel allegauit, dicens: a *Exaudi Deus orationem serui tui, & preces eius, propter temetipsum.* a Dan 9. 17.

QVIA videlicet tu talis es: quia ad tuam id magnitudinem & maiestatem spectat, & ad honorem gloriamque tuam: vt liberalitatis ac misericordiæ tuæ immensitatem mundo manifestes; & propter veritatem ac fidelitatẽ, 1.

quam

quam seruus in adimplendis tuis promissis
b Psal. 73. 22. 2. b *Exurge Deus* (ait Dauid) *iudica causam tuã*, eamq; propugna in laboribus, qui me premũt ad te siquidem spectat eruere me, & seruare; quia talis es. Et quamuis causa quidem sit mea ex eo quod de meo commodo agatur; multò tamen magis est tua: quia te ei subueniente; tua
c Psal. 24. 11. erit gloria. c *propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.* Quò enim peccata mea grauiora sunt, eò maior nomini tuo accedet gloria, si ea dimiseris. d *Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen*
d Psal. 78. 9 3. *tuum, ne forte dicant in gentibus vbi est Deus*
4. *eorum?* Et ne (vt Moyses dixit) *dicant Aegyptij: calliđe eduxit eos, vt interficeret in montibus*
e Exod 32. 12 *& deleret de terra.* Propugna Deus honorem tuum, & siquidem semel eruisti me à peccato & inferno; ne patiaris, me in hoc abysso
5. perire.

NON est gloria tua, quod hostes nostri, de nobis triumphent, qui tui subditi sumus. f *Ne des* (ait Ieremias) *nos in opprobrium, propter*
f Iere. 14. 21 *nomen tuum, neq; facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ*, quam habes in nobis, *recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum*: ad nobis scilicet subueniẽdũ, quando angustijs premimur. Verbum tuum est Domine, quod g
g Psa. 144. 18 6. *prope sis omnibus te inuocantibus in veritate*: honori tibi erit, hoc verbum implere: & siquidem ego ex corde te inuoco, audi Domine, clamorem meum, tu ipse dixisti: h *inuocame in*
h Psal. 49. 15 *die tri*

die tribulationis, eruam te, & honorificabis me; tum itaque ego facio, quod iubes, te inuocando; fac tu etiam quod promittis, me liberando: vt & ego faciam, quod debeo, te glorificando. Ne permittas me fieri timidum ad inuocãdum Sanctum tuum nomen, si videro, me clamãte ad te non exaudiri. i *Ne patiaris* (ait Esther) *claudi ora laudantiũ te, atque extingui gloriã templi & altaris tui.* Ego alium Deũ nõ habeo, nisi te, nec ad aliud sanctuarium recurram, nisi ad tuũ: quia tu ipse conquereris de ijs qui k *eũt ad consulendum Beelzebub*, & falsos Deos, & l *te non consulunt, nec os tuũ interrogant* de rebus suis. siquidẽ ergo ad tuum accedo conspectũ, vt de meis rebus os tuum interrogem, ne meam despicias orationem. 7. i Esth. 13. 9 8. k 4. Reg. 1. 3. l Isa. 30. 1.

Tv es pater meus, Creator meus, Rex, Medicus, & Protector meus: ô Pater mi, monstra te esse patrem meum; quamuis indignus ego sim filius tuus, ô Creator mi, perfice opus manuum tuarum, siquidem tua opera sunt perfecta. O Rex omnipotens, dita me tuis donis, vt omnes videant tuam magnam potentiam. O medice peritissime, sana meas infirmitates, vt appareat tua infinita sapientia. O Protector vigilantissime, accipe me sub alas tuas, ad confusionem & terrorem tuorum inimicorum. Tu Domine, gloriaris de misericordia, super omnia opera, quæ à te procedũt: en hominẽ miserijs plenum, in quo licebit infinitas misericordias tuas cõmodè exercere. m *Cõuertere, Domine,* (ait Dauid) *& eripe animã* 9. 10. m Psal. 6. 5.

meam:

meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

II. QVOD si gloriaris multum de tua iustitia
a Psal.142.1. in *auribus percipe obsecrationem meam, in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.* Ad tuam enim iustitiam pertinet, implere quod promittis, & efficere me iustum, non quod ego sim promeritus; sed quod tua bonitas, ad
o Thes.4.3 12. faciendum inclinet. *Si o tua voluntas est sanctificatio mea,* egoque desidero sanctus esse, idque à te peto; imple Domine, voluntatem meam, siquidem in hoc implebis & tuam; tua enim voluntas, est mea.

§. 5.

Tituli & causæ ex parte Christi D. N.

HIS prædictis similes esse possunt causæ & rationes, ex parte Christi D. N. deducendæ, quas ipsemet ad vnam videtur reuocasse, cùm dixit: a *Quodcunque petieritis Patrem, in nomine meo, hoc faciam.*
a Ioan.14.13 & c.15 16. & c.16.23. sublimitatem scilicet eius incarnationis; sanctitatem virtutesque excellentissimas, in ipso sunt; ob infinita merita vitæ eius, passionis, ac mortis, quorum nos fecit hæredes; præmium illis debitum, in nobis redderetur; ob gloriam sanctissimi eius nominis, quod excellenti sua iustitia fuit promeritus, vt, qui æterni sui Patris gloriam semper quæsiuerit, ac denique ob eius verbum, quod habemus

nos fore exaudiendos, cum in eius nomine aliquid petierimus. Ex quibus, duodecim alios titulos deducere licet, in hunc modum.

O pater æterne, b iustos q̃ *prædestinasti cõformes fieri imaginis filij tui* vt esset ipse *primogenitus in multis fratribus*: per eius sanctitatem peto, exaudiri meam orationem: vt sic ei conformis efficiar, habeatque ipse fratrem præterea vnum in quo lorificetur. 1. b Rom. 3. 29.

Attende, ipsum infinitè plura esse promeritum, quam hactenus acceperit; redde præmium eius meritis in me, largiendo id mihi, quod ob illa peto. 2.

Si audis voluntatem seruorum timentium te, quanto magis audies voluntatem filij tibi infinitè placentis. 3.

Imple Domine desiderium meum: quia sic eius desiderium implebis; siquidem ego c *peto*, quod ipse vult, me petere; verba, quæ iussit me dicere, ea ego profero: ne ea tanquã mea audias, quamuis ore meo proferantur, sed tanquam ipsius. 4. c Matth. 6. 9

Ideoque largire mihi, quod illis peto. d *Gratias egit ille tibi, quoniam audisti eum, & quod semper illum audires.* Et siquidem nunc ipsemet petit in me, & pro me; si illum in me audies, gratias etiam aget pro eo, quod mihi concesseris. Ille e *orauit pro me* in nocte suæ passionis; & quod ipse tunc petijt, ego nunc peto. quandoquidem ergo eius orationem exaudisti, exaudi nunc & meam, quæ eadẽ est cum illa. 5. d Ioan. 11. 41. e Ioan. 17. 20

6. Eo quod ille f *vsque ad mortem crucis se humiliauerit* vis in eius *nomine omne genu flectat* omnibusque ieſſe honori; honora nunc nomen, largiendo mihi, quod per idem men peto.

f Phil. 2. 10.

f Ioan. 14. 13 & 6. 15. 16.

7. AD bonitatem & gloriam tuam ſpectat lij tui promiſſa implere, qui dixit: g *quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis vt glorificetur Pater in filio*, & filius pter patrem. Quod princeps aliquis petit famulum ſuum, æquè benè exped tur, atq per ſe ipſum petijſſet: famulus enim non proprio nomine, ſed ſui Domini, cui, petitum eſt, datur potiùs quàm famulo. ſupreme Pater, in nomine cœleſtis princ filij tui, hanc petitionem inſtituo: ſi anno illi, quod ego peto, concedis. Ego enim ſum niſi eius famulus, qui quamuis per me hil promerear: at propter eum, & in eo me exaudiri.

h Pſal. 83. 10.

8. h *Protector noſter, aſpice Deus & reſpice faciem Chriſti tui*, priuſquam in meam. Si dem ergo te reſpiciente in diuinam eius ciem, placuerunt tibi eius orationes & ope aſpiciente etiam ſimul meam cum eius fa per eam, quæſo, tibi placeant, & mea opera ſius operibus coniuncta.

9. CVM i *proprium filium nobis dediſti omn etiam cum illo nobis donaſti*: Ipſe enim eſt ſign omnia, qui & ius in omnia habet: da mihi q

i Rom. 8. 32.

nunc peto, siquidem vnum est eorum, quæ ipsius sunt.

O Mundi Saluator, propugna tuæ redemptionis, tuorumque meritorum honorem. attende gloriæ nominis tui, tuorumque promissorum veritati, memento: quod sis etiã noster aduocatus apud Patrem: ostende ei vulnerum signa, quæ in sacratissimo tuo corpore notata reseruas; quõ mea oratio exaudiatur, siquidem in tuo nomine & verbo tuo innixus, eam offero. 10.

k *Tues caput meum*, & ego mystici tui corporis membrum: l *Tu vitis, ego palmes*. & siquidem *tu in me manes, & ego in te*, propter hanc vnionem, tu pete pro me; &, qua meum es caput, influe in me virtutem orandi, neq; enim repulsam patietur oratio, quæ tibi erit coniuncta. 11.

k Colos. 1. 18
l Ioan. 15. 5.

O summe Sacerdos, qui oras & sacrificia offers pro toto populo, & pro singulis fidelibus, ora & pro me; & ad ita orandum me impelle, vt oratio mea audiatur, & feliciter expediatur. Amen. 12.

Hi sunt præcipui tituli, & motiua, quibus nostrã orationem comitari possumus, vt nos ad fiduciam habendã excitemur; Deus verõ D. N. ad miseri cordiam exhibendam permoueatur. Quę eadẽ motiua adduci possunt apud Christũ D.N. ad quẽ etiã licet, & consueuimus nostras orationes dirigere: qui etiam dixit: m *si quid petieritis me, in nomine meo, hoc faciam.*

m Ioan. 14. 14.

Præfat. in Psal. 85.

Et, vt ait S. Aug. Christus D.N. orat pro nob qua sacerdos est; orat verò in nobis Deus est rat verò in nobis, qua est caput nostrum, rogatur à nobis, qua DEVS est; & nos ramus per ipsum, in ipso, & ipsum, & cu facimus orationem nostram, & ille nobisc qui etiam, qua noster Magister est, nos do orare; verbaque suggerit, quibus petere debe mus: & hæc omnia simul coniuncta, sunt tuli & motiua magnæ confidentiæ, quod audiemur. Ideò enim dixit sanctus Ioann

1. Ioa. 5. 15. *hæc est fiducia, quam habemus quod ad nos quoniam ab eo habemus petitiones, quas stulamus.*

§. 4.

Tituli ex parte Sanctorum desumendi.

ALIOS sacros titulos adhibere pos mus apud Deum, ex parte sanctor cœlestium: proferendo scilicet hes cam illorum sanctitatem, seruitiaque præc ra, & insignia merita, ac desideria, quæ habu runt, ipsum Deum in hac vita honoraudi, quod ipsemet habet, eosdem vicissim exalta di; vt pateat mundo, quanti ipse illos faciat quodnam illis munus commiserit; pro pot intercedendi: ac denique, quod gratum sit ip uostras orationes ad se dirigi, & ante diuin suum thronum, per illos offerri. Et ita Moyse Elias, Daniel & alij antiqui Patres consue

runt in suis orationibus meminisse a *Abraham, Isaac, & Iacob*, tanquam aduocatorum apud Deũ. In noua autem lege, adhibere debemus tanquam aduocatos nostros, Apostolos & Euangelistas, & insignes alios sanctos significatos per b *viginti quatuor Seniores, habentes in manibus suis phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum* quas Deo offerebant. Confert autem hoc plurimum, ad hoc vt illæ exaudiantur, ob duplicem causam.

Exod. 32. 13. Deut. 9. 27.

b Apoc. 5. 8

Prima est, quod sic humilitatem magis exerceamus, dum nos agnoscimus indignos, qui oremus, & ingrediamur ad conspectum Maiestatis Dei, nisi sub talium aduocatorum patrocinio: Sicut placuit plurimum ipsi Christo Domino, humilitas Centurionis dicentis: c *non sum dignus, vt sub tectum meum intres, propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te; sed mitte ad eum Seniores quibus rogarent* ac intercederẽt, vt obtinere posset, quod optabat.

c Luc. 7. 7.

Altera causa est: quia sic magis crescit confidentia, & fiducia obtinendi, quod petimus: siquidem non soli petimus, sed multi alij idem nobiscum petunt. Et ipsemet Deus, cum nostras orationes audire desiderat, inspirat nobis, vt tales intercessores adhibeamus: sicut fecit, cùm vellet amicis Iob benefacere, misit enim illos ad ipsum Iob, dicens: d *Iob seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam.* Contra verò, cùm decreuit seueritate

d Iob. 42. 8.

suæ Iustitiæ contra rebelles vti, nec conc-
dere, quod petitur, protestatur, magna ad-
hibita exaggeratione, se id non facturum e-
iamsi Sancti magni intercedant. Ita dixit I-
remiæ: e *Si steterit Moyses, & Samuel co-
ram me, non est anima mea ad populum istum*
quasi diceret; etiamsi illi pro hoc popu-
orent, non placabor. Et ipsimet Ieremiæ
xit: f *Tu noli orare pro populo hoc, nec sum-
pro eis laudem & orationem, & non obsta
mihi: quia non exaudiam te.* Qua ratio
satis manifestat Deus, quanti faciat Sanc-
rum intercessionem, quantamque vim
faciant eorum orationes: siquidem eos p-
uenit, ne ipsius dispositiones & ordinatio
orationibus suis impediant.

e Ierem. 15. 1

f Ier. 7. 16. & c. 11. 4.

Psal. 4. 4.

IVXTA hoc ergo loquemur cum D
Domino nostro nunc hos titulos adducen
ac dicentes. O Sancte sanctorum, honor
exalta illos, tribuendo mihi, quod per illo
te peto: in tuum enim cedit honorem, quod
les habeas seruos, qui suis orationibus vim
quasi inferant in gloriam, cedit sanctissim
nominis efficacitas, quam habent Sancti ap
te, cum pro nobis intercedunt. Quia id tot
prouenit à Sanctitate, quam tu illis es larg
tus: glorifica illos in me, audiens Oration
quam per illos tibi offero. Si tantis fauo
bus Hebræum populum es prosecutus, p
pter Patriarchas & prophetas; maiori
adhuc prosequeris Christianum, ob Apostol
& martyres. Profero ergo tibi illorum o

qu

quia, loco eorum, quæ mihi desunt, quo meam exaudias Orationem, & valeam ego ita seruire tibi, sicut illi seruierunt.

Interdvm orationes dirigemus ad ipsosmet Sanctos, vt ipsi recipiant in se nostra negotia, tanquam sua propria, apud Deum solicitaturos. O felices Sancti, estote, memores officij vobis cõmissi, quo nostri aduocati estis cõstituti, illudq; solicitè pro nobis explete. Cum vos in hoc mũdo degeretis, optabatis, Sanctos, qui vos ad Cœlũ præcesserant, vestræ causæ apud Deũ patrocinari: nunc ergo, cũ iam illis in Cœlo coniũcti sitis, intercedite pro ijs, qui adhuc versamur in hoc mundo eodẽq; tenemur desiderio. Cũ essetis in hac valle lacrymarum, propriaq; necessitate vrgeremini, pro salute vestra orare, dilatabat se Charitas vestra, ad orandu etiã pro aliorũ necessitate: nũc aũt estis in Paradyso voluptatis, nullã patiẽtes propriã necessitatẽ; certũ est ergo, vos, p ijs, qui illã patiũtur oraturos; pperare, vt nostrã beatitudinẽ impetretis, vt eò citius vestra cõpleatur. Bonus (inquit S. Bern.) mediator erit, qui nihil pro se petit, quia nihil ipsi deest; cuius proinde totus affect⁹ transit ad orandũ pro altero, qui magna necessitate premitur, & in magno periculo versatur. Quod si quid Sanctis deest, gloria, s. corporũ, hoc ipsũ illos incitabit magis ad orandũ pro nobis, quia nõ prius corporis gloriã cõsequentur, nec g *sine nobis* (vt ait Apost.) *cõsummabuntur*. Et (vt ait Dauid.) in cęlo h *nos exp ctãt dum retribuat nobis* præmiũ. s. cũ illis.

Serm. 2. de V ctore & er in Vig ia SS Petri & Pauli.

g Hebr. 11. 40
h Psal 141 8. 2 Cor. 6. 11.

EOSDEM titulos, & quidem in gradu eminentiori, licebit adferre ex parte Virginis sanctissimæ Dominæ nostræ, eò quod in illi sine comparatione illi excellant: quibus etiam licebit addere titulos alios, quod scilicet Mater sit Dei, Cœli Regina, Mater, & Aduocata hominum; & filij sui in negotio salutis nostræ cooperatrix: propterea enim, illa tanquam instrumento vsus est ad primam iustificationem & sanctificationem, quam effecit ipse in hac vita mortali, in domo scilicet Zachariæ, cùm præcursorem suum Ioannem Baptistam sanctificauit; Matremque eius Spiritu S. repleuit; & eius oratione permotus, primum fecit miraculum, cõuertendo aquam in vinum, & ob eiusdem orationem, misit suis Apostolis Spiritum S. vt apud omnes constaret, quanta efficacitatis esset apud ipsum, huius Virginis oratio; & quanta cura ac solicitudine susciperet ipsa nostræ necessitatis remedium. Præsertim verò, cùm Christus Dominus noster, in hora mortis suæ, in cruce pendens, nihil aliud commendauerit, quam vt nostra esset mater, noſque filiorum loco haberet. Et vna inter alias causas, cur illam etiam corpore gloriosam tam in cœlo habeat, ea est, vt pro nobis intercedat, ostendens illi pectus suum, quod ipse suxit; sicut idem filius apud Patrem facit officium Aduocati, ostendens ei sua vulnera; ne ea intercessio repellatur, cui tantæ charitatis insignia coniungantur.

DEM

Denique colloquens cum Christo D. N. omnes excellentissimos respectus in eo agnoscere debes, qui esse possunt in optimo filio, qui fuerit vnquam, aut esse possit, erga optimã Matrem, quę est aut vnquam futura sit in mũdo. Et similiter colloquens cum ipsa beatissima Virgine, inuenies in ea nobilissimos respectus excellentissimæ cuiusdam Matris; tã in agnoscendis tuis necessitatibus, & earum remedio desiderando; quàm in solicitudine illud procurandi, & potentia ad impetrandũ. Vt enim ait S. Augustinus: quò illa sanctior est eò est solicitior; & quò à filios magis diligitur; eò potentior ipsa est remedium nostrum impetrandum: modò tamen studeamus & nos, nobiles filiorum respectus induere, quos erga talem matrem habere par est, vt liceat nobis confidenter dicere versum illum Ecclesiæ. *Monstrate esse matrem, sumat per te preces qui pro nobis natus, tulit esse tuus.* Cùm itaque oras, cogita, te ascendere in cœlum, ibique videre Christum D. N. in immensæ maiestatis Throno sedentem, & prope eum, ipsius matrem in altero, cui filius dicat illa verba, quæ Salomon Bethsabeæ matri suæ dixit: i *Pete mater mea, neque enim fas est, vt auertam faciem tuam*, negando tibi quod petieris. Hac itaque confidentia loquere, nunc cum Matre, dicens: O mater pijssima, vtere hac opportuna occasione, propone tuo filio meam necessitatem, eiusque pete remedium; obstringe illum verbo ipsius proprio; propone officium, i 3. Reg 2. 20

quod ipse tibi commisit; Supple verò tuis meritis, quod mei deest; & authoritate matris interposita, dic ei pro me: fili, seruus tuus non habet vinum amoris & feruoris, quem desiderat; simple eius desiderium, vt experiatur, quantum apud te mea valeat intercessio. Mox licebit, te ad ipsum filium conuertere, ac dicere: O verbum diuinum, accipe matris tuæ preces; & quod ego, per me non promereor; da mihi per eius merita; nec confundas eius faciem, quamuis mea sit confusione digna. Siquidem illa semper tuum vultum est venerata, ac propterea digna, vt eius te vultum recrees, & afficias lætitia. Matris tuæ gloria, etiam tua gloria est: est autem illi gloria, si à te exaudiatur, & quò ego sim peior, & indignior qui exaudiar; eò maior erit eius gloria, si propter eam exaudiar ego.

CAPVT XV.

DE FIDVCIA IN DEVM, quæ debet orationem comitari: & qua ratione innitatur ei veritati, quod Deus sit iustus Iudex, amicus fidelis, liberalis in faciendis Eleemosynis: & Pater valdè beneuolus, & qua ratione temporalia bona petenda, & ab eo sperandа sint.

EX dictis in proximis capitibus, facilè intelligitur, orationem, ad volandum & perueniendum in cœlũ, & ad ingrediendum ante Thronum Dei, ac denique vt feliciter ea expediatur, duas alias habere debere. ALTERAM cognitionis nostrarum miseriarum, & diffidentiæ de nobis ipsis; ALTERAM verò cognitioni misericordiarum diuinarum, cum profunda reuerentia, & in Deum fiducia. vtrauis autem harum alarum deficiente, nõ assequetur, quod petit. Quam obrem dixit S. Bernardus, esse aliquam orationem timidam, aliam tepidã, aliã temerariam, alteram verò humilem, feruentem & confidentem. *Timida* non progreditur extra ipsum orantem, quia suffocatur in abyss-

Hugo de S. Vict. libello de orando Deo.

Serm. 4. de Quadrag.

abyſſo deſperationis ex defectu fiduciæ. Tem*da*.etſi progreditur quidem, ſed in medio tenere deficit, ex defectu feruoris & perſeuerantiæ. *Temeraria* ad ipſas quidem cœli portas peruenit, ſed ſtatim atque accedit, illi occluduntur, eò quod ſit præſumptuoſa: nec admittitur, ob defectũ humilitatis. Quod ſi humilitas & feruor fiduciæ cõiungãtur, patebit orationi acceſſus ad tribunal Dei, & feliciter expedietur. Humilitas n. euacuat cor à propria Confidentia, par diffidentiam ſui, vt ingrediatur fiducia in Deum: feruor dat illi conſtantiam ne deficiat, donec aſſequatur quod petit. Hæc fiducia præcipuum eſt motiuum, & fulcrum orationis: nemo enim orat, niſi propter id, quod ſe conſecuturum ſperat, & (vt ait S. Thomas) quamuis meritum orationis innitatur charitati: impetratio tamen præcipuè nititur fiduciæ miſericordiæ, & omnipotentiæ Dei: quia vult & poteſt noſtræ miſeriæ ſubſidium adferre, & largiri quod petimus iuxta eas leges, quas ipſe nobis præſcripſit. Et quoniam hæc firmitas procedit à viua fide & credulitate, qua Intellectus credit firmiter, quicquid Deus reuelauit, & circa hoc promiſit: hinc eſt, quod interdum ea vocetur nomine ipſius fidei, quamuis reuera ſit actus virtutis ſpei, quæ eſt in voluntate; & etiam appellatur fiducia, quæ (teſte S. Thoma) eſt fundamentum magnanimitatis, & idem quod ipſa ſpes valde roborata; quæ facit vehementem ac firmam opinionem de aliquo bono aſſequendo. Hæc autem

autem fiducia deficiente, non consequetur oratio quod quærit. quod significauit sanctus Iacobus dicens: a *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat; postulet autem in fide, nihil hæsitans*, aut dubitans, se obtenturum quod secundum Deum petierit. *qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur* in varias partes: qui propterea non recipiet, quod petit. Quomodo enim reciperet, si ipse non est firmus in spe accipiendi? & quomodo ita petat, vt recipere mereatur; si dubitet vel de omnipotentia, vel de misericordia eius, qui daturus est? Quod si tentationum ventis se permittit, deditque contra diuinorum promissorum firmitatem; quomodo experietur illas impleri in se? Propterea suffocabitur eius oratio, in hoc mari diffidentiæ; nec dignus erit, qui ad diuinum conspectum admittatur.

a Iacob. 1. 5.

NEC mysterio vacare censendum est, quod hac similitudine S. Iacobus fuerit vsus. Innumeris ut. n. fluctus internarum tentationum, & venti externarum, à quibus oppugnatur hęc fiducia: vt deficiat & qui non sit valdè in ea radicatus, facilè eam perdet. Magna confidentia b *descendens Petrus de naticula, ambulabat super aquã maris, vt veniret ad Iesum*, qui ei dixerat. *Veni: videns verò Petrus ventum validum* & aumentes fluctus, *timuit & cepit* confidentiam amittere ac *mergi*, donec subuenit illi idem Christus, qui *extendens manum, apprehendit*

b Mat. 14. 28

X SPIRI
PONTE

hendit eum, & ait illi modicæ fidei quare dubitasti? nisi enim dubitasses, non mergeretur. O quam est magna misericordia & infirmitas nostra; siquidē experientia tanti miraculi, quod ad mandatum Dñi Petrus ambulabat super aquas, non fuit satis; ne idem animū abjiceret cū attendit se in tanto periculo versari, territ retq; adhuc magis: q; Moyses (vt S. Greg animadvertit) qui tot prius fecerat prodigia, a, titubavit circa confidentiam, cū populus ob aquæ penuriam conquereretur, & murmuraret, e Num. 20. 12. Moysi *dixit Dominus: Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terrā, quā dabo eis.* nec postea fuit exauditus, quando petebat ingredi in terram Promissionis; sed cū eam Deus illi ostendisset: d *vidisti, inquit, eam oculis tuis, & non transibis ad illam.* Pro aquæ exhibitione (inquit S. Dionys. diffidens, non potuit obtinere, vt terram promissionis ingrederetur. nec sine causa Christus D. N. homini petenti d Deut. vlt. 4. eo, filij sui à Dœmone obsessi, ac surdi & muti liberationem, dixit: e *si potes credere, omnia possibilia sunt credenti,* atque si diceret: non est e Marc. 9. 22. 23 facile eam fidem & fiduciam habere, quam res tanta requirit. Sed illustratus ille homo ab eodem Domino, respondit, vt par erat: *credo Domine, adiuua incredulitatem meam,* quasi diceret, quantū quidem ego possum credo. quod verò ego non possum, supplear gratia tua, quæ iuuet me, incredulitatem & diffidentiā adhuc remanentē deponere, quò fide perfecta credā.

Se-

SED quem non demulcet iucũda illa ac generosa Christi promissio: *omnia possibilia sunti credenti*? Quicquid.n. & credere, & sperare digne à mea omnipotentia poterit, eius oratio omni dubio procul id obtinebit. Tantũ.n. oratio impetrare potest, quãtũ ego possum & volo facere. Et idem Dñs. f *Habete* (inquit) *fidem Dei. amen dico vobis, quia quicunque dixerit, huic monti: Tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quod.cũq; dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis omnia quæcunque orantes petitis credite, quia accipietis & euenient vobis.* O ineffabilem diuinæ misericordiæ largitatem? ô immensam diuinæ omnipotentiæ liberalitatem? Et quid hoc est aliud, liberalissime Dñe, nisi tuam omnipotentiam communicare orationi, fiduciam habenti? Quid amplius promittere nobis poteras, quam tuam omnipotentiam astringere, ad totum id exequendum, quod fiducialis petet oratio? sit benedicta adeò immensa liberalitas, quæ in eo se prodere voluit, vt omnipotentiæ suæ nos participes faceret: Quid est (ait S. Bernard) quod clarioris reddat æterni verbi omnipotentiã, quã ψ in se sperãtes faciat omnipotentes? magna fides magna meretur: & quò amplius extenderis pedẽ confidentiæ in bonis tui Dñi, eò plus impetrabis ab ei⁹ misericordia: implebitur q; in te promissio illa Dei, qua dicit. g *omnis locus, quem calcauerit pes vester, vestrum erit*. parua tua aut magna fiducia est, q̃ cõtrahit aut dilatat vas cordis tui, ad re-

f Matt. 11. 23.

g Deut. 11. 24

ad recipiendum parum aut multum, ex fon
diuinę misericordiæ. dilata cor tuũ, & aperi
magnaque fiducia pete. Deus enim vas tu
ita implebit, vt nihil remaneat vacuum. Et
tum (inquit Cassianus) impetrabis, quant
credideris te impetrare posse. Hac fide exã
nabat Christus Dominus noster infirmos;
cuius mensuram ipse miracula faciebat, vt
pareret in ijs, quæ dixit duobus illis cœcis: h
h Matt. 9. 29. *cundum fidem vestram fiat vobis.* Quod si inf
mi credebant opus esse, vt ipsos Christus m
nibus suis tangeret, quantumuis paruam
rum fidem reprehenderet, hoc tamen mo
i Marc. 9. 59. eos sanabat: si credebant se sanandos, i
*simbriam vestimenti eius tangerent, quot q
tangebant, salui fiebant:* Quod si credeb
sufficere eius verbum, qualis fuit Centu
solo verbo illos sanabat. k *Vade* (inquit) &
k Mat. 8. 13. *ut credidisti, fiat tibi, & sanatus est puer m
hora.* Huiusmodi autem fidem laudabit
IESVS, sicut Centurionis fidem *miratus
xit: Non inueni tantam fidem in Israel.* Q
si Chananeæ orationem audire distulit; ea
que varijs modis repellendo exercuit; id fe
vt fidei suę firmitatem magis illa manifest
perseuerans, nec desistens ab eo, quod perce
& impetrare se posse sperabat; cui sic per
l Mat. 15. 28. ieranti dixit IESVS: l *O mulier magna
fides tua fiat tibi sicut vis. Magna procul d
bio fides illa est; quæ talibus ventis flatib
non perturbatur, nec tot tempestatibus sub
mergitur, sed prævalet firma, constanter

per

perſeuerat, donec obtineat, quod optat. O Redemptor dulciſsime, donum tuum eſt hæc fides & liberalitas, tua hæc fiducia; ſicut & ipſa Oratio, ad quem illa dirigitur: Et cum vis largiri quod à te petitur, hanc fiduciam petendi præmittis, qua eum ad petendum & accipiendum diſponas. Da mihi pretioſum hoc donū, & m *adauge mihi fidem*, ſicut tuis Apoſtolis: quo mea Oratio, adeo ſit feruens, vt per eam merear copioſam tuam miſericordiam obtinere. Amen.

m Lucæ 17. 5

§. 1.

De primo modo fiduciæ in Deum.

Veniamus nunc ad ſolida illa fundamenta explicanda, quæ habemus ad hanc fiduciam in Deum excitandam, q̃ exaudiet noſtras Orationes. Ea aũt fundamẽta, ſiue cauſas, variis parabolis & rationibus Chriſtus D.N. expoſuit in ſuo Euangelio. Nam primum cupiens ipſe (vt ait S. Lucas) nobis perſuadere, n *quoniam oportet ſemper orare, & non deficere* in oratione, amiſſa videlicet fiducia, feruore, & conſtantia in ea, propoſuit parabolam de *Iudice, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. vidua autem quædam veniebat ad eum dicens: Vindica me de aduerſario meo*, Iudex autem *non volebat per multum tempus*: qua tamen vidua, in ſua petitione diu perſeuerante, *dixit* Iudex *intra ſe; etſi Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in no-*

n Luc. 18. 1.

X SPIRI
PONTE

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uissimo veniens fuggillet me. Quod si hoc di
Iudex hic *iniquitatis.* Deus non faciet vin
ctam electorum suorum, clamantium ad se
ac nocte ? O altitudo misericordiæ di
næ, quæ cum tali Iudice voluerit se confe
re, vt nobis efficacius persuaderet, ne ab
rando desisteremus. Satis (inquit S. Chry
Lib. 2. de Oratione Deū. stomus) fuisset, quod Christus Dominus
ster cum bono aliquo, miti, & affabili Iud
se conferret, ac diceret: Si talis Iudex, vi
petitionis rationem habuit: quanto magis
premus ille Dominus, qui est infinitæ bon
tis, mansuetudinis, & affabilitatis, petitio
vestras exaudiet? fuissetq; sufficiens hoc arg
mentum, ad quemcunq; prudentem homi
conuincendum. Sed vlterius progressa est
ius Domini charitas, cum vsus est compara
ne cum iniusto, crudeli, impio, valdeque te
ribili Iudice; qui tandem placatur, &, ad i
portunas preces, in alium commutatur,
preces inquam, non hominum potentium
magnatum, sed pauperis cuiusdam viduæ,
desertæ: vt omnes intelligant, quant
vim habeat deprecatio, quæ apud iniquum
dicem tantum efficit: quantum nec ti
Dei, nec hominum respectus efficere pot
eiusque impium & crudele cor emolliunt
reddidit misericors, ob id saltem, vt propri
molestiā & pudorē effugeret. Quod si tātū po
test oratio, apud impios & crudeles, quāto am
pli⁹ obtinebit apud Deū, q est ipsa misericord
& charitas: & cui graue nō est, q sępi⁹ roget

sed no

sed potius ea re delectatur; nec oranté odit, sed amat potius, & tanquã electũ habet; aut certe hac via cupit illum amicum sibi facere.

Cogita ergò, mi frater, animam tuam esse pauperem quandam viduam, quæ opprimitur à suis inimicis, Dæmone, Mundo, & Carne; & quæ nullam in hac vita protectionẽ habet. Omnes enim huius terræ protectores, ipsi sunt mortui, nec potest ad Deum, tanquam ad sponsum suum accedere, eò quod propria teipsius conditas generosam adeò fiduciam excludat. Quare instar viduæ alicuius, recurrere debet ad Deum tanquam ad iustissimum Iudicem, petens ab eo auxilium, fiducia maxima illud obtinendi: neq; enim ignorat ipse iniurias, quas à tuis hostibus pateris: quia sapientissimus est. nec potestas illi deest, ad subueniendum: quia est Omnipotens: nec voluntas, qua id facere velit: quia est sanctissimus, & præterea illi incumbit ex officio supremi Iudicis, huiusmodi iniurias vindicare; ac denique plus ipse desiderat, te ab illis liberare, quum tu ipse desideres. Cur ergo dubites? cur contraharis? accede magnã cum securitate, amplectere profundum illud Dauidis consilium, dicentis: o *Revela Domino viam tuam, & spera in eo & ipse faciet: & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuũ tanquam meridiẽ.* Atq; si distinctius diceret. Refer Domino totius tuæ vitæ discursum & progressum, iniurias quas ex malitia tuorum hostium sustines, rebellionem tuæ carnis, passionum tuarum tyrãnidem, per- o Psal. 36. 5.

X SPIRI
PONTE

nicioſam cogitationum tuarum libertatem,
lumnias hominum, ac Dæmonum vexa-
nes; quæ dum retuleris, ſpera in Deo, &
ipſe faciet. ſed quid faciet? quod nimi-
tu petis, ac deſideras; efficiet inquam,
hoſtes tui ſeſe tibi dedant; iuſtitiam faciet
uerſus eos; &, vt tua, quæ oppreſſa
reſplendeat, & prodeat in lucem. Efficiet
Virtus tua oriatur tanquam lux matutina,
p Prou. 4. 18. p *procedat & creſcat vſq; ad perfectam*
q Eph. 3. 20. *faciet* q (vt ait Apoſtolus) *ſuperabundanter*
quam petere poſſis, aut intelligere. Nequa
nim parcus erit ob ignorantiam, aut impo
tiam, aut malitiam, aut indignationem.
Iudex ſanctiſſime, tàm miſericors, quàm
& tàm potens, quàm miſericors, magnâ
ciâ ad tuum tribunal accedo, ſupplicans, vt
r Pſal. 142. 1. tendas Orationi meæ, & r *Exaudias me in*
Iuſtitia: quam ſcilicet in teipſo habes. Tu
nim es ipſamet Iuſticia: cupiſque om
eam exhibere, qui ad tuum accedunt trib
& ab iniurijs eos eruere, quibus opprimu
s Pſal. 21. 3 Hic s *Deus meus, clamabo,* & contendam
em, quod ſi *non exaudies,* id non facies in
nec in damnum meum ſed iuſtiſsimè, &
inſipientiam, ſed ad vtilitatem *mihi*; nec
mea contentio erit moleſta, ſed grauiſſi
delectaris enim, ſi coner & impor-
nus ſim, quò efficiar dignus, qui
conſequar quod
peto.

§.

§. 2.

De secundo modo fiduciæ.

SED quoniam nomen Iudicis, timorem, aliquem incutit, quo fiducia debilitatur, & quodammodo cõtrahitur, audi aliam parabolam, qua Christus Dominus noster cuidã amico se similem facit; quod nomen, teneritatem quandam maiorem indicat. a *Quis vestrum* (inquit) *habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille deintus respondens dicat: noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili; non possum surgere, & dare tibi & si ille perseuerauerit pulsans, dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit; propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quot quot habet necessarios. Et ego dico vobis: petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur nobis: omnis enim, qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit; & pulsanti aperietur.* O immensa liberalitas eius qui eminenter est verus animarum nostrarum amicus? nec scio vtrum magis admirer, liberalitatemne, qua promittit daturum se nobis, quicquid petierimus; an illam curam, & solicitudinem, qua nobis conatur persuadere, vt importunè & instanter ab eo petamus; securos nos faciens, sibi non fore graue, etiamsi valde

a Luc. 11. 5.

Serm. 39.

simus importuni. Expendit hoc mirum in m
dum S. Petrus Chrysologus, his verbis.
quam dare vult, qui se inquietari taliter, ut
ter patitur suscitari? O quam necessitatis
suæ, quod suæ potestatis est, vult viden
quam pulsanti iste gestiuit occurrere, qu
secreti sui cubile ipsum collocauit ad ianu
O quã negare noluit, qui sibi etiã negãti, qu
ter extorquereretur, ostẽdit? O quã non ad
nuã tantum Dominus, sed ipsa Ianua Dom

b Ioan. 10. 8. fuit. b *Ego sum* inquit *Ianua*: Qui, dormient
seruis, pulsantis necessitatem solus & pr
audiuit: idemq; solus surgit, vt necessitati
ueniat. Hæc omnia indicia sunt manifesta,
premũ D.N. Deum, plurimũ oblectari, quo
mus illi importuni nostris Orationibus,
gna confidentia plenis. Si enim amicus alic
in hoc mundo, tantam habet in amico fu
duciam, vt media nocte ad eius domum a
dere, & eum à somno excitare audeat, vt p
quod sibi est necessarium; idq; non semel
sæpius & pertinaciter: quanto maiorem,
est habere fiduciam accedendi ad Deum
quẽ nullum est tempus, intempestiuũ qui
quam dormit; nulla importunitas molestia
affert, quia potius delectatur, q̃ omnes ab
petãt? q̃ si importunæ preces tãtũ valẽt, vt
amico, ob solã importunitatẽ impetrẽt, q
ob amicitiã non impetrassent, quanto ma
apud Deũ valebũt, q̃ eo maximè delectatur
eius amici in perẽdo sint importuni: vt hab
occasionẽ illos ditãdi? Quod si ille titul

ligat

ligatio, pascendi amicum tuum, ad te accedentem, vt hospitio excipiatur, cogit te mendicare panes, quos non habes: & accedere ad alterius amici domum, illos fortè habentis: quãto erit equius, recurrere instar importuni mẽdici, ad portas ipsius Dei, vt animæ tuæ petas alimẽta? Hæc anima (ait S. Augustinus) est amicus, qui venit ad te de nocte, vt in domo tua hospitetur, & petat à te cibum sibi dari. Sermo. 27. Et S. Bernardus Serm. de Rogationib.

Toto enim tempore, quo illa lethali peccato est fœdata, extra se ambulat, & in tenebris, vaga per creaturas: Sed, cum à Deo inspirata, conuerti desiderat, accedit ad domũ tuã, tuũ videlicet cor, estq; necesse statim illã pascere: conficitur .n. fame, sicut filiꝰ ille ꝓdigus. cuius propterea desiderio, nisi mox satisfacias, fame peribit. Quid itaq; facies, si non habeas, panem, quem illi porrigas, nisi vt ad Iesu Christi domum recurras, amicũ pium peccatorum; & ad eius fores clamoribus Orationis pulses, petens accommodari tibi tres panes pœnitẽtiæ, tres videlicet eius partes, Contritionem, Cõfessionem, & Satisfactionem; supplex petendo, vt tibi subsidio sit, ad debitum peccatorũ dolorẽ, concipiendũ, ad eorundem confessionem, ac pro eis satisfactionem; offerens illi prõptè, si eos tibi accommodauerit, te illos in multis seruitijs redditurũ. Quod si supremus hic Redẽptor, alieno quasi animo respõderit, q̃ Chananææ: c *Non est bonum sumere panem filiorũ, & mittere canibus.* Tu non propterea confidentiã deponas, nec cesses clamare, peruincet enim cMatt. 15. 26.

tua perſeuerantia quamcumque difficultate trahetque ipſum ad id, quod ipſimet eſt va gratum; ad dandum ſcilicet tibi petitos pane & virtutes reliquas ad ſalutem & perfec nem tuam neceſſarias. Quod ſi panes illos n tibi accommodauerit titulo amicitiæ. Si fo adhuc es in peccatis, dabit illos tamen ob c fidentiam, quam habes in eius miſericordia propter importunitatem, quam adhibes in ad id trahenda. Quod ſi verè eius es amic pete etiam pro anima tua, tres illos panes

cap. 2. pra commemoratos: panem videlicet Sa entiæ, ad ipſum viuacius cognoſcendum; nem charitatis, ad eundem feruentius diligendum; panem denique obedientiæ, ad eius

S. Pomp. Ser. de Rogationib. luntatem diligentius exequendam: & ſic ſp ra, daturum tibi ipſum reliquos panes, qui indigebis, ad famem tuam exſatiandam, tu votis ſatisfaciendum. *Quamuis*. n. ita ſe D gerat, vt rogetur; non prætermittet tamẽ, commiſeratione permoueatur, ob titulos cauſas, quas pro te affers, amicitiæ videlic quam te cum illo habere profiteris; neceſſi tis, qua premeris; famis amici, qui ad te ven pudoris, quo afficieris, ſi famelicum eum liqueris, curæ & ſolicitudinis, qua ad ipſ importune rogandum accedis; cõfidentiæ, q præ te fers in tanta importunitate; & quod tas, panes non tibi vendi, eo quod facultate non habeas ad emendos; nec donari tibi grat ſed cõmodari; quia hac ratione, tanquã paup emendicas Eleemoſynam Spiritualem, quæ

pa

non ad hoc petis; vt postea otiosus maneas, & tantum mendicato viuas; sed vt labores cum eo, quod acceperis, in obsequio ipsius commodantis; reddasque pro donis acceptis bonum eorum vsum, quem ipse concesserit.

§. 3.

De tertio confidentiæ modo.

CONTINENT autem mysterium magnum tria illa verba, quę dixit Christus D.N. PETITE, QVAERITE, & PVLSATE: quæ teste S. Augustino idem omninò significant; repetitione tamen illa plurimum commendatur confidentia, diligentia, & perseuerantia, qua nobis est orandum. sicut mendici confidenter eleemosynam à diuitibus misericordibus occurrentibus petunt, & non occurrentes quęrunt; accedentes tępla, quo illi solent conuenire; aut eorum domus, in quibus solent habitare: quod si forte ianuas inueniant clausas, pulsantes perseuerant, donec audiantur, & aperiatur illis. Quod si hæc faciunt mendici huius mundi, pro frusto panis, aut corporali alia Eleemosyna obtinenda; quæ tamen sæpè illis negatur, etiam post totum suum laborem & importunitatem: quantò æquius erit, te etiam petere, quærere, & pulsare ad portas Dei, vt spiritualem Eleemosynam, & quicquid ad necessitatis tuæ remedium est necessarium, obtineas. In hoc ergo fundatur tertius gradus confidentiæ in Deum; tanquam

Lib. 1. Retract. c. 15.

a Ephes. 2. 4 Rom. 10 12. Ps. 9 13. 9. 38 Psal. 68. 34.

in Eleemosynarium misericordem, & a[d]
tem (vt Apostolus ait) *in misericordia, in omn*
qui inuocant illum. Ad quem in spiritu paup
ris accedes, cum Dauide innitendo amori, q
ipse gerit erga pauperes; Magnæque propt
sioni, quam ostendit audiendi eorũ desideri
petitiones; gaudens à se peti Eleemosyna
quam vult liberaliter impartiri: nosque re
dit securos valdè assueueranter: quod omn
qui petunt, sicut oportet, impetrabunt qu
petunt; & omnes, qui quærunt; inuenie
quod optant; omnes denique qui pulsa
admittentur: quia diuinæ misericordiæ f
res eis aperientur, vt ea gaudere possint.

Semper elee mosynam ac cipit, qui benè orat.

PETE itaque viua fide, QVAERE c
spe, & PVLSA feruenti charitate. Pete
nem obedientiæ, quære panem sapientiæ,
pulsa, vt panis tibi detur perfectæ amicit
nec desistas à petendo, quærendo, & pulsan
Quotiescunque enim hoc, vt oportet, fece
certissimo recipies à Deo aliquam Eleemos
nam: & inuenies aliquid eius, quod desider
Et verò minimum tria magna dona statim
præsenti recipies.

I. c. 33. de orat.

PRIMVM (vt perpendit S. Nilus) est ipse
donum orationis: *vult enim* (ait) *Deus, dum*
te beneficio affici ere in oratione perseuera
tem: Quid enim excellentius, quam cum D
colloqui & vsu eiusdem detineri? Sicut tu ipse
quãdo plurimum quẽpiã diligis, si aliquid à
petat, fingis te esse oblitũ, & sermonem cu
eo prolixiorem instituis, priusquam, quo
pet

petit, concedas. Quo etiam modo Ioseph faciebat cum suis fratribus, ob teneru amorẽ, quo illos prosequebatur. Et quodnam maius beneficium euenire tibi potest, quam colloqui cum Deo, diutiusque morari, teneris ac benevolis sermonibus cum eo conferendis? ne dixeris (ait S. Ioannes Climachus) cùm perseueras in oratione, nihil te accepisse, quamuis videaris tibi non accipere, quod petis: accepisti enim perseuerantiam in ipsa oratione, quod maximum est donum. Siquidem maius nullum est, quam spiritum cum Deo semper coniunctum habere. Gen. 42. Grad. 28.

HINC prouenit secundum donum, quod est meritum, & virtutum augmentum, quod perseueranti tibi in orando & sperando datur. Profundo (inquit S. Gregor.) & alto consilio, Deus D. N. clamantibus sanctis eius, vt liberentur à calamitatibus & angustijs, quibus premuntur; differt eos exaudire, vt eorum merita crescant: & *eò magis (inquit) exaudiũtur ad meritũ, quo citius eis exaudiũtur ad votũ.* Quamobrẽ dixit Dauid. e *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies; & nocte, & nec exaudies:* sed *non ad insipientiam mihi* tribuetur, si perseuerauero in clamore: sic enim multum proficio, faciens in tuo cõspectu quod debeo. 2. Lib. 20 Mor. c. 22. vide 5. Mor. c. 4. e Psal. 21. 3

TERTIVM donum est, quod ex nunc teipsum præpares ac disponas, ad accipiendum suo tempore id, quod petis; idque cum maiori fructu, quam si nunc tibi daretur. Sæpè enim (ait sanctus Isidorus) differt 3. Lib. 3 de summo bono c. 7

differt Deus tuas orationes exaudire, quod vel non satis dispositus sis, ad accipiendum quod petis, vel vt excellentiora quædam accipere possis, quæ ipse cupit tibi largiri. Ea siquidem dilatione efficit, vt tuum desiderium, feruor & perseuerantia in oratione crescant, & vt segetes, quæ tardius nascuntur, solent postea impetu maiori crescere: ita quo Deus tardius te exaudit, eò maiori bonorum copia te solet ditare. Et eueniet tibi (ait Gerson) quod mendico, quem diuites diu expectare faciunt, antequam eleemosynam accipiat, præcipuè vero si in ea petenda, grauem aliquem laborem festinuit, vt multò liberalior & abundantior propterea ei detur.

De mendica spirit. 4 p 1 Alphab. 75 F

§. 4.

De quarto modo fiduciæ.

NON fuit satis Christo D. N. adhibere comparationem amici, cuius amor, et quòd deforis naturæ adueniat, non adeò solet esse magnus, nec adeò constans; sed ut solidius nostram confidentiam fundandam, peculiam adfert, Patris erga filios, comparationem iucundissimam, dicens; a *Quis ex vobis Patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem: nunquid propisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi Scorpionem? Si ergo vos, cùm sitis mali, nosti, bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petenti-*

a Luc 11. 11. Matth. 7. 9.

petentibus se? O Pater dulcissime, quomodo immensam tuam charitatem manifestas, inducens nos ad fiduciam in te collocandam, non solùm exemplo bonorum parentum; sed etiam improborum siue tales illi sint ob malam propensionem, quam ex vtero contraxerunt; siue ob malitiam; quam peruersa intentione priori defectui adiunxerũt. Satis fuisset, nobis dicere: si patres huius sæculi petitiones filiorum exaudiunt; multò magis te eas auditurum, qui es Pater cœlestis: sed, cùm etiam Patres improbos in medium adducas, docere me vis; quod cùm illi peruersam suam propensionem vincant naturali amore, quem ad suos filios gerunt, vt liberaliter dent illis bona, quæ possident: tu sis liberalius daturus, quæ habes, cùm sis Pater infinitè bonus; & ab infinita tua bonitate propensus ad communicanda bona, quæ habes. Nec verò etiam es contentus adferre in medium parentes improbos; sed attulisti etiam indigenes & non habentes bona, nisi quæ recepissent: vt appareat, quod si illi ex paupertate sua, distribuũt partẽ aliquã filijs suis; & sibi ipsis oriq; suo eam subtrahũt, vt filijs impartiantur: multò magis tu, de proprijs tuis bonis sis illis daturus, cũ sis infinitè diues & potens; nec dando ex illis, aliquid tibi decrescat: neque enim, etiam plurima dando, plus tibi subtrahis, quam si nihil omninò dedisses. Et, si illi parentes etiam tales, nunquam filijs suis res inutiles dant, quales sunt lapides; nec noxias, quales serpentes & scorpiones: sed

dant

dant illis semper res conuenientes & vtile
multò minus dabis tu illis; quod nocere pos
sit, sed quicquid vtile sit.

VERVM dic nobis, ô supreme Pater, quæ
illa sunt, quæ filijs tuis petentibus, te dare
polliceris, vt sciamus, quid nobis, tanquam
lijs talis patris, sperandum sit ac petendum.
b Matth. 7 9 *Dabit (inquit) bona & spiritum bonũ petenti
se.* Duo sunt genera bonorũ. Quædã enim ab
solutè, & excellenter hoc nomen merẽtur, q
quod semper vtilia sint, nec noxia esse possu
qualia sunt spiritualia animæ bona, Gratia
Charitas, Virtutes, ac dona Spiritus S. qui
Spiritus bonus, à quo vera bona promanant, d
à quibus boni sumus, ac nominamur: Et ha
propriè sunt obiecta spei nostræ, propria q
nostræ petitionis materia, quæ absq; vlla co
ditione, peti possunt à cœlesti nostro patre
Talia enim bona sunt à tali patre petenda, q
quod Rex sit cœlestis; oblectatur, cũm bon
cœlestia largitur, quæ vt è cœlo descendun
ita nos ad idẽ cęlũ deducũt. Et de his bonis m
telligũtur præcipuè quę ũq; hactenus dixim

ALIA sunt bona, quæ & vtilia esse possu
animæ, & etiam noxia, ob minus rectũ eor
votũ, qualis est salus, temporales facultate
honores, dignitates, & omnia bona corpor
sicut etiam aliqua spiritus, quales sunt scię
& aliquæ gratiæ gratis datæ, imò & ipsæ cõso
lationes, & spiritus deliciæ. Et hæc ea tantum
ratione spei & orationis nostræ obiectum &
materia esse possunt, si ad salutẽ & perfectio-

nem

nem nostram ea nos habere expediat. Magnæ n. esset imprudētiæ, determinatè petere, quod non constat mihi an panis, aut lapis; piscis, aut serpens; ouum, an scorpio; vtile an noxium, mihi sit futurū. Melius itaque est id ei committere, qui optimè nouit, patri scilicet nostro cœlesti: qui vt ex charitate, qua nos prosequitur, liberaliter id concedit, quod nobis est vtile. Ita benevole denegat, quod sit nobis nocitarum, etiamsi id instanter ab eo petamus. Nā talia concedere, quæ nobis sint nocitura, quid aliud esset quā filio petenti quod existimat esse panem, porrigere lapidem scandali, in quē impingat; & petenti, quod existimat esse piscē. dare serpentem alicuius tentationis, quæ eundem mordeat; et petenti ouum, dare scorpionem peccati, quod illum veneno inficiat?

Qvamobrem dixit S. Aug. orantē Deū pro necessitatibus huius vitæ, benevolè interdum exaudiri, & benevolè interdum non exaudiri. Melius enim nouit medicus, quam ægrotus, quid illi conferat ad sanitatem. Et propterea Apostolus non fuit exauditus, cùm *ter Dominum rogasset, vt discederet ab ipso stimulus carnis qui illū colaphizabat*: quia ei non expediebat. Quando autem ad salutem petentis, expedit aliquid tale habere, dabitur sine dubio illi, cū fuerit eidē opportunū. Interdum. n. differtur, nō quia negatur, sed vt tūc detur, quando maximè proderit. Siquidē facilè euenire potest, vt ꝙ tibi hodie est lapis, cras fit panis; & ꝙ nūc esset tibi serpēs, aut scorpio, 2. Cor. 12, 8

alio

alio tempore sit piscis, aut ouum. Et quoniam
Deus talis est pater, qui nouit tempus & horam
qua tibi, quod petis, expediat, nō dat illud dū
nec ipsa hora adsit; & propterea dixit Christus
B. Virg. petenti vinum, quod in nuptijs deerat:
a Ioan. 2. 4 d *Nondū venit hora mea.* O Pater benignissime,
me. quā verò diligis filios tuos, & in te recipis,
vt illis prospicias de omnibus vtilibus. Tuam
vocas eam horā, in qua decreuisti cōcedere nō
bis, quod à te petimus; quia tuum est ea hora &
occasione, quod petimus, dare, in qua vtile
nobis accipere. Potuisses etiam, Domine, eam
dam vocare horam meam, siquidem in bonum
meum illa cedit; sed vis potiùs eam vocare tu
vt ego discam fidere benenolæ ac suauis tuæ
prouidentiæ. O anima mea, ne anxia sis, quia
tuus cœlestis pater, differt concedere, quæ
petis; quia nondum venit hora eius, neq; ita
noli illud quærere; antequam accedat hora, q
tibi sit noxium, veniet illa; & tunc dabitur
bi; quia tunc erit vtile tibi, noli huiusmodi
bona absque tuæ voluntatis resignatione,
obstinatè petere; ne tibi eueniat, vt quod De
quà pater misericors, tibi denegat; idem tu
c Psal. 108. 7 quam seuerus iudex largiatur; & e *oratio*
tua praua *fiat* tibi *in peccatum*, quod ipse ex
exaudiendo, castiget in tuam perniciem.

SED vlterius adhuc meritò progredietur
tua resignatio, cum huiusmodi bona à Deo pe
tis. Nam esto non essent animæ tuæ damno fu
tura, non tamen sunt petenda, nisi sub alia co
ditione; si videlicet Deo placet, illa tibi dare

sicut Christus D. N. petebat: f *si possibile est, transeat à me calix iste* passionis; sed statim adiunxit: *veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu, nec mea voluntas fiat, sed tua.* Non enim est perfectionis petere, quicquid sine peccato possis, aut quicquid tibi non noceat; nisi idem sit Dei voluntati conforme; quam meritò præferre debes omni tuæ propensioni etiam bonæ: & quod ipse iuxta sanctissimam suam voluntatem tibi dederit, id erit tibi spiritus bonus, quo sanctus sis, ac perfectus.

f Mat. 26. 39.

His sufficienter satisfactum est querelis omnibus, siue tentationibus eorum, qui cũ non experiuntur, orationes suas exaudiri, tepescũt in eis; imò tanquam inutiles deserunt, aut diuinis promissionibus diffidunt. Quibus dicit S. Bernard. *nemo vestrum suam orationem despiciat, quia Deus, quem oratis, eam non despicit,* & vix illa prodit ex ore vestro, cùm scriptã iam habet in suo libro. Et alterum è duobus, absq; dubio potestis sperare; aut scilicet quod petitis, aut quod sit vobis futurum vtilius. Nolite de rebus iudicium ex sola apparentia facere, aut ex sensuum experientia, quæ fallax est; sed ex veritate fidei, quæ est infallibilis; & citius cœlum & terra transibunt, quam Deus desit verbo suo.

Serm. 3 de Quadrag.

CAPVT XVI.

HEROICAM FIDVCIAM fundari in vnione cum vnigenito Dei filio, eamque etiam ad orandum prolijs extendi, quæ indicia ostendant, rationem exauditam esse; & quænam sint exiguæ fiduciæ radices.

INSATIABILIS, omnis est cœlestis nostri Patris charitas, vt quæ nunquam desinat manifestare nouos modos, de eius bonitate confidendi, quo magna ex ea bona, per orationem proueniant. Nouerat benè hic Dominus adoptiuos filios, nunquam esse suis parentibus ita charos, atque naturales; amor enim adoptionis peregrinus est, & naturæ aduenit propter adoptionem: Hic verò est connaturalis, propter generationem. Et quoniam omnes homines adoptiui tantum Dei filij esse possumus, per gratiam adoptionis, voluit ipse cœlestis Pater filium suum vnigenitum & naturalem IESVM CHRISTVM Seruatorem nostrum supplere, quod nobis deerat: qui ipsum nobis coniungens, fiduciam nostram excellenti sua filiatione fundaret. Ita vt

dem vniti confidamus, ac petamus Patrem nostrum, sicut ipsemet filius eius naturalis: quæ suprema est fiducia, quam habere possimus? Hinc bolum tanquam optimum, seruauit in vltimum locum cœlestis noster Magister, & absque parabolis, eum modum petendi docuit nos in vltimo sermone post cœnã, dicens: a *Amen Amen dico vobis siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: Vsquemodo non petijstis quicquam in nomine meo: petite & accipietis, vt gaudium vestrũ sit plenũ.* Quid est aũt in nomine Christi petere, nisi (vt cap. 14. §. 5. dicimus) petere ex parte vnigeniti filij Dei, atq; si ipsemet, & sibi ipsi peteret; eidemque dandũ esset, quod petitur: sicut reuera eius intuitu nobis datur. Quod si naturali filio nihil est denegandum: quomodo negabitur adoptiuo petenti, quatenus est vnum cum naturali; nec proprio suo nõe petẽti naturalis filij vnigeniti nomine, qui æquè est bonus, atque ipsemet Pater? Facilius hoc intelligetur, si meminerimus, quid filij Iacob, post mortem patris, dixerint fratri suo Ioseph, quò illis condonaret iniuriam, in eius venditione ipsi illatam: b *Pater tuus* (inquiunt) *præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremꝰ: obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrũ tuorũ: & peccati, atq; malitiæ, quã exercuerũt in te: nos quoq; oramus, vt seruo Dei Patri tuo, demittas iniquitatẽ hãc.* Quasi dicerẽt. Hæc gratia & cõdonatio nõ fit nobis, sed patri tuo Iacob seruo Dei, q nõ peccauit sicut nos; & in eiꝰ nõe illã petimꝰ:

a Ioan. 16. 23

Vide Tolet. in c. 16. Ioa.

b Gen. 50. 16.

Alius tectus habet: *Seruis Dei Patris tui.*

quia ipse præcepit nobis, vt suo nomine illa
peteremus, Quæ verba adeò Iosephum em
liuerunt, vt statim fieuerit, nec solum ini
condonauerit, sed magnis etiam beneficijs
dulgentiaque eos fuerit prosecutus. In
itaque modum, te constitues coram æte
patre, indutus fiducia vnigeniti eius filij, &
nocentia sanctissimæ eius vitæ, ac verbis
nitus, quibus te docuit orare; titulis de
fretus, quos habes in eius meritis fundatos,
c.14. ut supra insinuauimus, dicens: Pater æter
ducia, qua huc venio, non est solùm ado
filij, sed naturalis & vnigeniti filij tui:
peto, eius nomine peto: verba quæ pro
eius sunt; & gratiam pro qua supplico, illi
tius, quam mihi præstabis. Si peccata mi
mittis, ipsi remittis, qui nunquam pecca
virtutes mihi concedis, illi concedis,
est promeritus. & quoniam eum non exa
non potes, nec me poteris non ex audire.
ducia altissima? ô oratio potentissima!
potest hac excelsior esse altitudo; quæ po
tia huic par esse potest? & vt sis adhuc c
ac securior in hoc; attende, quid dixer
uid de ipso Christo D. N. in cœlum asce
c Psal. 67. 19 te: c *Accepisti, inquit, dona in hominibus,*
d Eph. 4. 8. sententiam explicans Apost. d *dedit, i*
dona hominibus ad insinuandũ, quod De
bis dat, idipsum Christum recipere; quia
est, atque si ipsi Christo daretur; qui, qua
est, dat sibiipsi, qua est homo, quod nobis
eo quod nos habeat sibi inuitos; ac propt

in die iudicij dicet Iustis: e *quod vni ex mini* e Matt. 25. 40
mis meis feciſtis, mihi feciſtis. & ſimiliter nunc
dicit æterno ſuo Patri, id quod vni ex his mi-
nimis ſeruis meis das, hoc mihi das; quia ſunt
vnum mecum, & ego cum eis.

Ex quo fit, vt ad talẽ fiducíam ita ſolidè in
nobis fundandam, vt impetrare poſſit à Deo
quicquid petierimus; neceſſe ſit habere ex par-
te noſtra, perfectam hanc cũ ipſo Chriſto D.
N. vnionem, per amorem ſcilicet eius & obe-
dientiam, qua ſanctiſſimæ eius voluntati ſub-
jiciamur: quod ipſemet monuit, cùm dixit: f
Si manſeritis in me, & verba mea in vobis man f Ioan. 15. 7.
ſerint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vo
bis. O altitudo ſapientiæ & charitatis Chriſti?
quid hoc eſt, quod dicis Domine? An neſcis vo-
luntatem hominum, propendere ex ſeipſa ad
carnem ſuam? ad honorem ſuum? ad com-
modum? ad delitias? imò ad ſeipſam in om-
nibus, quæ illi placent? Quomodo ergo tan-
tum huic voluntati tribuis, vt quicquid vo-
luerit, petat; nam id totum ais dabitur ei? Be-
nè tamen nouit ſapientiſſimus noſter Magi-
ſter, quid promittat; & cuinam voluntati fa-
cultatem faciat, quæcunque voluerit, petendi.
Si enim voluntas illa, ipſi permanet coniũcta,
per amorem & obedientiam: nunquã verbis i-
pſius petet, niſi quod huic vnioni ſit cõforme;
& ad eam conſeruandam ac perficiendam cõ-
ferat; & quoniam voluntas ſic vnita Chriſto,
eſt eadem cum ipſius Chriſti voluntate, petat
quæcunq; voluerit: omnia enim ei cõcedẽtur,

atque si ipsemet Christus peteret, cuius tal
est voluntas. Hæc illa est insignis fiducia, q
qua S. Ioannes: g *Carissimi*, inquit, *si cor nostr*
31. Ioa. 3. 21. *non reprehenderit nos* (de culpa videlicet, i
obedientia aut disiunctione ab ipso) *fiducia*
habemus ad Deum: & quicquid petierimus, a
cipiemus ab eo: quoniam mandata eius cu
dimus, & ea quæ sunt placita corã eo, facim
11. Ioa. 5. 14 Et iterum: h *Hæc est fiducia, quam habemus a*
eum: quia quodcunque petierimus secundum v
luntatem eius, audit nos: quia ipse docuit n
petitiones, quas ab ipso postulemus. Conserv
hãc vnionem & obedientiam Deo, & inc
de nouo petere, iuxta hanc fiduciæ formam
reipsa experieris abundantiam bonorum, q
recipies, ita vt gaudium tuum eorum po
sione sit plenum.

2. Quinq; modi fiduciæ

HIC fundare poteris omnes modos fidu
quibus eam habere po es in Deum, si vel
los esse perfectos: Fiduciam pauperis, qu
nititur non proprijs meritis sed alienis; q
tamen tibi, propter vnionem quam habes
eo, cuius illa sunt appropriando; Fiduciam
ui fidelis, quæ fidelibus Domino suo præ
obsequijs innititur, licet ea præstiteris b
ab ipso acceptis, cùm esses eius voluntati
tus; Amici fundatam in vnione, quæ inti
efficit amicitiam; Filij, fundatã in vnione,
efficit spiritualis generatio in Esse grat
denique fiduciã sponsæ, quæ tota innitat
nioni, ex spirituali coniugio ob charitatẽ
fect m exortæ. Quacunque harum fiducia

licebit tibi, sicut alteri Iacob, Deum ipsum apprehendere, & cum eo in oratione luctari, instanter perseuerando, & confidenter dicendo: i *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi:* & cōcesseris, quod peto. Scio enim, id tibi placere, quandoquidē non peto, nisi quod tu vis, vt petam. Et interdum eousque progreditur huius fiduciæ securitas & certitudo, vt dicat sicut Moyses: k *aut dimitte populo hanc noxam; aut si non facis dele me de libro tuo, quē scripsisti*, quod fuit idē atque si dixisset, aut concede id, pro quo supplico; aut, si non concedis, dissoluatur vnio illa & amicitia, qua sumus coniuncti: non quod velit vllo modo dissolui; sed quia nouit, quāti Deus illam faciat, quantumq; delectetur eam conseruando. & ideò ea vtitur, tanquā optimo titulo & causa, ad impetrandum quod cupit.

i Gen. 32, 26

k Exod. 32. 32

§. 1.

De fiducia, dum aliquid pro alijs petitur.

Hinc fit, quod hæc fiducia non se contineat in ijs, quæ sperat petitq; pro se; sed extendat se etiā ad petendum pro alijs: cùm enim innitatur vnioni cum Deo, & Christo D. N. cuius omnes iusti sūt participes, licet alijs pro alijs petere, ac sperare, se consecuturos quod petent, confidentes promissioni eiusdem Domini dicentis: a *si duo ex vobis cō senserint super terrā, de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est:*

a Mat. 18. 19.

vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, orans licet & petens cum eis. Magna (inquit S. Ambrosius) est Dei nostri liberalitas, quem si toto corde diligas, non solùm licebit tibi pro te, sed etiam pro tuis proximis. Et

Lib. 7. in Luc.

b Mat. 9. 2. Marc. 2. 3. Luc. 5. 18.

cet eis fiducia desit, ob tuam exaudieris, & il subuenietur: siquidem Christus D.N. b vide *fidem offerentiu paraliticum in lecto iacentem* vt illũ sanitati restitueret, integrã ei reddi in corpore & anima, *dicens illi: Confide fili: remittuntur tibi peccata tua*, & postea: *surge, tolle lectum tuum & vade in domum tuam.* vt hoc intelligas, tantam vim habere fiduciam etiam pro peccatoribus exaudiatur; & ideo Ioan. dum hanc fiduciam commendat, ad

c 1. Ioa. 5. 16.

c *Qui scit fratrem suum peccare, petat, & dabitur ei vita.* Potens est. n. oratio ad impetra vitam gratiæ, ea spoliato. Verum est tamẽ, o tionem & fiduciam petentis aliquid pro ficaciorem esse: quia potest ipse propria dimenta eius remouere; cùm autem pro petitur, tantam illi interdum adhibent stentiam, & malitiam; vt propter eam (te Basilio) non exaudiatur, qui petit. Adeo men est benignus & liberalis Deus, vt ne amicos contristet, eorumve fiduciam nuat: eos aliquando moneat, (vt ibidem ctus Ioannes notauit) ne orent pro hu modi obstinatis, & qui de propria sua mo gaudẽt. Sicut Samueli dixit Deus: d *Vsque tu luges Saul, cum ego proiecerim eũ*, & à

1. Reg. 16. 1.

prz

præsentia remouerim: Et Ieremiæ dixit: e *Tu noli orare pro populo hoc, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te.* Et quid hoc aliud fuit, nisi auferre illi affectum & propensionem orandi, & feruentem orationis Spiritum pro eis? Nam quando ipse eam suggerit ac inspirat, nullus adeo est obstinatus peccator, qui per eam non conuertatur: siquidem S. Stephani oratio, Sauli conuersionem impetrauit. Et ipse Deus (vt ait Ezechiel) f *quærit* ac desiderat inuenire *virum qui interponat spem* & fiduciam suam, suisque orationibus *stet oppositus contra ipsum pro terra, ne dissipet eam.* Et Moysi dixit: g *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos.* significans se eius Oratione detineri, ne iratus *eos deleret.* O immensa Dei charitas, qui vult ac desiderat iustos amicos suos, opponere se ipsi, eiusque iram detinere, ne pro meritis castiget peccatores: Da mihi Deus tantam fiduciam, vt iram tuam cohibere possim.

e Ier. 7. 16. & c. 11. 14.

Actor. 7. 59.

f Ezech 22. 30.

g Exod 32. 10

§. 2.

Signa exauditæ Orationis.

EX HAC cum Christo D.N. vnione prouenit Heroica illa fiducia, quæ tanta efficacitate ac securitate petit, atq; si, quod petit, obtinuisset; ac propterea, quasi pro iam obtento, gratias agit. Sicut Christus D.N. Lazarum resuscitaturus, alta voce dixit: a *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me; ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populū,*

a Ioan 11. 41

qui circumstat, dixi: vt credant, quia tu me misisti. Et, cum Pater filium semper exaudiat, quis mirum, si tantam interdum fiduciam ijs tribuat, qui cum ipsius filij voluntate sunt vnti, vt in eadem oratione gratias agant, quod ipsi in ea exaudierit. Et hanc (ait S. Bernardus) eā formā Orandi, quā Apostolus b *gratiarum actionem* appellat: quæ cæteris orādi formis ꝓ stantior est, licet eò rarior quò preciosior; q pauci sint, q ad eā perueniant: Quia pauci tanto feruore orant, vt in ipsa oratione sentiāt, se exauditos: Non est tamen abijciendus animus in desiderādis ac procurandis altioribus. Deic dinis; sed feruore virtutū ad ea aspirandū, ac cō tendendū est. Nā (vt idē S. Bern. ait) quò magis crescis in gratia Dei, eò magis dilatatur fiducia tua, vt feruentius amans, maiori etiā fiducia o res, & petas: Estq; rationi consentaneū, vt ad sublimē orationē aspires; cuius fides tanta si vt omnia speret; tantaq. deuotio, vt quo modo potest, Deū ipsū cogat; & tanta charitas, vt q quid petit; in ipsa Oratione sentiat se impe trasse. Nā esto sit verū, q ordinarie id Deus oc cultet, & (vt ait Iob) c *cū inuocantē exaudiers me, non credo q audierit vocē meā.* Interdum tamen insigni quadam confidentia, quod ora tio sit exaudita & acceptata, feruentem Ora tionem remunerat; certum interne redden (vt ait Cassianus) ipsum orantem, quòd sit fa cturus ea, quæ ipse petiuerit. Quæ fiducia fru ctus est ipsius orationis. Talis fuit Orati Annæ matris Samuelis, de qua dicit Scriptura,

Serm. 1. de mod. Orandi.
b 1. Tim. 2. 1.

Serm. 3. in Cant.

Idem lib. de digni. amor. diuin. c. 3.

c Iob. 9 16. S. Grego. lib. 9. c. 11.

Collat. 9. c. 32.

quòd

nõ Oratione sua absoluta, d *abierit in viam suam, vultusque illius non fuerint amplius in diversa mutati*, ob securitatem, quam habuit, quod esset Oratione sua exaudita. Talis quoque fuit Oratio e *Sarae*, vxoris Tobiæ, & f *Iudith*; Et ipsius B. Virginis Dominæ Nostræ, cum à Christo filio suo petijt vinum in nuptijs, quæ quod intellexisset suam petionem fuisse exauditam, dixit ministris: g *quodcunque dixerit vobis facite*. Talem quoque fiduciam habuerunt h *apostoli* & alij Sancti, cum orarẽt pro impetrandis aliquibus miraculis, quæ à Deo petebant.

d 1. Reg. 1.

e Tob 3.24
f Iudit. 9.17. vide Glos. ibi.

g Ioan 2.5.
h Acto. 4.30

Signum exauditæ Orationis. 1.

Hæroicam hanc confidentiam, præcedere solet vehemens aliqua inspiratio, quę nos mouet ad orandũ, cum tanta fiducia signũque est, quod velit Deus concedere, quod ita petitur. Vt enim S. Augustinus ait, Deus nos nõ exhortaretur ad orandum; nisi dare vellet, q̃ petimus: Ita Spiritus S. nobis non inspiraret & ad orandum impelleret, cũ tot gemitibus; nec ad rem talem in particulari petendã, accensis adeo affectibus, nisi eam vellet nobis concedere: Ideo enim dixit Apostolus, i *Deum nosse*, & approbare ea, *quæ desiderat Spiritus* Diuinus: quã do *secundum Deum postulat pro Sanctis*.

Ser. 29. de verb Domini.

i Rom. 8. 27. vide S Tho. 3. p. q. 21. a. 4. 2.

Aliud quoq; signum externũ solet conjungere Deus huic interno, mittens aliquã tribulationẽ aut ignominiã, quæ ipsam petitionem & fiduciam reddat feruentiorem, vt & humilitatem & patiẽtiam præmio afficiat audiens tam feruentem petitionem, quæ fit à tribu-

tribulato, quo modo permiſit, Annam Samuelis matrem, cum feruentiſsimè oraret, affici iniuria ab Heli Sacerdote, dicente illi: k *Vſquequo ebria eris? digere pauliſper vinum quo madeſ:* quæ humiliter valde reſpondens, tandem meruit exaudiri, fieriq́ue voti compos. Et

k 1. Reg 1. 14

Virgini Dominæ noſtræ, primum ſiccum valde reſponſum dedit Chriſtus dicens: l *Quid mihi & tibi eſt mulier, nondum venit hora mea.* Et

l Ioan. 2. 4.

m Mat. 15. 26

m *Cananeæ* reſpondit aſperius, quaſi *canem* compellans, & indignam, cui *panis filiorum* daretur: & vtrumq́ue eò dirigebat Chriſtus, vt eam orationem exaudiret; Et in eum ſenſum

n Iob. 12. 4.

loquitur Iob. n *qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum.*

3. Super Cant.

DENIQVE, vt ait Richardus de S. Victore, anima impetrat quod petit, vel ob magnitudinem fidei, vel ob humilitatem profundam, aut importunitatem, aut feruens deſiderium & deuotionem, aut efficacem titulum & rationem, quam ad impetrandum allegat. Et præter id quod petit, modò reuelationem, modò conſolationem aliquam magnam, aut certitudinem accipit; interdum dubia manet, interdum verò ſe exauditam eſſe ſentit: licet modò quo voti ſiat compos, ignoret. Sicut ſenex Tobias intellexit, ſe o *exauditum eſſe à Deo, vt reueretur:* cum petiuiſſet liberari à miſerijs, quibus premebatur: ſed deceptus eſt, exiſtimans ſe per mortem ab eis liberandum: Quod tamen non per mortem; ſed per liberationem à Captiuitate & paupertate factum fuit. Sed motibus

o Tobiæ. 4. 1

iſtis

sis internis (vt S. Bonauentura aduertit) deceptio subesse potest, si tribuatur Spiritui sancto, quod Spiritus ac desiderij nostri est proprium, proueniens à vehementi nostra apprehensione. Quare non est fides illis facilè adhibenda, nisi examinẽtur prius per doctrinam & regulas, inferius tradendas. Processu religion. c. 19.

NVNC sufficiat nobis vnà regula ad coniecturam faciendam, quænam Oratio sit exaudita: quæ regula deducitur ex his, quę dicit S. Ambrosius, cum declarat quæ res concurrant ad Orationem, iuxta Christi D.N. sententiam, dicentis: p *Si duo vel tres ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo.* Qui (inquit) sunt isti duo aut tres, nisi corpus & anima & Spiritus S. Quando itaque anima, colligit omnes sua potentias interiores, intra penetrale sui cordis, vt oret Patrem suum in abscondito, non fine aliquo minus recto & inani corpusque, sucs etiam colligens sensus externos, animæ coniungitur ad orandum sicut oportet; tum Spiritus ipse S. accedens inspirat hanc vnitionem cum animo quieto & pacato, vt efficaciter & feruenter orent: signum est, adesse ibi ipsũmet Christum, in medio horum trium, & suã authoritatem adhibere, vt talis oratio exaudiatur. O felicem vnionem, in qua tot conueniunt, ad simul orandum æternum Patrem? Quid maius desiderari, aut efficacius proponi potest? O anima mea coniunge tuas facultates, collige tuos sensus, coniungere diuino spiritui, & 4. De Instit. Virgin. c. 1. & 2.

p Matt. 18. 19

q Psal.36.4. ritus, & vnire Iesu Christo filio Dei viui, vt
ratio tua, ab æterno eius Patre acceptetur: o
lectare in Domino, (vt ait Dauid) *& dabit t*
petitiones cordis tui: Si enim ei placere tibi
iucundũ; erit & ipsi, tuam orationẽ exau

§. 3.

De causis diffidentiæ.

EX HIS quæ hactenus diximus, licet co-
ligere causas, quæ vel minuunt, vel aufe-
runt confidentiam in Oratione; ac pro-
inde impediunt, quo minus exaudiatur.

PRIMVM .n. damnũ hoc adfert quæcun-
culpa, dissoluens vnionẽ cum Christo, & sa-
ctissima eius voluntate, in eius præceptis e-
pressa; tunc præcipuè, cum actu complacet si-

a Ioan.3 21. quis in ea, aut rebellis est legi, aut a *reprehen-*
dit eum cor; nec tamen adhibetur remedium.

Lib 10. Mor. c.11. Tale .n. genus culparum (vt ait S. Gregorius)
cor ita deijcit, vt non ita confidenter petat, v
mereatur exaudiri. Quamobrẽ dixit Dauid:

b Psal. 65. 8 *Iniquitatem si aspexi in corde meo*, eius me a
ctu oblectando, *non exaudiet Dominus*. Et Sa-

c Prou. 28 9 piẽs: c *Qui declinat aures suas, ne audiat legem*
Oratio eius erit execrabilis. Si .n. tu non red
Deo, quod ipse petit, quomodo confides, ips
tibi daturum quod petis? Rectum est .n. quo
Deus aures suas obturet, ne audiat oration
eius, qui instar surdi aspidis, suas obturat pert
naciter, ne diuinas audiat admonitiones. Et a-

d Iob. 35. 12. pud Iob dicitur: d *Ibi Clamabunt impij, & no-*
exa

exaudiet, propter superbiam ipsorum. Non ergo frustra audiet Deus & omnipotens causas singulorum intuebitur, qui temerè sine fiducia & voluntate faciendi, quod ille iubet, aliquid abeo petit. Et in eodẽ sensu verũ est, quod dixit cæc⁹ ille Euangelicus. e *Scimus quia peccatores Deus non audit* qui videlicet de suis peccatis gloriantur, Deũq; propter illa contemnunt, si quis autem desiderat peccata sua deserere; & reliqua adhubet, quæ ad benè petendum sunt necessaria, Deus non despiciet eius orationem

e Ioan. 9. 13

Deinde etiam illa culpa, quæ dissoluit vnionem cum proximo, multum nocet debitæ fiduciæ. Nam per repercussionem etiam, lædit vnionem cum ipso Christo, qui dixit: f *cum stabitis ad orandũ, dimittite, si quid habetis adversus aliquem: vt & Pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra: Quod si vos non dimiseritis; nec pater vester dimittet vobis.* Ea re nobis significans, fiduciam impetrandi remissionem, quam petimus, inniti ei, quam nos nostris proximis concedimus. Et quomodo poteris sperare Deum exauditurum, quod petis in nomine Christi; si tu non audis proximum tuum, aut pauperem petentem aliquid in eodem nomine? g *eadem quippe mensura, qua mensus fueris* proximũ indigentẽ, *remetietur* tibi in tua necessitate clamanti. Purga itaque animam tuam ab omni culpa, & mox crescet fiducia tua. Sic enim est apud Iob: h *si iniquitatem, quæ est in manu tua abstuleris à te,*

f Marc. 11. 25

g Luc. 11. 38

h Iob. 11. 14.

tunc

X SPIRI
PONTE

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tunc leuare poteris faciem tuam, absque ma-
la & pudore, *& stabilis eris, & non timebis*
poterisque in Dei conspectu confidenter o-
re. Attende itaque quicquid Deus in corde t-
reprobare potest, cum oras; illudque à te
moue, ne culpa, quæ te reprehendit, timid-
rem reddat ac retardet: audi tu Deum, vt te
us exaudiat. Citius enim (ait S. Augustin-
exaudit Deus vel vnam obedientis Oratio-
quam decem millia inobedientium. Et
magis obediens fueris Dei præceptis; eò
Eusebius Nicænus) erit Deus magis obedi-
tuis orationibus. Obedientia enim plurim-
auget fiduciam.

S. Gregorius in eundem locum.

Lib. de opere Monarch. c. 17.

Homil 3. ad Monach.

PRAETER hæc, alia diffidentia (ait S. B-
nardus) locum in nobis habet, eò quod in
obsequio tyrones simus; aut fuerimus va-
tepidi. tyronum enim vnio cum Christo &
bedientia, quia recens est; ac propterea
suæ fidelitatis magna indicia non dederu-
mirum non est, si non sentiant in se quasi
gnus quoddam ad fiduciam adeò sublimem
que illi, qui sunt antiqui domestici in do-
Dei, diu constanterque serui erunt. Qui a-
tem sunt antiqui in eadem domo, remissio
tamen ac tepidiores fuerunt in obsequio d-
no; illis tepiditas valde minuit fiduciam,
dedisset antiquitas. Antiqui autem & feruen-
tes, i *sunt* (vt ait Apostolus) *domus Christi*
qua ipse habitat, *retinentq; fiduciam & glori-*
spei firmam vsq; ad finem. Fidelia enim &
qua seruitia, magnum illis pignus adferunt,

Serm. 10. in Cant.

i Hebræ. 3. 6.

glori-

glorientur de spe, quam in Deum habent; cũ quo opera faciunt stupenda, suisque orationibus impetrant, quod multa millia hominum cupidorum non possent impetrare. Talis erat Elias ille, cuius oratio, instar erat clauis cæli vt pluuiam daret, aut non daret, de quo S. Iacobus ait: *Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam.* In quo apparet, quantus fuerit eius feruor in vita. Similitudo ergo naturæ nos inuitat vt eius imitemur feruorem, quò impetrare possimus bonum confidentiæ eius & orationis efficacitatem. *Multum enim* (ait idem Apostolus) *valet oratio iusti assidua.* Et quò quis fuerit iustior, eò erit eius oratio potentior, si eodem quo cœpit feruore perseueret, donec illa exaudiatur. Verum multo erit melius, conijcere oculos in Iustum Iustorum Christum Iesum: qui non contentus quod orationis constantiam verbis grauissimis doceret, adiecit quoque exempla eius efficacissima. Siquidem in horto Gethsemani, cum summa fiducia & spiritus feruore Patrem suum orauit; & cum primum non fuisset exauditus, secundò & tertio rediit, perseuerando in singulis orationib. longo tempore; & in vltima eousque feruorem auxit, vt præ m *agonia, guttas sanguinis sudauerit*, nec ab orando destiterit, donec cœlestis pater *Angelum* mitteret, *qui ipsum confortaret*. Si igitur hoc modo tu[s] orat Seruator

3. Reg. 17. 1.

Iacobi 5. 17.

n Luc. 22. 4

qui non tam pro sua, quam pro tua necessit
orabat, nec tam pro suo commodo, quá proc
exemplo, in Oratione perseuerabat, quome
decet te orare, & in orando perseuerare, do
veniat è cœlo fauor & gratia, quam petis
li, (inquit S. Basilius) conqueri, si non ex
dieris; tua est enim culpa, eò quod malè pe
absq; fiducia scilicet, aut valde tepidè, a
tibi non expdit, aut non perseueranter, &
mittendo feruorem, quo tempore petitio
tuam fuisses obtenturus. Pete itaq; quod pe
dum est: pete confidenter, feruenter, ac pe
ueranter, sicut Deus vult; & nisi te audier
veni & argue eum. O Deus æterne, qui
nos orare, & ad id inspirationibus tuis per
ues, ob summorum desiderium, quo te
nos audiendi de me ipso conqueror: quand
me nõ audis, de te nõ est, q; conquerar me
culpa, o *si petas nõ accipies, eò quod malè pe*
Moue me Domine efficaciter, ad ita pet
dum, sicut iubes, vt me ita audias, si
cut offers te audi
turum.

Lib. de constit. Monast. c. 1

S. Thom. 2. 2. q. 83. a. 15. ad 2.

a Isai. 1. 18.

o Iacob. 4. 3.

CAPVT. XVII.

Lacrymas solere comitari Orationem & à variis spiritibus prouenire, & quæ ratio illas impetrandi eisq; vtendi.

NIHIL in scriptura sacra frequẽtiꝰ inuenitur, quã Societas orationis cũ lacrymis, quas adeo extollit, vt eis tribuat, q̃ oratio exaudiatur. Nã. n. Angelꝰ dixit Tobiæ; a *Quãdo orabas cũ lacrymis, ego obtuli orationẽ tuam Domino.* Et ipse Deꝰ Regi Ezechiæ dixit: b *audiui orationẽ tuam, & vidi lacrymas tuas*, & alia lectio habet. Vidi lacrymã tuã: vt significaret, primã lacrymã, quæ ex Regis oculis fluxit, Dei cor emolliuisse, vt ægrotantẽ *sanaret, & quindecim annos eius diebus adderet.* Et de ipso Seruatore nostro ait Apostolus, q̃ c *in dieb. carnis* & mortalitatis *suæ, preces supplicationesq; cũ clamore valido & lacrymis offerebat*: petitionib. suis adinugens inflamatũ cordis affectũ, q̃ est validꝰ clamor; & lacrymas, quæ in illo affectu, fluebant ex oculis vt hoc suo exemplo nos doceret, quos comites oporteat nos orationi nostræ adhibere, si velimus eam exaudiri.

a Tob. 12. 12.
b 4 Reg. 20. b Isa. 38. 5.
c Hebr. 5. 7.

1.

AD CVIVS declarationẽ est aduertẽdum: lacrymas prouenire posse à varijs spiritibus in corde nostro prædominãtibus, alijs bonis, alijs malis: ac proinde lacrymas ex se indifferẽtes eẽ,

posse nos & benè & malè eis in oratione, extra illam vti. *Primum* enim lacrymæ fi re solent ex naturali complexione, humid ac tenera, vt appareat in fœminis & infant & in quibusdam viris, qui commiserationis fectu facilè afficiũtur, facilcq; flent, si quid ste audiant, videãt, aut sibi imaginẽtur. Et uis hæc constitutio naturalis, apta sit ad or onis ac deuotionis exercitia: lacrymæ tam quæ ab ea oriuntur, bonis & malis sunt cõ

dMatt.5. 45. nes. d *Deus* enim D.N. vt *pluit super iniu- iniustos.* ita concedit hanc pluuiam lacry rum, vt possint eis bene vti, ad salutem co

cap 8. quendam: quamuis sine illis possint illam c sequi. Nam, vt supra diximus, sensibilis de tio non est tibi necessaria, vt peruenias in lum, nec vt perfectus euadas: & lacrymar bundantia, non facit hominem Sanctum, nec inopia peccatorem. Quamuis enim e rior hæc irrigatio iuuet, vt terra cordis stri proferat suos bonos fructus: potest e sola interiori, eosdẽ proferre, & maximè lacrymarum irrigatio, quamuis detur ad ducendos fructus benedictionis, interdũ culpâ nostrâ fit, vt potius proferat spinas catorum, & fructus maledictionis. *Sunt* liæ lacrymæ, quæ procedũt ab Spiritu D nis, ipsos corporis humores cõmouentes, pernicioſos eius fines eos adhibentis. ex maledicta suggestione, qui teneriores fle quæ sunt constitutionis, ea vtuntur per hy crisin aut fictionem in malum aut vanum fi

quem desiderant. Sicut impius ille e *Ismael*, vt deciperet *octoginta viros*, qui in habitu pœnitentiũ veniebant cũ muneribus, vt *offerrent in Domo Domini*, egressus in occursum eorũ plorabat, sicut ipsi, fingensq; se illorũ amicũ, ac deducere velle ad Sacerdotẽ, *illos in media ciuitate interfecit*: iuxta illud Ecclesiastici: f *in oculis suis lacrymatur inimicus*: & *si inuenerit tempus, non satiabitur* bibendo tuum *sanguinẽ*. Et quid aliud est, Ismaelẽ plorare cũ plorãtib. vt eos interficiat, nisi Dæmonem induere spirituum lacrymarum, cum habentibus complexionẽ ad eas aptam, vt hac sanctitatis specie, velut esca deceptos, detineat interdum in vita deprauata, aut in falsa doctrina, sicut emollit corda multorum hæreticorum & aliorum peruersorum hominum, vt sibi persuadeant, se à recta via non aberrare: Interdum vero eos inducat ad quærendum honorem ex sanctitate, quã reuera non habent: sicut g *Hypocritæ faciunt qui exterminant facies suas*, & incedunt tristes, vt *appareant hominibus ieiunantes*, & pœnitentes; magnaq; suspiria cũ lacrymis trahunt, quò Sancti habeantur.

c Ierc. 41. 6.

f Eccl. 12. 16.

g Matt. 6. 16.

His affines sunt illorum lacrymæ, qui tantum flent, ob rerum temporalium defectum, quem sustinent; aut propter miserias & calamitates, quæ illis eueniunt non dirigentes intentionis suæ oculos ad bona aut mala animæ: licet interdum existiment, se sua peccata deflere; cum tamen non illa, sed iacturam aut ignominiam ex eis ortam defleant, sicut h *Esau*:

h Heb. 12. 17.

de quo Apostolus, quod *non inuenerit pœnitentiæ locum, quanquam cum lacrymis eam inquisiuisset* non enim flebat amissam benedictionem paternam, nisi ob temporale damnum, quod ea iactura præsentiebat. Et tales sunt lacrymæ, cum quibus multi filij huius seculi orant, ut à Deo petunt vindictam de suis inimicis, aut licem in rebus vanis & terrenis, quas quærunt euentum: flētes mala corporis, obliti flere mala Spiritus; Horum lacrymas possumus comparare illis, quas Propheta Micheas, appe- i *plāctum velut draconum, & luctum quasi struthionum.* Hi enim miserrimi, habent durissima viscera instar struthionum, ad sentiendum a mæ detrimenta; cum tamen tenerrima habe ad deflenda mala corporis, & cum sint asp ac instar Draconum feri cōtra suos proxim flent, si ab eis vincantur. Sicut etiam Dracon quando superantur ab Elephantis; & struthi nes, quando punguntur ab spinis, quæ sunt ca nidos ipsorum. Sed horum lacrymæ ind gnæ sunt, quæ à Deo exaudiantur; aut eum commiserationem permoueant: qui non externa eorum respicit, quam internorum ritiem, & serpentinam crudelitatem, à qua læ procedunt. Mutent ergo ipsi cor suum, motiuum suarum lacrymarum, & mox à Deo exaudientur.

i Mich. 1. 8. Hyero. ibi, vide Ribe-cam.

§. 1

§. 1.

De lacrymis spiritus boni.

His ergo omissis lacrymis, ad eas veniamus, quæ à bono Spiritu proueniunt, ipsamq; orationem, quam comitantur, feruentem, Deoq; placentem reddunt, cor emolliendo, non solum ob externam speciẽ quã habent, sed præcipuè ob radicem optimam; ex qua procedunt, spiritu scilicet Sãcto, cuius est, nostros mouere & inducere ad orandũ, & a *postulandum gemitibus* & lacrymis *me narrabilibus*; Tales eorum animis considerationes imprimendo, quibus eorũ cor emolliatur, & pijs affectib. quodãmodo tenerescat, cuius indiciũ sunt dulces oculorum lacrymæ, quæ intercedut pro ipso Orante, tanquã testes viuę attentionis ipsius animæ, & feruentis affectus Spiritus. Et quamuis certum sit, Spiritum Sanct. vt supra de substantiali deuotione est dictum, hoc donum lacrymarum præcipuè infundere tanquam superiorem causam, b *pluuiam volũtariam segregantem hæreditati suæ*; vt illam irriget; stupendo quodã modo, ipsa c *fulgura in pluuiã faciat*, ignem. s. affectuũ, in aquã lacrymarũ cõuertẽs. Et nihilominus quisq; tanq; caã 2dã & inferior, hanc irrigationẽ procurare, varijsq; meditationib. ignẽ hũc accẽdere, q cõuertatur in torrẽtes copiosarũ lacrymarũ. Et sicut hæ cõsiderationes & affectus interni sunt multiplices: ita sunt varij modi lacrymarum : ad quæ duo

a Rom. 8. 26.

b Psal. 67. 10.

c Psal. 134. 7.
d Hier. 10. 13.

Lib.3. Diolog.c.34 genera reduci possunt, adūbratæ (vt ait S.Gregorius) duabus illis irriguis terris, quas fi

d Iosue.15. 19. Caleb petijt à patre suo illeq; d*dedit ei irrig*

d Iudic.1.15. *superius & inferius*: quorum supra fecim' m

cap.11. tionem. Irriguum superius sunt lacrymæ, q ex affectibus amoris, in consideratione rerū periorum cœlestium ac Diuinarum: sicut aquam ex superiore loco deducit, aut fu è cœlo descendere. Irriguum inferius sunt crymæ timoris ac tristitiæ, ex consideratio miseriarū ortæ, quæ intra nos sunt, aut nos cumdant, & pernicie minantur. sicut qui pe fodiēs, aquā ex terra haurit, Quod si vtraq; consideratio à diuino Spiritu excitata, ueniat, vt cor humanū oppugnet: quantūvis lud, lapidis instar sit durissimū, deducent e fontes lacrymarū, quib⁹ veluti tenereſcat.

e Nume. 20 11. cut e *Moyses percutiēs virga bis silicē egressa*

e Psal 77.16. *aquæ largissimæ*. Sed id nec virtute lapidis,

e Exod.17.6. vi virgæ, sed Dei omnipotentia, & virtute e cis Christi, quē illa referebat, euenit. Cum ritis duplex irriguū illud impetrabim⁹ cū q q; fontib. lacrymarū, qui quinq; ipsi⁹ vulne respōdent. Primę sed min⁹ perfectę sunt ob porales miserias, quas patimur, in eo gradu licitū est, & sanctū, orare ac petere earū re diū. Et hæ solent esse copiosiores, eo quod tura simul & gratia conueniant, ad eas pre candas: sicut apparuit in Anna Samuelis m

f 1.Reg.1,10. de qua refert Scriptura, q⁹ *cū esset amaro m⁹, orauit ad Dominū fles largiter*, His lacryorauit Tobias, Sara eius nurus, Iudith, &

Sanc

petentes subsidium in malis temporalibus; animo tamen spiritualia damna reparandi quibus illa alia proueniebant. Aliæ lacrymæ (teste Cassiano) proueniunt ex dolore peccatorum, expressæ interdum ob timorem & & considerationem inferni, aut tremendi Iudicij, quod nos manet: sicut Dauid *giram timens diuinæ indignationis, cinerem tanquam panem manducabat, & potum suum cum fletu miscebat.* Et ita Deum orabat dicens: h *Saluũ me fac Domine propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi: laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* O quam illæ copiosæ fuerunt, quæ sufficiebant lauare & rigare lectum? O quam vehementia motiua habuerunt, quæ in ipsa lecti quiete effundebãtur? O quam fuerunt infixæ, & in corde radicata, quæ singulis noctibus renouata, ad flendum permouebant, in tanta abundantia & amaritudine? Disce itaque orare, & hoc modo flere, si vis iram diuinæ iustitiæ placare.

Col. 9. c. 18

g Psa. 101. 20

h Psal. 6. 7

Aliae lacrymæ, quæ nascuntur ex peccatis, exprimuntur ab amore, cum consideratione diuinarum misericordiarum: eò quod largitorem earum offenderint. Tales fuerunt eiusdem Dauidis lacrymæ, dicentis: i *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* & non fuerunt minus copiosæ lacrymæ Magdalenæ, quibus k *rigauit pedes Christi Domini*: quæ tacens orat, quia

i Ps. 118. 136

k Luc. 7. 38

lachrymæ pro ipsa loquebantur; & remissi-
nem impetrarunt grauium peccatorum, q
à magno amore procedebant; Nec fuer
l Luc.22. 6. minores lacrymę S. Petri, l *qui fleuit amare*
quod suum Magistrum negasset: Quin etiã
to tempore vitæ eius, gallus cantu suo ill
excitabat, ad orandum cum lacrymis; qui
guis diuini amoris, eum in eas dissoluebat.

3. ALIAE lacrymæ prodeunt ex compa
sione Christi nostri Seruatoris quib. illum
suis lacrymis comitemur; dolentes de ea
causa, nostris s. peccatis; ac de eius dolori
opprobrijs & cruciatibus, quos nostri ca
sustinuit, non sicut flebant filiæ Ierusalẽ, q
m Luc.23 28 ipse IESVS dixit: m *Nolite flere*. Quia
mana tantum compassione flebant: sed fi
fleuerit ipsa B. Virgo, cui erat nota filij su
nocentia, eius personæ dignitas infinita, ca
saq; horrendæ ipsius passionis ac mortis. Et
n Rom.12.15 quidem amor n *flet cum flentibus*, aspice Ch
stum crucifixum orantem & flentem pro
peccatis, & stude etiam tu pro eisdem ora
flere; gemens & suspirans, quod illum v
ita plorantem, & tanta patientem, conti
orationem & lacrymas tuas, orationi &
crymis eius, vt tuæ per illas admittantur.

4. ALIAE lachrymæ procedunt ex inte
cordis desiderio, videndi ipsum Deum, de
do hanc absentiam, & suspirando, vt sim
semper in dulci eius societate. Tales erant
o Psal. 41. 3. crymæ Dauidis, cùm diceret: o *Sitiuit am*
mea ad Deum fontem viuum: quando ven
C a

& apparebo ante faciem Dei mei? fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: vbi est Deus tuus? His quoque sunt similes, quæ prodeunt ex corde sentientis in hac vita Dei absentiam; ac desiderantis, sēper eum tenere secum, eo modo, quo ipse est cum suis electis. ideoque sicut p *Magdalena* cum lacrymis quærit Christum in sepulchro p Ioa. 20. 11.
sui cordis; nec à quærendo desistit, donec inueniat, non mortuum, sed viuentem: vt eius dulci conuersatione fruatur:

Denique aliæ lacrymæ procedunt ab in- 5.
flammata in proximum charitate, propter peccata scilicet vniuscuiusque, & nocumenta ac miserias eorum: atque si illæ essent propriæ, sicut q *Samuel lugebat Saulem*; Et Ieremias r *lacrymarum fontem desiderabat, vt ploraret die ac nocte pro suo populo*. Et s *Christus* D.N. in morte Lazari *lacrymatus est*: & propter mala, quæ t *ciuitati Ierusalem* imminebāt. Et Apost. v *cū lacrymis monebat*, & hortabatur Episcopos *vt attenderent sibi & vniuerso gregi*, cum quibus totius mundi conuersionem optabat. Hi sunt quinque præcipui fontes lacrymarum, quibus possis orationem tuam comitari, iuxta res petendas, & materiam de qua cum Deo D.N. ages: qui omnes fontes continentur in perfecto dono lacrymarum; quarum origo suprema est ipse Spiritus sanctus, qui nunc his, nunc illis facit nos ita orare, vt exaudiamur. Est enim ipsius Christi

q 1. Reg 15 35
r Ier. 9 1.
s Ioan. 11. 35
t Luc. 19. 41.
v Act. 20. 31

Domi-

Domini verbum infallibile, x *beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur*: non solùm in futura vita, sed etiam in hac: quia impetrat quæ petunt in sua oratione. Nam sicut Iacob (ut supra est dictum) luctans cum Angelo, lacrymis & precibus impetrauit eius benedictionem: Ita qui luctantur cum Deo oratione & lacrymis, impetrabunt eius benedictionem in tanta abundantia & acceleratione, vt inter ipsasmet lacrymas det illis Deus pignus quod sint exauditi. Sicut significauit Sara quæ cùm y *in oratione perstitisset cum lacrymis* surgens ab ea Deum glorificauit, quod *post tempestatem tranquillum faceret, & post lacrymationem & fletum exultationem infunderet*. Sicut post pluuiam apparere solet in cœlo z *arcus* trium colorum, quod est *signum* seretatis & *fœderis* quod iniit Deus cum hominibus, quod non *deleret aquis diluuij vniuersam carnem*: Ita post orationem, hac lacrymarum pluuia, remanet anima cum magna serenitate & pace, & cum certo pignore amicitiæ & fœderationis cum Deo, ob splendorem fidei, Spei & charitatis, quos in sua oratione exercuit, ex quo etiam oritur alia magna securitas, licet non absque aliquo timore, qui tamen eam reddit securiorem, quod non submergetur diluuio peccatorum, in quæ consueuit incidere. Qui enim adeò pretiosum donatur, si eò discretè & feruenter vtatur, seper fouebitur ab eo, qui donauit; vt constantissimus fiat in sanctitate.

x Mat. 5. 5.

c. 3.

y Thob. 3. 11. 22.

z Gen. 9 13.

§. 2. Qui

§. 2.

Quadam circa hoc donum documenta.

Quod si scire cupias media, ad præstãtissimum hoc donum impetrandum: cùm in primis est dictum, ipsammet orationem tantæ esse virtutis, vt sibi ipsi id impetrare possit, quo tãto perè indiget, dicẽs Deo D.N. *quod filia illa suo parenti, a Terram arentem dedisti mihi, da & irriguam aquis.* O supreme Pater, spiritus hic meus; ex seipso valdè est aridus, & sine aqua deuotionis & lacrymarum: da ergo mihi duplex irriguum, quod oritur ex timore sancto timore & amore. O mundi Saluator, in cuius corpore aperti fuerunt quinque fontes sanguinis, in meum remedium, per illos te oro, vt quinque fontes lacrymarum mihi largiaris, quos tuus diuinus spiritus amplectatur, vt cum illis ita orem, vt exaudiri merear & consolari. Amen.

a Iudic. 1. 15.

Sed quoniam hoc donum, eò quod sit gratuitum, non solet omnibus concedi, quia indiscretè aliqui vtentes eo in proprium detrimẽtum illud verterent, non est absolutè petendum, sed consueta illa conditione, & in eo gradu, quo nobis erit conueniens: relinquẽdo prouidentiæ diuinæ, vt id faciat, quod sit ad maiorem eius gloriam futurum. Nec tamen propterea desistẽdũ nobis est ex parte nostra, quin eas considerationes affectusque adhibeamus, ex quibus lacrymæ excitantur. Est enim

nobis

nobis non incumbat flere in oratione, nisi
tamẽ causam & motiuũ, vnde luctus proce
adhibere. Sicut nec nostrũ est cõsolationẽ
sibilem in eadem oratione habere: per
tamen ad nos cãusam & motiuũ non negli
ex quo illa procedat, licet non cũ anxietat
lius consequendæ. Magnus. n. affectus lacry
di, causa erit sæpiùs, cur illas non impe
Quare corde quodã quieto & resignato, p
momenti in lacrymarũ motiuo colloc re fi
deas, quã in ipsis lacrymis. Nã qm̃do nõ est
rendus honor; sed virtus, ex qua ille cõsur
& ea, vt oportet, quæsita, honor etiã nobis
quærentibus, subsequitur. Eodem modo, qu
rens substantialẽ deuotionem, lacrymæ sub
quentur, etiãsi illas nõ quæras. Quod si D
cœperit, cor tuũ emollire; ne sis cõtentus
aliqua pluuia, quæ puluerem tantũ extingu
solãq; terræ faciẽ rigat, nec vlterius penetr
nec terra illã imbibit sed vda tãtũ manet.
ut. n. hæc parui momẽti est ad hoc vt terra
ctũ ꝓducat; sic leues lacrymæ ex bono al
affectu qui repẽtè sentitur, & mox transit, p
solent efficere: nisi in ea consideratione, q
illas excitauit, profundiùs fodias, vt pluuia
copiosior, quæ b *terrã* tui cordis *inebriet*, ꝛ
adferat saturi atẽ, q̃ illa desiderat. Memento
oculos Sponsæ Christi comparari fontibus
piscinis in Hesebon, quod significat (S. Ambr.
S. Greg. testib.) cogitationes puras, aut trist
cingulum: vt intelligamus, sponsæ oculos
bere esse tanquã duos fontes copiosissimar

b Ps. 64. 10

ẽ Cant. 7. 4

Serm. 16 in Psal. 118. in Cant. 3.

lacry

lacrymarum, quæ oriuntur ex sanctis eius cogitationibus, ligatis & collectis per feruentes effectus tristitiæ & compassionis, vti dictum est. Quod si Deus Dominus noster hos lacrymarum fontes tibi concesserit, vtere illis moderatè: nimius n. vsus non solũ corpori, sed ipsi quoq; spiritui nocet. Vidi (inquit S. Ioan. Clim. quotdã nimium flentes, qui adeò pectus suũ feriebant, vt sanguis per os exiret & memor fui prophetæ dicentis: d *percussus sum vt fœnũ, & aruit cor meũ*. Quasi diceret ob nimiũ fletũ eo deueni, vt arescerẽ, sicut fœnũ, q̃ nimius æstus omni virore & humore priuauit. S. ité Bonauent. ait omninò expedire, vti moderatè gratia deuotionis, q̃ndo corpus est debile; ne nobis eueniat, q̃ ait Psalm. d *Defecit caro mea & cor meum*. Quasi diceret: defecit fortitudo corporis; & propterea est etiã imminuta fortitudo spiritus, & qui nimium intendit, vt sensibilẽ deuotionẽ acquirat, eò deuenit, vt amittat substãtialẽ, q̃nę alteri prę̃stat.

Gradu 7. in fine:

d Psal. 101. 5

Da processu 7. Reli. c. 21.

d Psal. 72. 26

EODEM modo vitãda sunt etiã duo alia extrema. Alterũ nimiæ cõplacentiæ & arrogantiæ, ob donum hoc lacrymarum, vt si illo meritaris tuã sanctitatẽ & familiaritatẽ cũ Deo: valdè tibi cõplacens, q̃ in oratione diu fleueris; & propterea spernas eos, qui hoc donum non habent, tanquã homines imperfectos, & Deo nec familiares nec charos: ex quo magnã occasionẽ accipit dęmõ, excitãdi huiusmodi homnib. fouẽdiq; lacrymas in locis publicis vt ita ipsi ab alijs laudati magis insolescant.

S. Ioan. Climach. sup.

Quam-

Quamobrem meritò Deus ſubtrahit illis
donũ, qui mox in alterum puſillanimitatis
diffidentiæ extremum incidunt, iudicant
iam de tota ſua deuotione actum; quia deſi
lis hæc refocillatio. Cui ſi in ſua deuotio
præcipue innitantur; ita eis euenier, ſicut p
tis, quotidianæ irrigationi aſſuetis; quæ, ſi
vno die illis ſubtrahatur, ſtatim marcelcunt
paulatim exſiccantur: Ita inquam, ſi tuam o
tionem ac deuotionem huic lacrymarum i
gationi adſtringas, illa deficiente abijcies
mum, & deuotio peribit. Quod ſi ita hoc
nuam lacrymarum conſeruare velis, vt vere
bi fructum afferat, neceſſe eſt, cum ea humi
tate & reſignatione illas poſſidere, vt ne
earum abundantia te faciat euaneſcere; nec
fectus animum abijcere; ſed tuam deuoti
nem & pietatem non in ſenſibilibus his lac
mis, ſed in deſiderio & promptitudi
ne exequendi voluntatem Dei,
ſicut ipſe volet, con-
ſtituere,

CAPVT XVIII.

DE VSV VOCALIS ORATIONIS cum attentione & spiritu: & quod ex triplici attentione illa sit optima, qua Dei præsentiam respicit.

QVAMVIS oratio & familiaritas cum Deo, de qua hactenus diximus, præcipuè sit actio spiritus, & facultatum eius internarum, sine quibus nec essentia Orationis consistit, nec momentum aliquod habet: Nihilominus addimus externa verba, vocalem orationem mentali cõiungentes, non quòd Deus nos audiat, sed ob alios fines & vtilitates; præcipuè verò in quatuor casibus, quos S. Thomas indicat. 2.2.q.83.a.12

PRIMVS est, quando oratio est communis, fitque nomine Ecclesiæ, aut ex eius præcepto. Quia enim illa est visibilis, & ex multis fidelibus aggregata; docet, eius orationem esse quoque sensibilem, quam omnes possint audire, & alij alios in ea iuuare. Ideoque minister Ecclesiæ non satisfaciet eius præcepto, si mentaliter tantum diuinum officium persoluat. 1.

SECVNDVS casus est, quando volumus 2.

offerre Deo D N. integrum aliquod nostr
ipsorum sacrificium, animæ.s.& corporis
vtrumque est ipsius; præsertim cùm illud
nostris peccatis offerimus. Nam cum or
ipsa sit satisfactoria pro peccatis, ad eam
tisfactionem multum conducit labor co
ralis, qui in orando vocaliter suscipitur.
2 Ose.14.3. enim offeruntur Deo (vt ait Oseas) a
labiorum nostrorum, orationes.s. vocales;
pœnas nostris culpis debitas exsoluant,
olim vituli pro eis offerebantur.

3. TERTIVS casus est, quando hæc verba
instrumenta ad internam animæ deuotio
Epist. 121. ad Probam. exacuendam. Sũt enim multi (vt ait S. Aug
qui verbis, gemitibus, & externis alijs
ad augendum sanctum desiderium & co
feruorem, seipsos excitant, vt cum spiritu
rent. Quamuis, si quis hoc exteriori
distraheretur ab interiori deuotione, déb
potius (vt aduertit sanctus Thomas) illu
mittere quando seorsim & priuatim, &
priæ deuotionis commodo orat. Nequec
decet, quod plus est amittere, propter id,
est minus; aut quod est principale, propter
cessorium.

4. QVARTVS casus est, quando abunda
feruoris interni erumpit in ipsa verba. Sic
liquando in suspiria, gemitus, & alia exte
Lib.2.c.10. signa, idque interdum tanta vi (vt notat
sian.) vt non possint se continere; quemad
vas ad ignem positum, si bulliat, crepat,
aliquid per os effundat; iuxta illud Dani

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea deuotione, *& labijs exultationis laudabit os meum.* Et iterum c *prouidebam Dominum in conspectu meo semper; &* propter hoc, *lætatum est cor meum & exultauit lingua mea* cantando scilicet eius laudes. b Psal 62.6

c Psal.15.8.

Ex hoc fit (vt docet S. Bonauent.) quod duo sint modi orationis Vocalis; *Alter* qui oritur ab ipsa mentali, & feruore spiritus per verba, quæ ipse orans, extempore componit & digerit: quibus internum suum sensum ostendit, proferens linguæ id, quod interius Deo in corde dicebat; interdum cum aliquo ordine; interdum sine illo, vtens aliquibus verbis Scripturæ aut Ecclesiæ sibi occurrentibus interno suo sensui similibus; & hæc oratio attentior & efficacior esse solet, sed prolixior esse non potest, quia multum defatigat, ob affectus, quo prodit, vehementiam; nec est in nostra potestate illam habere. *Alter* modus est ordinarius, cùm scilicet leguntur Psalmi, Hymni, aut orationes, quibus Ecclesiæ in officio diuino, aut in sacro Missæ vtitur, quæ altissimum continent orationis Spiritum. Si enim diligenter attendatur, Dauid in suis Psalmis, & Ecclesia in Hymnis & orationibus, ferè semper loquuntur cum ipsomet Deo, ad quē sua colloquia dirigunt; nec tamen in omnibus aliquid ab eo petitur; sed vel ipse ob sua magnalia laudatur, & inuitātur creaturæ ad eius laudes decantandas; aut commemorando eius beneficia, gratiæ pro illis aguntur; aut miseriæ nostræ In professu 7. Relig. c. 3.

ſtræ & culpæ proponuntur, quarum pet
venia & r emedium; nouæ denique gratiæ,
ductis rationibus & titulis ad eum permou
dum, vt illas concedat; adhibitis etiam
interceſſoribus, ſicut eſt dictum de orat
mẽtali. Quod ſi frui velis ſpiritu, in ipſis p
mis & orationibus latente: neceſſe eſt ad
internam attentionem adiungere, ita vt
lectu attendas ad id, quod ore loqueris, &
cis. Si enim ſponte ad alia digrediaris, d
tua fiet tibi in peccatum: & cùm Deum pl
vis, (ait S. Baſilius) prouocas potius ad
gnationem, ob exiguam tuam reuerenti
Quia dum loqueris cum Domino tantę
ſtatis, eo inciuiliter relicto, conuertiste
gendum cum creaturis, cogitationes re
inutiliũ, aut à loco & propoſito tuo aliene
mittendo; ideoque obijcere tibi poteri
Iſaiæ: *appropinquat populus iſte ore ſuo, &
bijs ſuis glorificat me: cor autem eius longe
me*: ſiquidem, dum orat, meque laudat, no
tendit, me eſſe præſentem; nec ſe mecum
qui, nec quid dicat. Ac proinde, cùm hoc
oras, omnes orationis fructus amittis, nec
petrabis quod petis. Deus enim non lin
ſed cordis, quod illam comitatur, petiti
audit, &, vt S. Cyprianus perpendit, *qua
te à Deo audiri poſtulas, qui teipſum non au
nec, quid dicas, attendis?* & vniuerſim vera
S. Gregorij regula: quod Deus non audia
rationem, cui ipſe orans non attendit. Si e
tua ignauia tanta eſt, vt tu ipſe non attend

d Pſal. 108. 7.

n inſtit. ad vitam per fectam. S. Chryſ. l. de orando Deo circa mediũ & Hom. 79. ad pop.

: Iſa. 29. 13

De orat. Dominn. non longè à fine

Refert S. hom. 22. q 93. a. 13.

quid dicas, meritò Deus te puniet, non attendens ad id, quod proponis; vt scilicet, quod tuus, approbet; aut concedat, quod petis: cùm non petas, sicut homo vsum rationis habens; sed sicut peteret psittacus aliquis, qui ea dè verbo proferens, neq; intendit, neq; attendit ad illa. Ideoq; tali modo orationis non impletur obligationem ex præcepto aut voto, cui es obstrictus. Quamobrem dixit Eccles. f *ne iteres verbum in oratione tua*. atque si diceret. Ita ore tuo ne opus sit repetere orationem, vt admissa in ea culpa tibi condonetur, aut ad implendã obligationem, eam dicendi. f Eccl 7. 15

§. 1.

HANC attentionem adeò necessariam, vt oratio non conuertatur tibi in peccatum, debes minimum initio eius adhibere: & statuere, illam quantum in te erit, continuare, quamdiu durauerit. Quod si euenerit, vt cor tuum, quod orare tecum incœpit, attendens quid faceret, repentè & in medio itinere te a *derelinquat*, sicut dicebat Dauid, ac dirigendo ad aliquid aliud, te inuito, permittat, linguam orare solam, non erit tuum peccatum: quin potiùs (vt idem Basilius dixit) Dominus, cum quo loqui cœperas, compatietur tibi, eo quod non ex negligentia, sed ex infirmitate non assistas eius præsentiæ, vt par esset. Quod si talem intentionem initio adhibueris, quamuis non semper actu illam habeas, censeberis tamen attentus esse, attentione, a Psal. 39. 13

quam virtualem appellant, quæ sufficient ad impetrandos tres præcipuos orationis fr ctus, *meritum*, videlicet nouorum gradu gratiæ & gloriæ, *satisfactionem* pro tuis pe catis: & *impetrationem* eorum, quæ petis do adsint etiam reliquæ conditiones, ad fructus percipiendos necessariæ. quâuis tum fructum non obtineas, quem S. Thom

Supra. *ritualem r flectionem*, & spiritus alimenti cat, cum spirituali lætitia, & interna cordis spiratione ad opera vi tutum.

QVAMOBREM Apost. dixit: *si orem*

1. Cor. 14. 14. *gua, spiritus meus orat; mens autem mea fructu est.* Quasi dicat: (vt S. Thom. interp tatur.) Qui lingua tantum orat, aut quia g rus est, nec intelligit quæ legit; aut quia uitus distrahitur, vt non attendat quid dic hic etiam spiritu orare censetur, strepitus licet, quem illa verba habent; & fortè me tur ab spiritu bono, qui in ipso, & per ip orat supplente Spiritu S. naturalem spir defectum; vt meritum habeat ex oratione tisfaciat obligationi suæ, & impetret q petet, mens autem, quæ est pars animæ rior, sine fructu manet: hoc est sine illa deuotionis, quam recipere solet, qui orat tè, scienséque quid faciat: ideo addit idem post. *orabo spiritu, orabo & mente*, verbo licet, & interna ad illud attentione, cum ni cordis mei affectu, vt abundantius fiam ticeps omnium quatuor fructuum oratio Nam sic orando meritum erit maius, fa

tuo certior, impetratio efficacior, & spiritualis portio multò copiosior; exhilarante Deo & corpus, & spiritum, cum omnibus suis potentijs, vt attendant, quid agant. Hoc modo orabat Dauid, cùm peteret, *exaudiri à Domino*: c Pſ.117.145. allegans ad id impetrandũ, *quod clamaret in toto corde suo*, coniungens videlicet linguam, imaginationem, & spiritum totũ, ac mentẽ & omnia intenta habens ad id, quod orabat, absque vlla ad aliquid aliud digressione. Dignus est autem qui audiatur, quicunque feruenti ideò affectu orat.

Hinc fit, vt possimus distinguere tres modos vocalis orationis. *Quædam* enim fit ore tantum sine corde: & hæc non solùm infructuosa est, sed etiam noxia: quia fit cum peccatõ.

Altera fit quidem etiam corde, sed diuiso, quia incipit bono corde, sed mox digreditur ac repescit. Ideoque illi respondebit fructus etiam diuisus, & non integer, sicut est dictum.

Tertia fit ex toto corde & integrè, incipiendo scilicet & progrediendo cum magna attentione & feruenti affectu: Et hæc totum & integrum fructum consequitur, quamuis (vt ait Augustinus) tales orationes raræ sint multis, crebræ paucis: omnia verò vtrum cuiquam, nescio. Magnus enim feruor ita continuatus, excedit statũ infirmæ nostræ naturæ, nisi extraordinaria gratia præueniatur. Quamobrem (ait idem Sanctus) antiqui Patres

Conc. 19. in Pſ. 118. Epiſt. 121. ad Probam c. 14. Caſſian. lib. 2. c. 10 & 11. Et collat. 9. c. 35. S. Chryſoſt. Hom. 79. ad pop.

experti magnam difficultatem in orando, lo
go tempore, continuè, attentè, & feruent
melius esse existimabant, sæpius in die ora
& semper breui tempore: eò quod feruor bre
ui tempore facilè; longo vero, difficilè conse
uetur. Et S Basilius: præstat parum orare &
nè; quam diu aliter. Non enim numero de
sed pondere, animiq; ardore vincitur. O ne
inuincibilis, qui finis te à nostris oration
vinci, concede mihi, vt meæ tales sint, in qu
attentionem & feruorem cum temporis d
turnitate, in eis coniungam.

§. 2.

SED quoniam cogimur interdum diu o
re; diuinum scilicet officiũ, multiq; fu
qui quod recitant, non intelligunt,
2.2.q 83.a.13 quod eruditi non sint; expedit declarare, p
attẽtionis gradus, quos S. Tho. ait, posse in
cali oratione adesse, ad fruendũ eius fructũ

1. PRIMA est attentio ad ipsa verba, ne in
proferendis erretur, omittendo aliquod,
vnum pro altero supponendo, aut præpo
ter dimidiata verba versus aut syllabas pro
rendo: in quo facilè impinges, si vel dili
ctè aut festinanter, animo citò pensum exi
uendi, ores. Hæc attentio est ita omni
necessaria, vt error in ea, cùm præuenire p
set, sit peccatum. Ideoque cum ea mora te
ris orare, eaq; pronuntiatione, vt hos defec
euites. Est tamen, vt idem S. obseruat, ex
mum contrarium fugiendum, eorũ, qui tan

ad

ſa externa verba attentionem adhibent, vt omnino impediant deuotionem, & guſtum interum: In quod extremum, facile incidunt valde ſcrupuloſi & anxij, ſed ſimul ignari. Sic enim eo le priuant, quod eſt in Oratione præſtantius, ponentes obicem Spiritui Sancto, ne illud ipſis communicet, quia faciunt ſe eius incapaces.

SECVNDA attentio eſt ad ſenſum verborum, vt, qui orat, fruatur Spiritu in eis latentę, quæ attentio, multum priori prętſtat, magisque delectat; eò quod verba Orationis, a *Spiritum & vitam* habeant: & (vt ait S. Bernardus) ſunt inſtar faui, qui & ceram habet, & mel intra illam; Cera eſt cortex exterior, mel verò interior Spiritus. Si verba proferas, non attendens ad eorum Spiritum, comedis ceram, ſine melle; quod eſt inſipidum, & permoleſtũ: quia *litera occidit, ſi abſq; ſpiritus condimento* glutiatur. Et ſicut, qui non præmanſum cibum deglutit, non percipit eius ſaporem, & exponit ſe periculo oppilationis: Ita cum oras multum ſine attẽtione, non deguſtas mel, quod latet in Oratione. *Cibus enim in ore, Pſalmus in corde ſapit*, & exponis te periculo faſtidij, & illam ob cruditatem omittendi. Stude ergo, dum oras, attendere ſpiritui & ſenſui verborum, comedens ſimul mel cum cera, oblectando & confortando te eius dulcedine; & cantando (vt inquit Dauid) Domino ſapienter, cum ſapore ſcilicet & guſtu cordis. Hæc attentio etſi optima ſit, non tamen poteſt omni-

2. a Ioan. 6. 64. Serm. 7. in Cant.

bus esse communis ; quia nó omnes verborum sensum intelligunt &, qui eum assequútur, limites quoq; excederent (vt ait idem S. Doctor) si nimium conatum adhiberent, ad ea intelligenda, quia sic se redderent inhabiles, ad percipiendũ eorum gustum internum. Et quoniam vnus & idem Psalmus, multa verba continet, quorum quædam ad dolorem, alia ad gaudium mouent ; quædam ad timorem, alia ad magnũ amorem, solet vnus horũ affectuum alterum impedire. Item quando eadem Oratio, sæpius repetitur, vt euenit in recitatione Rosarij : ipsa repetitio affert quoddam tædium, quia idem sensus & affectus sæpe repetitur.

3. PROPTER prædictas omnes causas, est multo præstantior tertia Attentio, quæ potest esse omnibus communis, absque primæ detrimento, conijciendo scilicet oculos animæ in ipsum Deum, ad quem Oratio dirigitur, & in cuius præsentia habetur, cum quo colloquimur, vt petamus, quæ verba illa significant, siue vt dicamus laudes, quæ eisdem verbis continentur. Et licet eadem non intelligas, nec adeo illis attendas : Satis erit ei attendere, qui illas intelligit, & qui finis est ipsius orationis, & eorum, quæ per illam quæris ; & hærere interim in eò amando, de eius bonitate & omnipotentia gaudendo, confidendo multum ipsius misericordiæ, propriam voluntatem ipsius voluntati & prouidentiæ resignando, & similibus alijs affectibus,

qui

qui ipsa verba eorumque sensum excedere solent: neque hoc impedit, quin tibi ipsi sis attendas, vt humilieris, & confundaris in præsentia Dei tui; & admireris, quod tam eam admittat. Sed, ne in hoc modo attentionis vlla sit deceptio, aduertendum est, duobus modis illam adhiberi posse. *Alter* modus est, per affectus voluntatis cum Deo natæ, vt Superius est dictum: & hæc profecto dubio est excellentior: *alter* est per motum meditationum earum rerum, quæ pertinent ad ipsum Deum, & de hac ait Gerson, quod, inter orandum vocaliter, non expectat longas meditationes & discursus admittere, etiam de rebus ipsis cœlestibus. Meditatio enim propriè, neque oratio est, neque eius finis, sicut est affectus & amor Dei: quare non esse tempus tunc expendendum in meditatione, nisi quantum sufficiat breuiter, ad ignem amoris accendendum; aut sentiendam veritatem, quæ per illum ignem manifestatur; aut quando Deus Dominus noster recitati psalmo alta daret sensa rerum, quæ in illis latent; quæ reijcienda non sunt; sed cum illis progredi potest recitans in oratione vocali. Cap. 3. Tract. de Orat. ad finem 3. tomi.

Hoc totum collegit. Sanct. Bernardus) in quodã sermone docẽs suos religiosos modũ dicendi & recitandi offic ũ diuinũ. His verbis moneo vos (*inquit*) dilectissimi, purè semper & strenuè diuinis interesse laudib. strenuè q- ſ vt sicut reuei ẽter; ita & alacriter Domino assistatis: Nõ pigri, nõ sõnolenti, nõ oscitãtes, Serm 47. in Cant ad finem.

non

non parcentes vocibus, non præcidentes verb
dimidia: non integra transilientes, non fract
& remissis vocibus, muliebre quiddam bal
de nare sonantes : sed virili (vt dignum est)
sonitu & affectu, voces S. Spiritus depromen
tes. Purè vero, vt nil aliud dum psallitis, quam
quod psallatis, cogitetis. Nec solas dico v
tandas cogitationes vanas & otiosas: vitand
sunt & illæ, illa duntaxat hora, & illo loc
quas officiales fratres pro communi neces
te, quasi necessario frequenter admittere c
pelluntur. Sed ne illa quidem profectò tu
recipere consuluerim, quæ forte paulo ante
claustro sedentes in codicibus legeratis; qua
& nunc me viua voce differente, ex hoc a
torio, Spiritus S. reuerentia reportatis. Sal
bria sunt, sed minimè illa salubriter interpo
lendum reuoluitis. Spiritus enim Sanctus il
hora gratum non recipit, quicquid aliud qu
debes, neglecto eo, quod debes, obtuleris. Ha
S. Bernardus, quæ intelligenda sunt modo su
à nobis explicato.

EX PRAEDICTIS omnibus fit, vt ant
quam vocalem orationẽ auspiceris, debeas
dem de præsentia Dei exacuere, humiliter c
eo loquens, & offerens opus illud, quod facer
aggrederis, ad eum modum, quem de menta
Oratione diximus. Quod si tunc spiritus non
accendatur amore eiusdem Domini, & feruo
tibus alijs affectibus, aduersus eius bonitatem
& misericordiam : poteris cum eisdem voca
lem totam orationem prosequi. Nam etsi mul

tos di

non dicas psalmos, non attendens illis; modò sis certus, quod eos legeris, satisfeciſti non solum sufficienter, sed cum maiori etiam perfectione quam si ad eorum sensum attendisses. *Deinde* hac diuinæ præsentiæ memoriâ cohibebis mentis euagationes, quæ tũc te oppugnabunt; te ipsum reprehendes, quod cum Deo adeò inurbanè loqueris; nec attendas, quid dicas, erubescès quod adeò sis stultus, vt colloquens cum Deo, qui te audit; ipso neglecto, incipias intentus colloqui cum ijs, qui te non audiant cum aliis scilicet hominibus, de negotiis fortè posteà cum illis tractandis.

EODEM MODO erit operæ pretium reuocare memoriam Angelorum, qui adsunt præsentes, eoque de cœlo descendunt, vt in Oratione te adiuuent, qui (vt ait Sanct. Bernardus) cum attente & reuerenter oramus, delectantur, manere nobiscum: cum autẽ culpâ nostrâ defectus aliquis irrepit, fugiũt nos; & (vt ait Dauid) b *qui iuxta me erant de longe steterunt*. Contra verò Dæmones, qui prius lõgè à nobis erant, agmine facto, accurrũt ad Orantem irreuerenter; c *maledictus* est n. *homo, qui opus Dei facit fraudulenter*. O Deus æterne, libera me ab hac maledictione, tunc potissimum, cum ad orandum accedo; vt tuam obtineã benedictionẽ. Orem, quæso Domine, toto corde meo; & non orẽ solã linguam: ne d *anima mea* arida maneat, *sicut terra, sine aqua*, in tua præsentia. loquatur simul vtraque lingua, corporis & Spiritus: vt vtraque in Spiritu &

2.

Ser. 7. in Cant.

b Psal. 37. 13.

c Ierc. 48. 10
d Psal. 142. 6

d Psal 142. 6

tu & veritate adoret te in æternum.

CAPVT XIX.

DE LOCIS & TEMPORIB ad Orandum designandis; de frequen continuatione & perseuerantia usq. mortem; de variis modis Orādi semp

INTER illa externa, quæ multu cōferūt ad Orationē siue voca siue mentalē, cū spiritu habeā multoq; magis ad intimū cū familiaritatē, sunt *locus* & ti ad ea apta. Præmittendum tamen est in tri casibus, non esse tibi liberum, tempus aut o

1. orandi, tibi constituere.

Primus casus est, cum Deus D. N. per sua inspiratione efficaciter te ad orandū p uerit. Tunc n. orationē ipsā meritò auspica is, si fieri cōmodè poterit eodē loco & te e, quo suggeritur inspiratio; siue id die noctē, in loco secreto, & sacro; publico priuato eueniat. Vt. n. supra diximus: q tibi spirat, vt ores, supplebit omnes cōmoditat quæ desunt loco & tempori.

2. *Secundus* casus est, cū necessitas aut peric lū, ad orandum cogit: tunc .n. idem tempus locus imminentis periculi, est etiam oratio vt non sit opus aliud quærere. sicut Iob. (qu expendit S. Chrysost.) orauit in sterquilinio Ionas in ventre Ceti, Daniel in lacu leonu

& Chri-

Christus Dominus in ipsa cruce. Ipsa .n. necessitas orandi, remouet orationis impedimẽta, imò eã reddit feruentiorẽ, q̃ si in aliud tẽpus aut locũ differres, succũberes fortè & tardè veniret remedium. Hom 79. ad pop.

Præterea (vt benè expẽdit Gerson) vnusq; sic debet accõmodare se præcipuè loco & tẽpori sibi ab obedientia superiorum, aut status sui constitutionib. præscriptis: ibi n. inueniet Deum, & eo tempore potius, quam aliàs. 3. Tract de mystica Theol. pract. com. fid. 9.

Præter hos cas°, tẽplũ ipsum ex se p̃stat cæteris, ad Orandũ: propterea .n. De°, illud appellat *domũ orationis suæ*, vbi ille assistit, vt faueat peculiari prouidentia orantib°: Et orationẽ, quæ ibi fit, vocat ipse suã, eo quod eam dirigat, & tanquã suam aspiciat, vt exaudiat; & eã habenti indulgeat, iuxta id q̃ Regi Salomoni dixit ipse Deus, loquens de templo, quod ille ædificauerat: b *Erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus*. ad respiciendũ .s. & amandum, ad locum illum recurrentes, orationis causa. Eadem Salomon ait, Deum exauditurum orationes, quæ in templo funderentur pro quacũque necessitate; in cuius rei testimonium exauditum, q̃ ipse Rex tunc fundebat. Nã c. *cum ille esset fundens preces, ignis descendit de cœlo, & deuorauit holocausta & victimas, & maiestas Domini impleuit domum.* Quod si hoc in antiquæ illius legis templo Deus faciebat; quid faciet in templis legis nouæ? in quib. nõ arca propitiatorij est, sed ipsa veritas p̃ eam significata, alsaiæ. 56 7. 1. b 3. Reg. 9. 3. c Parali. 7. 1.

hoc est

hoc est ipsemet Christus verus Deus & hom
latens sub accidentibus Sanctissimi Sacrame
ti: qui voluit manere nobiscum, non solum
in sacra communione eum sumeremus; sed
iam, vt possemus exercere in templis actus
orationis & orationis, in ipsius præsentia,
solum qua Deus est, sed etiam qua homo.

8. NIHILOMINVS ad secretam & pri
tam Orationem, licebit eligere eum loc
qui magis confert ad orationis finem con
quendum, iuxta dispositionem cordis & co
poris, sicut supra dicebamus de situ externo,
oratione seruando.

Cap. 9. QVOSDAM enim magis recolligit lo
obscurus, alios clarus: alij facilius mou
tur in Oratione, si ad orandum consen
loca altiora, sicut d S. Petrus & e Iudith;
d Act. 9. 10. e Iudit. 8. 5. lij si exeant ad solitudines & loca deserta,
cut legimus de Christo, quod orauerit in te
plo, in monte seorsim, & in Cœnaculo pu
ce, in horto Gethsemani seorsim, & in
cruce. vt enim erat Magister Orationis, vo
exemplo suo approbare omnia loca, in qui
illa fieri possit; ita tamen, vt si locus
rit publicus, orationis intentio sit secreta;
si periculum adsit vanitatis, præstabit,
ipsemet Christus consuluit, f *intrare in cubi-*
f Matt 6. 6. *culum* domesticum, *& clauso ostio orare*; ne
sibilis hostis intret; nec inuisibilis occa
nem habeat suggerendi inanem gloriam
præsumptionem.

QVOD attinet ad tempus Orandi, no
res

ras est, ab Ecclesia esse constituta septem tempora, quibus Ecclesiastici, septem horas Canonicas dicant, antequam orandi consuetudinem assumentes in septem diei horis: quā seruabat David, cū esset occupatissimus in Regni gubernatione: g *Septies* inquit *in die laudē dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ.* Iustūq; est idē præstare nos, qui diuino cultui sunt dedicati, idq; eo studio, vt imitantes h S. *Petrum*, quando puenerit hora orationis, relinquāt potius cibū, etiāsi famēāt, orēt q; tanto feruore, vt digni sint quorū Deus eleuet Spiritū, suaq; secreta eis reuelet.

g Psal. 118. 164.

h Acto. 10. 10

4.

AD priuatam vero Orationem, solemnia valde sunt tria diei tēpora, quæ principiū, medium, & finē eius cōplectuntur, de quibus idem Dauid i *vespere, mane, & meridie, narrabo & annunciabo*, Deo meas necessitates; *& exaudiet me.* Hinc fluxit mos ille, quē Apostoli tradiderunt, (vt refert S. Clemens) orandi ter in die precationē Dominicam; & fortè ex eadem consuetudine manauit, quæ nunc est in multis locis partib⁹, dandi signū ad salutationē Angelicā, in tribus diei temporib⁹, mane meridie, & vespere. Et vt infirmiores & etiam delicatiores, ter in die corporalem refectionē sumant, ientaculum scilicet, prandium, & cœnam: Ita qui debilitatem suam agnoscunt, concedunt que animæ suæ indulgere, meritò cōsentiunt hæc tria tempora, ad sumendam refectionem spiritualem, numquam eam consuetudinem intermittentes; sed præmittētes semper refectionem spiritus, corporis refectioni.

i Psal. 54. 18

Libr. 7. constit. Apost. cap. 25.

§. I.

De tempore orationis Matutinæ.

QVAMVIS tria hæc tempora, O
tioni sint apta ; Matutinum tamen
luculum, quod noctis partem com
ctitur, celebre est in scriptura, & aptissim
ad prolixius & quietius orandum, antequ
locus pateat occupationibus diei.

1. Regul. 37. ex fusis. Cassian. collat. 21. c. 26. a Exo. 22. 29.

Primum, quia (vt ait S. Basilius) æquum
te offerre Deo a *primitias* diei, & actionum
arum, primos scilicet tuarum potentiar
fructus & actus primos, quos à somno e
lans exerces. Offer igitur primitias in p
mis intellectus tui, bonas scilicet cogita
nes ; & voluntatis, affectus scilicet pro
linguæ, verba proferens diuinarum laud
manuum, quibus te signo crucis consignes
que ad cœlum in Oratione leues; totius d
que corporis, genua flectés, aut in terram p
cidens, ad Creatorem tuum adorandum. E

b Psal. 118. 148. b Psal. 87. 14. Mane oratio mea præueniet te.

implebis quod dixit Dauid: b *Præuenerunt o
li mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia t
Sed quem putas præuenit Dauid diluculo
ipsum Deum? hoc non est possibile. Nam D
omnes præuenit auxilio suo: & vel prima
bona cogitatio, à Deo oritur, & diuina Sapi

c Sapi. 6. 14.

tia (vt ait Sapiens) c *præoccupat eos, qui sui
cupiscunt, vt illis se prior ostendat*, quam eam
psi quærant; pulsatque ipsa ad portas eorum,

illi ap

illi aperiant; *assidentem enim illam foribus suis* [illi] *inuenient.* Postquam verò Deus auxilio suo te [præ]uenit, debes tu mane præuenire omnes ho- [stes] nos, Dæmones, sensus caanis, & cogitati- [ones] nes omnes, ac sæculi occupationes, ita vt pri⁹ [quam] occupes domũ cordis tui, cogitationib. San- [ctæ] Orationis, quam illi eandem occupent.

Sed vlterius tibi est progrediendum, vt 2.
summo mane offeras Deo primitias eiusdem [quie]tis; ita vt prima lux Solis deprehendat te in [ora]tione constitutum, vt cœlestis Sapientiæ [dul]ce perfruaris, dicentis: d *Ego diligentes me* d Prov. 8. 17.
diligo: & qui mane vigilant ad me, sine dubio *inuenient me.* Siquidem qui ita mane surgunt, [testi]monium amoris sui erga me proferunt; & [fer]uoris, quo me quærunt. Miro artificio [Deus] vsus est, vt Israelitas per desertum am- [bulan]tes impelleret ad e *colligendum Manna,* e Exo. 16. 21.
antequam Sol oriretur; neque enim solum il- [lud] Manna corrumpebatur, quod ab vno die [in] alterum seruabatur; sed etiam quod col- [lige]batur, *cũ Sol incaluisset liquefiebat,* & dis- [solu]ebatur. Et erat res mira: (ait Sapiens) vt, [quod] *ab igne non poterat exterminari,* etiam- [si] ingés esset, si mane illud colligeretur: *statim* f Sap. 16. 27.
[ut] men *ab exiguo Solis radio calefactum, tabes- [cebat]* in ipso campo in pœnã ignauorum: *vt no- [tum] omnibus esset, quoniam oportet præuenire [te] solum ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis [te] adorare.* *Quid* verò magis conueniens est, quam summo mane se disponere ad recipi- endam benedictionem & dona Dei, qui

ſummo mane ad ea conferenda ſe offert? quidem ergo Sol Iuſticiæ, præuenit radios ſibilis Solis, vt nos cæleſtibus ſuis radijs ſtret; quantum erit, ſi tu ſurgas ante ortum lis, vt lucem illam recipias, quam Deus tibi fert? ne conqueraris, ſi non inuenias Mãna uotionis, non ſurgens diluculo ad orandum illud inuenias. Nam, quẽadmodũ Iſraelitæ die tardius accedebant ad cõlligendũ Man illud non inuenientes, priuabantur illa de portione, & laſſitudinẽ famẽq; patiebantur ta qui ex pigritia in lecto hærent; quando p ea ad orationẽ accedũt, non inueniunt Ma diuinę conſolationis. P. ẽ Chriſtiano indig ait S. Auguſtinus, eſſe, ꝙ Solis radius in lec centẽ (ſi Sanus ſit) inueniat; & rẽ fœdam S. Ambroſius, ꝙ clara lux Solis feriat oculo nolenti corporis. Si n. curioſi diligentiore Scholaſtici parũ dormiunt, & multũ vigil & diluculo ſurgunt ad ſtudia; Quanto e quius, vt tu vigiles, ac diluculo ſurgas ad or dum, & laudandum Deum? ſiquidem au ipſæ diluculo excitantur, teque ad id inuit cantu ſuo. Si itaque cupis, orationem tuam audiri, diluculo ſurge ad orandum. g *quo ad te orabo, Domine,* (ait Dauid) *mane e dies vocem meam.* Et vt eſt apud Iob: h *Si d culo conſurrexeris ad Deum, & omnipoten fueris deprecatus ſtatim euigilabit ad te, & p catum reddet habitaculum tuum.* Quod ſi dic etiã in lecto te poſſe orare, eumq. rigare lac mis, ſicut faciebat Dauid; reſpondebo cũ

Refert Turrecremata Tract. 32. in regul. S. Benedicti. In Pſal. 118. Serm. 7. v. 7.

g Pſal. 5. 4.

h Iob. 8. 5.

S. Ambr

S. Ambrosio: etiã i *sponsam in lectulo suo per noctes quæsiuisse suum dilectum, & non inuenisse.* Lectus. n. potius est locus ad dormiendum, & tam indulgendum, q̃ ad Orationem, nisi forte ægrotes. Si autem sanus es, quamuis liceat in omni loco & tempore, Dei præsentis meminisse: melius tamen est (ait S. Hieronymus) vt cum ipso Dauide, diluculo ex lecto surgas; corpusq; & manus ad Deum eleues.

supra. i Cant. 3. 1.

Epist. de Anti. & Vtil. Vigiliarum Tom. 4. 3.

CONSTITVE itaque horam, qua surgendum sit tibi ad Orationem, quæ vbi aderit, (vt ait Ecclesiasticus) k *nonte trices*: sed cum lætitia & festinatione surge, cogitans Deum ipsum animæ tuæ dicere illud Canticorũ: l *Surge propera amica mea & Veni ad habitandũ in foraminibus Petræ*; aut Angelũ dicere, quod S. Petro, cũ dormiret in carcere inter duos milites: m *Surge velociter & præcinge re, circũdatibi vestimentũ tuũ & sequere me.* q̃ vocẽ vbi audiuerit, fac q̃ S. Petr⁹; de quo dicitur, *& fecit sic sequẽs angelũ.* lect⁹. n. etsi deliciæ sint carnis, est tamen carcer Spiritus, in quo ab inuisibilibus hostibus circumdatur, conantibus eum ibi detinere. Licet quoq; imaginari quod cum somnus sit mortis imago, lect⁹ quoq; sit sepultur ę; ex qua, constituto tempore pro somno, Angeli vocant tremenda illa voce: *Surgite mortui, & venite ad Iudicium.* Et sicut mortui, in momento obedient illi voci, vt se coram supremo iudice, qui iudicaturus est illos, statim præsentẽt, ita obedias tu, vt in oratione, te corã Deo p̃sentes, petasq; misericordiã, colligas tuũ Manna,

k Eccl. 32. 15

l Cant. 2. 10.

m Actor. 12. 7

n Leuit. 6. 12. ignemque deuotionis accendas, n *quem v*

o Psal. 118. 92 Deus *nutriri à Sacerdote, subijciẽte ligna* … *per singulos dies.* O Deus æterne, o *cuius* … *natione perseuerat dies, quoniam omnia,* … cunque creasti, *seruiunt tibi,* opto totum … pendere, perseuerando in oratione, qu… seruiam. p *Excita* ergò *me mane diluculo,*

p Psal. 45. 6. iuua me sicut sponsam tuam, vt orans, … oportet, tam copiosam obtineam bened… onem, vt mihi sufficiat ad perseuerandum … to die in feruore.

§. 2.

De Vigiliis & nocturno tempore.

ALTERVM tempus Orationi d… natum potest esse vespertinum, eo… sit etiam p ea valde opportunum, p… quam scilicet negotia & occupationes die… sarunt. Hoc tempus magno in honore … pud Ecclesiam, quæ memor Christum … iussisse, nos a *vigilare in quatuor vigiliis* … *expectantes* aduentum Iudicis, rationes … bis exacturi, designauit tres nocturnos & … des, tanquam quatuor Orationis tempora … quibus eius ministri vigilarent & orarent … quid mirum (ait S. Ambrosius) si tu vigiles …

a Lucæ 12. 38
a Mat. 24. 42

In Psal 118.
b Luc. 6. 12. salute propria orans, pro qua Saluator, … *pernoctans in Oratione Dei*, orans feruen… ratione, digna eo, qui illam fundebat, Deo … & homine; Et eo, ad quem dirigebatur, q… Deus, qua Deus. Dæmõ (ait S. Augusti.) vigi…

semper in tuam perniciem, & tu non vigilabis mihi, vt ei resistas? Et, si b *fabri noctem, tantum diem transigunt, vt vigilia sua perficiant*: quidque ob propria emolumenta temporalia: multò æquius est, vt vigiles tu in Oratione, propter emolumenta spiritualia, quæ sunt maxima. Vigilando enim (ait S. Hieronymus) timor excluditur, fiducia comparatur, domatur caro, omnia vitia deficiunt, roboratur charitas, ignorantia fugit, floret prudentia, & intellectus acuitur, & gladio Spiritus vulneratur, ac læditur Dæmon, qui vitiorum est caput; ac denique virtutes eminenter comparantur. O si tantam salutis ac perfectionis tuæ solicitudinem haberes, quæ expelleret nimium ad dormiendum affectum, foueret verò desiderium vigilandi? Si c *filia* (ait Ecclesiasticus) *patris est abscondita vigilia, & solicitudo eius aufert illi somnum*: Quis ergo magis est filia tua, quam ipsa anima. Quod si es solicitus pro illa, ne pereat; hæc solicitudo faciet te vigilare, vt pro eius custodia & remedio ores.

Postquam ergo diei occupationibus satisfeceris, designa tibi aliquam horam noctis, qua te ad orandum recipias: sequens Ieremiæ consilium: d *Consurge*, inquit, *lauda Deum in nocte, in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum, ante conspectum Domini*. Aptè verò dicit: sicut aquam, & non sicut oleum; quod cum effunditur, semper relinquit aliquid adhærens vasi, in quo

a In Psal. 65.
b Eccl. 38. 28.
c Eccl. 42. 9.
d Thren. 2. 19.

erat : vt intelligas, nihil eorum, quæ intra diu egisti, debere cordi tuo adhærere; sed omnia esse effundenda, & in Dei præsen constituenda ; vt ille, sicut potest, su ueniat, & pro suo libitu de eis disponat : desiderante, vt impleat Deus vacuit hanc cordis tui, non re alia quam seip

c Psal. 138. 12. O Deus æterne in cuius conspectu e *sicut dies illuminatur, & in tenebris cias tuas* communicare soles, doce me qu rere te de nocte ita vigilando & orando, v inueniam, teq; fruar. Amen.

SED quoniam non potest corpori co ueniens somnus subtrahi, decet vt ex pa tua cures, somnum esse Christianum deuotum, vel aliquod breue tempus, ipso lecto orationi dando vel versando me moria ea, quæ cum surrexeris mane, cogitaturus, aut aliquam Orationem d uotè recitando, aut denique Sanctam quam cogitationem ita ruminando, v cogitanti somnus obrepat. Hoc enim tria gna commoda affert. *Vnum* est, quod libe à malis somnijs, & bona adferat, de reb⁹ ante somnũ cogitabas. *Alterum* est, quod ties euigilaueris, inuenies cor tuum teneri ga Deum D.N. & facilè in breuẽ aliquã Ora unculam erumpes; quo fiet, vt matutino tem pore, bene sis dispositus ad orationem prolix orem, quia somnus non interruperit præ

Epist. 18. dentem deuotionem. Hoc totum experti S. Patres; & ideo S. Hieronymus de se refer

se nun

tanquam consueuisse somnum capere, quin
quem audiret, aliquid ex scriptura sacra le-
gentem. S. Ambrosius consulit Virginibus, vt
mentur orationem Dominicam & psalmos
citantes, somnum expectare. Et idem consu-
it Tyronibus S. Bonauentura, quo semper sint
cuoti. Et S. Basilius suadet, ita incumbere, vt
somnus sit meditatio sanctitatis. Nam ideo iu-
bebat Deus, populum suum meditari in man-
datis eius, f *dormientem ac vigilantem*, g *cum*
accumberet ac surgeret; tanquam desideran-
tem, vt somnus in ea meditatione inuaderet,
quæ continuaretur statim ac euigilaret, sicut
dixit Dauid: h *si memor fui tui super stratum*
meum, in matutinis meditabor in te. Et quan-
doquidem Deus (vt dicitur in libro Iob) i *quã-*
do irruit sopor super homines, & dormiunt in
lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens
eos instruit disciplina. AEquum est, te ita dispo-
nere seruum tuum, vt non ponas obicem in-
structioni diuinæ: Non quo tales reuelationes
in somnijs quæras, quæ sunt periculosæ, sed,
ne indignum illis te facias, & inhabilẽ reddas
ad instructionem, quam Deus offeret vigilan-
ti. De sacratissima Virgine Domina nostra, ait
sanctus Ambrosius, quod cùm dormiret cor-
pore, mens eius vigilaret in oratione. Ita vt
impleretur in ea, iuxta literam, quod dicitur
in libro Canticorum: k *Ego dormio, cor meum*
vigilat. Hoc ait S. Ioannes Climachus, solet
Deus concedere ijs, qui magno feruore & cõ-
tinuatione, huic exercitationi se tradunt: Est-

Lib. 3. de Virg.

De reform. Nouit. p. 1. c. 9 Orat. 2. de precat. Et hom. in Iulitham Mart.

f Deut. 6. 7
g b. 11. 19
h Psal. 62. 7
i Iob. 33. 16

Vide S. Greg. l. 23. Mor. c. 12.

S. Tho. 2. 2q 172. a. 1. ad 2. q 95. a. 6.

Lib. 2. de Virg.

k Cant. 5. 2

Gradu 10. ad fin.

quod bonum id ab eo petere, dicendo humiliter: O Deus æterne, qui es cor & amor iustorum, qui tecum conuersantur: vigila tu, Domine, in me, quando ego dormio, talem mihi somnum concedens, qui initium sit feruentis orationis in vigilia habendæ. Amen.

§. 3.

De oratione in omni loco & tempore continuata.

VLTERIVS etiam necesse est progrediatur diligentia nostra, si desideratum implere, quod sacra scriptura nos monet, de frequentia, continuitate, & perseverantia in oratione, dicens, vt oremus in omni loco, & tempore, nullo prorsus excluso; adjungans ad id multas rationes, in præcedentium capitibus insinuatas, quarum hæc est summa.

1. EST autem prima: quia in omni loco & tempore, necessaria est obseruantia diuinæ legis: ad quam necesse est, a *multiplicare orationem & semper in ea meditari.*

a Eccl. 35 1. Deut. 6. 7

2. *Secunda* est: quia in omni tempore, indigemus Dei auxilio, ad animæ vitã conseruandam; sicut respiratione ad vitam corporis. Necesse itaque erit b *os aperire* frequenter & *attrahere* (vt ait Dauid) *spiritum* à quo tota vita dependet.

b Ps. 318. 131.

3. *Tertia* est, quia in omni loco & tempore c *vigilat aduersarius noster Diabolus, & tanquam leo rugiens circuit, quærens quem de-*

c 1. Pet. 5. 8.

rit, *cui vt resistamus fortes in fide*, necesse est d *vigilare*, valdeque instanter *orare in omni tempore*. Non audes (ait S. Chrysostomus) ex domo exire inermis; & absque gladio, cũ habes hostes: & audes sine oratione exire, à tot hostibus circumdatus? d Luc. 21. 36. d Ephes. 6. 18. Hom. 70. ad pop.

Quarta est, eò quod ignis amoris proprij, sit continuus vermis virtutis spiritus, quam tandem consumet, nisi reparetur e *quotidiano pane*, quem impetrat oratio. Et ideo eum petis tantum pro hodierna die, cùm dicis: *Da nobis hodie*: vt cras eundem petas, & singulis diebus donec f *hodie cognominatur*, qui (vt ait Apost.) est totum tempus huius vitæ. 4. e Matt. 6. 11. e Luc. 11. 3. f Hebr. 3. 13.

Quinta, quoniam ignis charitatis in altari cordis, est extra suam sphæram, à multis hostibus obsessus, qui illum debilitant, & quasi extinguũt; nisi quotidie & singulis horis g *eũ nutrias* frequentibus meditationibus & orationibus, quibus conseruetur. 5. g Leuit. 6. 12.

Sexta, quoniam in omni loco & tempore, accipis à Deo innumera beneficia; meritoque timebis, venturum ipsum tanquam Iudicem, qui actionum tuarum rationem exigat, æquũ est, h *sine intermissione orare, aut gratias agendo*, pro acceptis beneficijs; aut veniam petendo, de culpis admissis. Hæ sunt summatim rationes, quæ te obligant i *semper orare, & non deficere*, sicut ipse Saluator monuit. Ne verò hoc tibi videatur impossibile aliam summam subijciemus, qua ostendentur modi, id ipsum exequendi. 6. h Thes. 5. 17. h Psal. 33. 1. h Luc. 21. 36. i Luc. 18. 1.

PRI-

1. PRIMVS semper orandi modus est per e ficax desiderium, semper in corde conseru tum: sicut Christus Dominus noster iubet n renunciare omnibus rebus, non in effectu reipsa: quia id non esset omnibus possibile affectu & desiderio, ita vt parati simus, omn bus rebus etiam in effectu renuntiare, quan id ad nostram salutem esset necessarium; & ipsa ijs ita renuntiemus, quo ad eam conseq dam nobis sunt impedimento. In hunc modum, orandum est tibi semper, desider scilicet efficaci orandi toto tempore, quo fu rit necessarium, & conueniens ad tuam sal tem & perfectionem, ita vt sis omninò pron ptus ad id præstandum. Et hoc desiderium vi dè frequenter renouandum est. Nam ipsum siderare, est orare.

2. HINC est quod etiam censearis semper o rare, si semper te præpares ad orandum, ita v cap. 4. actiones tuæ & verba, sint continua quæda præparatio ad benè orandum.. Hoc enim quod dixit Dauid: k *Desiderium pauperum e* k Psal. 6. 17. *audiuit Dominus, præparationem cordis eoru audiuit auris eius.* Significans, vtrumque hor vim orationis.

3. ET ob eandem causam dicunt sancti, chari S. Bern. ad Frat. de Mõte Dei. tatem ipsam esse continuam orationem, sem perque clamare, quatenus producit feruen S. August. in Psal. 37. tia desideria DEO placendi; ipsaque opera leuat ad finem orationis, gloriam scilicet diuinam, & vnionem cum summa bonitate.

ET

Ex quo etiam fit, vt semper censearis orare, 4.
semper conserues fructus orationis: quæ in
eis, & per eos semper clamat, ad eum modum,
quo dixit Eccles. l *Conclude Eleemosynam in* l Eccl. 29. 15
sinu pauperis, & hæc pro te exorabit & libe-
rabit ab omni malo. Nam (vt S. Thomas aduer- 2. 2. q. 84. ad
tit) effectus orationis in proximos, beneficijs 14. ad 4. &
eos ad orandum pro nobis prouocantes, vim lect. 5. ad
habent orationis; licet multò maiorem vim il- Rom. 1
li habeant quos in nobis efficit: quia addunt
nos deuotos. Id enim voluit Dauid, cùm dixit: m Psal. 75. 11.
m *Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.*
quia scilicet nos prouocant ad orandũ; & gau-
dere faciunt fructibus, ex ipsâ oratione proue-
nientibus.

Veniamvs nunc ad ipsamet orationis ex-
ercitia, quæ, quo ad nobis possibile erit, iuxta S. Thom.
facultatem nostram, frequentissima esse de- supra.
bent. Hoc verò quatuor modis explere possu-
mus.

Primvm summo rigore seruare tempora 1.
ad orandum constituta, à quibus nunquam de-
sistamus, vllius humani respectus causa: nisi
necessitas manifesta interrumpere ea cogat.
Sicut S. Daniel, qui n *consueuerat* ter in die o- n Dan. 6. 10.
rare, nunquam voluit eam consuetudinem de-
serere, nec ob negotiorum multitudinem, quę
in regni gubernatione habebat: tãquam vnus
ex tribus principibus, quibus Rex confidebat;
nec ob timorem *mortis*, quam idem Rex fue-
rat minatus ei, qui *spatio triginta dierum Deũ*
rogaret. Et quamuis, durante lege, potuisset
esse

esse cõtentus semel orare, idq; occultè, clau-
domus suæ fenestris, & non Ierusalem ver-
sicut ante consueuerat: noluit tamen quic-
cap. 21. suæ consuetudini detrahere, ne ipsam orati-
nem & feruorem in ea imminueret. Nã si
vna circumstantia bonæ consuetudinis inte-
mittatur, via aperitur ad eandem omninò o
suetudinem prætermittendum Illustrius n
mẽ est exemplũ Christi D.N. qui consuetu
eundi ad orandum in horto Gethsemani, n
terrumpere noluit, licet esset conscius, se
comprehendendum. vt sic appareret, quan
ipse faceret sancto huic exercitio non de
esse.

2. *Secundus* modus est, breui aliqua oratio
singulis diei horis se exercere, ita vt pulsu
horologij excitet nos ad orandum, quò ora-
Lib. 3. de o- tionis cursus, iuxta consilium S. Chrysosto-
rando Deũ ad finem. mi, totius diei cursui coæquetur; imò & noctis
quoties horologium in ea audierimus. Et sic
ut campana, quæ ter in die pulsatur ad sal-
tandam Beatam Virginem nos excitat, ad
faciendum; ita illa, qua pulsatur ad sacra
Missæ, ad vesperas, & alias horas, excitare no
potest, ad hasce breues orationes, accipien
hinc bonam consuetudinem orandi, quot
3. Campanæ audiuntur.

Tertius modus est, certum numerum ora-
di præscribere, septimum videlicet aut nonu
quem expleamus in decursu diei, à matutino
tempore, vsque ad horam prandij; & ab hac
hora firmiter vsque ad horam incumbendi
missæ

obstringendo nos ad id certò præstandum; imposita aliqua pœna, si quam orationem omiserimus; vt hac occasione multas alias orationes expleamus, exercendo videlicet illas, quæ iaculatoriæ vocantur; & tanquam hastæ vel sagittæ, procedunt ex corde, breuissimè & crebrissimè, sed cum tanto feruore & frequentia vt hæc suppleat earum breuitatem; pertingátque ad ipsum cœlum; Deiúque o *cordis* (si ita loqui licet) infixæ, illud *vulnerent*, & accessum inueniant ob amoris vnionem. Tales orationes frequentes erant apud antiquos Patres, valdeque approbatæ à Sanctis Basilio, Augustino, Chrysostomo, & alijs spiritualibus Patribus; & præclarissimo exemplo confirmatæ Christi D.N. in cruce, vbi tres horas, magnos cruciatus sustinuit; & interdum aliquam ex his sagittis ardentissimo feruore iaculabatur. Primum enim dixit. p *Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt*; & post vnam horam: q *Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* ac postea: r *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*. Quo exemplo nos docuit, iaculatorias orationes, ob aliquem ex tribus finem, esse iaciendas, in bonum scilicet proximorum, aut nostrum in hac vita, aut in æterna.

o Cant. 4. 9.

S. Basil. l. de constit. mon. cap. 2. S. Aug. epist. 121. c. 10. Cassian. lib. 2. c. 10. & 11. & col. 4. c. 35. S. Chrysost. Hom. 75. ad pop.

p Luc. 23. 34.
q Mat. 27. 46.
r Luc. 23. 46.

§. 4. De

§. 4.

De coniungenda oratione externis actionibus.

NEC sine mysterio Christus D. N. cruce has orationes, inseruit alijs v bis in ipsa cruce, quibus allocutus bonum latronem, matrem suam, ac dilec lum; & clamando: Sitio, vt sitim suam tem raret: quo exemplo nos docuit quartum dum semper orandi, ingerendo scilicet hu modi orationes alijs operibus & occupa nibus huius vitæ; ita vt a *vestimenta Sponsi* ius scilicet opera, afflentur *odore tharis* à si mo vsque deorsum: inchoando scilicet semper (vt ait S. Dionysius) ab oratione, pergendo in eisdem, & finem eis impone varijs affectibus deuotionis. Interdum e psomet opere, licebit tibi occasionem acc re, ad petendam à Deo aliquam virtutem, in ipso opere insinuatur: vt cùm te indus tas à Deo, vt te veste pretiosarum virtut induat; si exuis te, petas à vitijs tuis exu manus lauas; pete vt cor tuum lauet, & op purificet; si comedis aut bibis, pete anima fectionem. Interdum licebit breuem aliqu considerationem ex ipso opere deducere, ip ipsum comitetur. Sicut S. Bernardus ait, cog ta in labore causam tui laboris, vt pœna, q sustines, reuocet in memoriam culpam quam illam pateris: Cogita etiam præmi

a Cant. 4. 11.

c 3. de diuin. nomiaib.

serm. de duab mensis.

labor

laboris, vt animes teipsum ad illum libenter
ueniendum; aut cogita legem Domini, cui
tuum opus, debet esse conforme. Nam (vt ait
Dionysius) qui pingere vult imaginem, ad
imitationem alterius; modo respicit ipsam I-
deam, & modo aliquid facit ad eius imitatio-
nem, vt transumptum sit conforme Ideæ ori-
ginali. Et faber (ait S. Basilius) facit suum opus
contemplando Ideam, quam proposuit is, qui
opus imperauit. Sic tibi facienda sunt opera
tua, vt sis memor Dei legislatoris, qui ea tibi
præcepit, legemque & normam siue exemplar
eorum dedit. Et hic est excellentissimus oran-
di & operandi modus, b *leuando* scilicet (vt
ait Ieremias) *corda nostra cum manibus*, ocu-
lis, & lingua *ad Dominum in cœlos*: oculos, ad
intuendum Deum præsentem; Cor, ad dirigē-
dum in eundem tua desideria: Linguam, ad
auxilium petendum; Manus, ad executionem
diligentem eorum, quæ ipse præcipit. c *Non*
obliuiscaris (ait Sapiens) *amici tui in operibus*
tuis. Quis autem magis tibi amicus, quã Deus,
vt non obliuiscaris eius, cùm aliquid feceris.
Hoc modo orabant, & laborabant Monachi il-
li antiqui, de quibus refert Cassianus, quod dũ
manibus laborarent, non omittebant medita-
tionem psalmorum; sed simul breues oratio-
nes coniungebant, totũ diei tempus in his of-
ficijs consumentes, quæ alij statuto tantum
tempore celebrarẽt: Ita vt quid ex quo pende-
ret, haud facilè posset à quoquam discerni: id
est, vtrum propter meditationem spiritualẽ con-

c 4. de diuin nomin.

Reg 5 exfus. sis. & reg. 306 ex breui in id: sicut oculi seruorum manib Dominorum.

b Thre. 3. 4

c Eccl. 37. 6

Lib 3 c. 2.

Lib 2. c. 14

continuum manuum opus exercerẽt; au
pter operis perpetuitatem, tam præcl
ſpiritus profectum, ſcientiæque lumen ac
rerent. Quorum exemplo (ait S. Auguſtin
diſcere meritò debent ignaui ac tepidi, p
bile eſſe, corpore attendere ad externa op
& ſimul ſpiritu ad interna. Et quidnam eſſ
borioſius poteſt, quàm pugnare contra fo
aduerſarios? Audi igitur, quid ſcriptu
uina dicat de militibus Machabæis: d
(inquit) *& qui cum eo erant, inuocato Deo,*
orationes, congreſſi ſunt, manu quidem pu
tes, ſed corde Dominum inuocantes; pr
Dei magnifice delectati, qui ita illis aſſiſt
experientia ipſa admirandum eius auxil
agnoſcẽtes, & hoc modo licebit impler
Apoſtolus præcipit dum ait: e *volo viros*
in omni loco, leuantes puras manus ſine
diſceptatione, qui non exprimit viros, v
lieres & iuuenes excludat; ſed vt ſignifice
qui heroicum adeò conſilium ſint ſecu
viros eſſe debere, in virtute & animi fo
dine, imitantes Angelos cuſtodes, qui e
cum vnum ſibi deſignatum habeant, cc
videlicet Empyreum, vbi Deum vident, &
miliariter alloquuntur: quando tamen
exeunt, ad terram deſcendentes, ſicut Rap
ad commiſſum ſibi munus exequendum
propterea intermittunt cum Deo agere,
quocunque loco & occupatione verſẽ
Sic igitur viri Angelici, etſi loca habeant
tioni deputata, vt prædictum eſt; quando

Lib. de ope
e Monach.
c. 7.
. Bern. ſer.
de duabus
menſis.

1 2. Machab.
vlt. 26.

1 1. Tim. 2. 8.

inde exeunt, non propterea intermittunt orare, in omni loco, & occupatione occurrente. Nam (vt ait S. Hilarius) in omni loco corporeo, suum habent cubile internum, in quo etiam Deo orationem offerant. O Deus omnipotens, ostende in me tuam omnipotentiam, in conseruanda memoria tuæ præsentiæ intrà meum spiritum, etiam dum laboro corpore; de siquidem iubes, me *semper orare & non deficere*, doce me orationem externæ actioni coniungere, vt altera alteram iuuet, ne deficiat. Amen.

Can. 5. in Mat. S. Ambr. l. de sacrif. c. 3 S. Chrysost hom. 79 ad pop. Greg. l. 18. Mor. c. 5. Lucæ. 18. 1.

§. 5.

De perseuerantia in oratione vsque ad mortem.

IMPONEMVS nunc finem ijs, quæ ad nostram cum Deo familiaritatem spectant, dicentes: Christum D. N. non solùm iubere nos *semper orare & non deficere*, orationem scilicet intermittendo; sed etiam perseuerare, & non deficere in eius feruore, quoad omnes circumstantias feruentis orationis: ita vt neq; deficiat, in Dei præsentia cogitanda, nec in attentione & reuerentia tantæ Maiestati debita; nec in fiducia, nec in substantiali deuotione, nec in ordinaria continuitate: sed in his omnibus esse perseuerandum vsque ad mortem. Nam vsque ad illam horam, non obtinetur præcipuum bonum, quod per eam quærimus, vita scilicet æterna,

In Psal. 65. ad finem.

& sublime donum perseuerantiæ in eius g
tia, quod est omninò necessarium, vt pa
nobis ingressus ad gloriam: Et hoc quidem
naturæ nostræ procul dubio difficillim
quæ facilè lassatur in oratione, dum tenet
cum intentum ad iaculandum fortiter se
tam. Et ipsa experientia docet nos, quod S.
gustinus ait; multos iustos initio suæ con
sionis, feruenter orare; mox tepidè; deinde
gidè; ac denique negligenter; & in specie t
tum; ita hoc exercitium interrumpentes,
parui faciant, si orationem per dies aliquot
termittant, aut se ad eam non præparent.
eoque in illud maledictum Ieremiæ incu
dicentis: a *Maledictus qui facit opus Dei fr*

a Iere. 48. 10

dulenter. Quod enim aliud opus magis p
priè dici potest Dei, quam familiaritas c
ipso? Quidquid enim in ea fit, Dei est: ipsi
Deo fit, cum Deo & in virtute Dei: & ita
angelista appellat b *orationem Dei*. Dign

b Luc. 6, 12

taque est tali maledictione, qui huiusmo
pus facit negligenter. Contemnit enim ip
Dei maiestatem, cum quo agit. Quæ inter
rit eius maledictio, nisi quæ dicta est à Da
in monte Gelboe, quod scilicet c *nec ros*

c 2. Reg. 1. 21.

pluuia cœlestis veniat super eum, nec gra
manna Angelorum, nec resplendeat igne
fectuum diuinorum, nec participes fiat cœ
stium consolationum, nec cæterorum bono
rum; quæ secum affert oratio, quando sit
portet. Amplectere itaq; sapientis consili
dicentis: d *Non impedias orare semper*

d Eccl. 18. 22

teneris vsque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in æternum. Quasi diceret, multa occurrent tibi impedimenta ad continuandam orationem, & perseuerantiam in ea vsque ad mortem: sed nullo eorum patiaris te impediri, aut orationem intermittas. Si enim ab ea desiteris, amittes iustitiam & sanctitatem. Simul enim, pariq́ue passu incedunt continua oratio, & cõtinua sanctificatio. Et quod vnius continuationem impedit, etiam impedit continuationem alterius; & qui impedimenta remouet vnius, simul quoq; remouet alterius. Expedit autem illa remouere, quia merces vtriusque non perit: sed æterna est, nec est limitata, sed immensa. Quia est ipsemet Deus, & bona quæ ab ipso preueniunt. O Deus æterne, cuius est donum perseuerantiæ, concede mihi in oratione perseuerare vsque ad finem vitæ, sicut tu vis, vt sic perseuerem etiam in iustitia, fiamq́ue per gratiam tuam dignus, qui perueniam ad æternam vitam Amen.

CAPVT XX.

DE VISITATIONIBVS E internis Dei in oratione collocutionibus earum admirandis proprietatibus effectibus, & causis; mediisque ad eas impetrandas.

CVM hactenus egerimus de modo, quo nos visitamus & colloquimur oratione cum Deo D. constituentes nos in præsentia, & familiariter cum eo agentes: a est nunc explicare, qua ratione ipsemet D. visitet, & alloquatur nos in ea, vt enim dictum est, familiaris in oratione tractatus colloquium & sermocinatio inter Deum, animam, amicabiliter vtroque conuertens, estque illa animæ felicitas, quod Deus illi cor loquatur. Vt enim ait Dauid, quæ

a Psal. 84. 9 a *Deus in nobis loquitur, loquitur pacem,* stitiam, & sanctitatem, *in plebem suam,* stras videlicet potentias: est enim valdè bilis; loquiturq; libenter cũ eo, qui ipsũ

Prouer. 3. 32. & alloquitur: nã *cum simplicibus sermocinatio eius,* respondet adinterrogata, & interroga

ſibi reſpondeatur. Quemadmodum apparet in colloquis cum Iob habitis; & iis, quæ in libro Canticorum referuntur, ac proinde, quod Deus nobiſcum loquatur, non interturbat orationem, ſed facit feruentiorem, iuuatque vt eam proſequamur: ſicut duo amici conuerſationem ſuam mutuam fouent, inuicem ſe audientes & loquentes. Ex quo ſit, vt non deceat in oratione nimios & inportunos eſſe in loquendo; quin deſiſtamus ad tempus, inſtar eius, qui auſcultat & audit, quid illi Deus dicere ac inſpirare velit. Exemplo pauperum, qui poſtquam ſuam paupertatem & neceſſitatem propoſuerunt, & Eleemoſynam ac remedium petierunt, tacent, expectantes, quod ferat. Quod ſilentium non eſt otioſum; ſed eſt aſſiſtere præſentiæ Dei cum viua quadam & reuerentiæ plena attentione, expectando eius miſericordiam, & internum donum, quod petimus, ſicut dicebat Habacuc: b *ſuper cuſtodiam meam* orationem ſcilicet *orabo, & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor, vt videam, quid dicatur mihi: & quid reſpondeam ad arguentem me*. Varijs enim modis Deus loqui conſueuit, exhortando, docendo, conſolando, & reprehendendo; quapropter tentum me eſſe decet, vt audiam quid mihi dicat; & quid ego poſſim reſpondere, vt eius diuinæ doctrina, reſpirans eius conſolatione, & acceptans correctionem.

b Habac. 2. 1.

Sed latet myſterium (vt aduertit S. Greg.) in illo verbo Prophetæ *vt videam*. Etſi enim

Lib. 3. in 1. Reg. c. 1. & 12. c. 24.

vox non videtur, quia non est obiectum visus, sed auditus: at interna tamen Dei verba non solum audiri, sed etiam videri dicuntur, ob insignem cœlestem lucem, quam secum adfert, quæ dat citissimè verborum Dei intelligentiam: sicut oculi in momento res præsentes vident, & Deus D.N. vel vnico verbo interno & in momento, ostendit plures veritates, quas possint homines nos multis annis docere. Iob. 42. 5. quia in familiaritate cum Deo auditus excit visionem, iuxta illud Iob: *c auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.* Nam per admirandos effectus verborum eius videmus & cognoscimus Dominum, qui nos visitat, & talia loquitur. Et in hoc proprie consistit visitatio Dei; qui, cùm sit in omnibus creaturis præsens (vt suprà est dictum) propterea solum dicitur de nouo venire, ineque amicos visitare, quando illis manifestat se esse cum illis; talia dona eis communicando, vt ex ijs ipsi agnoscant assistentiam & præsentiam eius in ipsorum cordibus. c. 61.

§. 1.

De necessitate Visitationum Dei.

SED vt magis appareat necessitas harum visitationum, obseruandum est, quod sicut perfectio vitæ actiuæ, & Contemplatiuæ, vt plurimum obtinetur exercitio

mortificationis & Orationis : ita hæ visitationes Dei eum scopum habent, vt nos iuuent proficiantq; in eisdem exercitijs ; præmiumque tribuant illius curæ, quam in eis collocamus: nempe vt diuinam vnionem cum Deo comparemus, & perfectionem, quam desideramus. Et hinc est quod Deus D.N. duobus præcipuè temporibus visitet amicos suos: quando scilicet illi versantur in mortificatione & Pœnitentia, aut sunt in aliqua afflictione & calamitate constituti ; & quando occupantur in Oratione, aut ad eam se præparant, præsertim si fuit prolixa, & mortificationi coniuncta, per luctam verbi gratia cum distractionibus & aridit atibus. Et eò tendunt verba illa sponsi : a *vadam ad montem myrrhæ & ad collem thuris.* a Cant. 4. 6. quasi diceret, visitabo & fouebo eos, qui per montem mortificationis, & per collem orationis ascendunt ; eritq; mihi periucundum eos consolari, qui ad culmen peruenerint. Quid aliud (ait S. Gregorius in eum locum) est mõs myrrhæ, nisi solida, & alta in ipso opere mortificatio? Et quis collis thuris, nisi magna in Oratione humilitas ? Tunc sponsus venit ad hunc montem & collem, cum familiariter visitat eos, quos videt contendere in altum, per mortificationem vitiorum & distractionum, suauiterque fragrare per puras & humiles orationes. Quid verò ex hac Visitatione oritur, nisi quod iusti, tanquam arbores myrrhæ & thuris, in hoc mõte & colle plantati, pretiosos suos liquores, in maiori abundantia & excel-

S. Greg. ineũ locũ Richar. libell. de amore sponsi & sponsæ.

lentia proferant, dum altiores ac feruentiores affectus exercent mortificationis & orationis

b Cant. 4. 16. Id quod sensit sponsa ipsa cum dixit: b *Veni Aquilo, & perfla hortum meum, & fluant aromata illius*, liquores scilicet odoriferi instar lacrymarum, quæ fluunt ex oculis. Hoc significans, quod Spiritus S. visitatio, per Austrum ventum qui humid° & est calidus, significata, erat necessaria ad ita emolliendum cor, vt abundanter proferret teneros deuotionis affectus, dulcesque lacrymas ex oculis, & feruentia opera

c Cant. 5. 5. per manus. Illa est enim c *myrrha probatissima* quam *sponsæ manus stillant*.

EX QVO fit, vt hac Dei visitatione cessante, aut cessent hæc exercitia, aut illorum feruor: quia videlicet desijt ea, quæ illa conseruabat & extimulabat, iuxta illud Iob:

d Iob. 10. 12. d *Visitatio tua custodiuit spiritum meum*: quasi diceret, absque tua visitatione, nec durare potest vita gratiæ, quam mihi dedisti; nec dona, quæ ex misericordia mihi communicasti; nec spiritus Cœlestis, quem in me infudisti: &, si illa deesset, mox ruerem ex monte mortificationis, quæ conuerteretur mihi in amaram mortem; descenderem quoque ex colle orationis, conuertens eam in molestam distractionem. Nam (vt ait Sapiens) e *sicut parturientis, cor tuum phantasias* vanas *patietur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio*. Q quot imaginationes adeo pturbatas? quot stultas affectiones? quot importunas turbationes patitur miserũ cor, quãdo De° illud nõ visitat?

e Eccl. 34. 6.

Est enim

Sit enim instar montis Gelboe, à quo Deus non curato transit : cum tamen montes, qui sunt in circuitu eius, visitet: cuius cordis damnatiefiet S. Bernardus dicens : Ex hoc proceditsterilitas animæ meæ ; ac deuotionis defectus, quem sustineo. vnde ita exsiccatum est cor meum, & anima mea facta est sicut terra sine aqua? non possum lacrymas fundere, non inuenio in psalmis saporem, non delector lectione bonorum librorum, non me recreat oratio, nec aditum inuenio ad meditationem, ad opera manuum; factus sum piger, in vigilijs somnolentus, præceps in iram, in odio pertinax, liber in lingua, & effrenis in gula. Heu mihi, quia visitat Dominus montes qui sunt in circuitu meo, ad me autem nunq̃ appropriat? num ego vnus sum ex f *collibus, quos transilijt Sponsus*, vt illum non contingat ? Nam alium video abstinentiæ singularis, alium admirandæ Patientiæ ; Hic mente excedit Deo in Contemplatione: ille Cœlos penetrat orationis instantia: Alij in variis virtutibus excellunt, sicut montes, quos visitat Dominus, in quibus *salit* exultatque Sponsus animarum sanctarum. Sed ego miser, qui nihil horum sentio, quid aliud sum quam vnus ex montibus Gelboe, à quo, ita meis peccatis exigentibus, transit Dominus ille, qui cæteros montes benignissimè visitat? Hæc S. Bernardus, qui in seipso ad viuum depinxit, quod in aliis geritur: quos Deus, visitationes suas subtrahens, castigat, eo quod ipsi, myrrhæ montem

f Cant. 2. 8.

horreant

horreant; nec velint in colle thuris consistere reijciunt Orationis exercitia, ne vel modicum mortificentur. Ex quo prouenit, vt ventus g Cant. 4. 15. *Auster* Spiritus Sancti cesset, *perflare hortum* animarum eorum, eiusque loco perflet Aquilo maligni Spiritus, qui eas frigidas & aridas reddit: viq; spoliat, ac propensione ad operabona: & contrà impetu quodam magno impellit ad mala. Quamobrem tremere (inquit idem Sanctus) deberes, cum hanc diuinæ visitationis gratiam subtractam tibi experiris. Ea enim cessante, tu deficies: quia, quicquid boni habes, simul deficiet tibi. Nam h *visitatio* eius qui *custodiebat Spiritum tuum* deseruit te; Redeas itaq; ad te ipsum & cum Dauide clama ad Deum: i *Memento mei Domine: visita me in salutari tuo, vt videam* & fruar *bonis electorum tuorum*; & *læter in lætitia* sicut illi lætantes & tu *lauderis* à me sicut ab illis. k *Deus virtutum conuertere respice de Cœlo & vide, & visita vineam istam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua.* Nam opus, quod tua Omnipotentia fecit, benenola tua visitatio conseruet ac perficit. Iube l *ventum Aquilonem fugere* & *Austrum* verò *venire* & *perflare hortum* animæ meæ, vt eius arbores, potentiæ videlicet, diuino spiritu afflatæ heroicos actus suos proferant. Amen.

h Iob. 10. 12.

i Psal. 5. 4.

k Psal. 79. 15.

l Cant. 4. 16.

§. 2.

De effectis visitationum Dei.

EX DICTIS aperitur nobis via, ad explicanda ingentia bona, quæ secum afferunt visitationes Dei: ab eis siquidem profluunt omnes feruores, deliciæ, teneriq́ue affectus, qui modos orandi hactenus indicatos comitantur, præcipuè verò tres illi admirandi effectus, quos memoriæ præsentiæ Dei tribuebamus, quæ valde acquitur eiusdem Visitatione, qua recipit anima nouos Spiritus & feruores, ad exercendas Virtutes omnes spectantes ad tres illas vias, Purgatiuam, Illuminatiuam, & vnitiuam. Vehementer enim amat puritatem, delectatur mortificatione, profectum sum desiderat, imitationi Christi studiosè vacat, suspirat vnionem cum Deo, velletq́; semp occupari in rebus obsequij eius, in qua propterea impletur quod ipsemet Dominus in libro Canticorũ dixit: *Veni in hortũ meũ messui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo, comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi.* Nam in his verbis, exprimit nobis tres modos suauissimos, quibus ipse animas visitat, ijs accommodatos, qui tres prædictas vias ambulant. *Primum* enim venit ad eas tanquam messor cum falce sua in manu, vt metat myrrham, multaque alia aromata; feruentes infundens affectus hæ-

Cap. 5.

à Gant. 5. 1.

roicæ

roicæ mortificationis; & ppoſita efficaca
rimũ de hac myrrha colligendi, non gra
vnum poſt alterum, ſed meſſoris inſtar, qu
no ictu multa colligit; nec ſolam myrrh
ſed omnium virtutum moralium exercita
nem, quæ ſicut aromata, ita cor recreat
confortant. *Mox* eaſdem animas viſitat
rens ſecum fauum, non aridum, ſed cum
melle intra ceram; infundens magnum
men veritatum fidei, cum tenero ſenſu mo
riorum, in eis latentium; communicans
lis dulcedinem, vt intellectus comedat,
veritatibus delectetur; Voluntas autem
creetur virtutibus, quas in illis inuenit. *Ta
dem* illas viſitat, poculum afferens vino p
num, ſed cum lacte mixtum, vt extinguat
tim vino affectuum feruentium; fortium
efficacium, tanta Spiritus abũdantia & ferv
re, vt illas inebriet, faciatque extra ſe,
vt ſeipſas excedant, &, vltra quam poſſ
operentur, quamuis cum ingenti ſuauita
puritate ac diſcretione, quæ per lac admix
ſignificatur, quod procedit ex ipſius Dei vbe
bus, qui Matris inſtar, ita filijs ſuis in
get, & ita cuique conſolationem affert, vt
proſit.

SED illud magis in admirationem in
cit, magisque afficit, quod ſupremus
DEVS noſter tantopere oblectetur his V
ſitationibus, & horum donorum diſtrib
tione. Non enim ita de eis loquitur,
ſi ea donet; ſed quaſi eadem ipſe accip

atque suavitatem ex eis ipse haberet. idem exprimit Phrasis illa qua vtitur. Quid enim est (ait Sanctus Gregorius) venire Christum in hortum suum, nisi visitare animas, in quibus ipse valde recreetur? Et quid est myrrham suam metere cum aromatibus suis, nisi valdè oblectari odore mortificationis, & fragrantiâ reliquarum Virtutum, quas illæ exercent? Et quid aliud est *favum* comedere *cum melle suo*, nisi oblectari, quod videat, eas in praxim deducere veritates illas cum sensu & delectatione earum? Et quid denique est *vinum bibere cum lacte suo*, nisi exultare, quod videat illas coniungentes amorem cum puritate, zelumque cum discretione & scientia?

Et hoc totum appellat *suum*: quia ipsius est myrrha mortificationis, ipsius est favus mellis, vinumque & lac meditationum, affectuum, & exercitationum sanctarum, quæ feruent in spiritu, cum dulcedine quam secum afferunt. Nam ipsius visitatio hoc totum affert; & ab ipso illud accipimus; & in hoc ipse epulatur, quod videat in nobis sua dona, & nos in eis proficere. & tunc ipse hæc opera comedit & bibit, cum ea approbat, in eis sibi complacet, & tanquam sua acceptat. Et quo constantes in eis simus, animum interuè addit, vt iterum comedamus, & bibamus, eisque inebriemur, pergentes in eisdem exercitijs maiori semper feruore, obliuiscentes de-

lectatio-

lectationes omnes terrenas, & cœlestes
spirantes: aggredientes insignia facinor
bus semper diteſcamus, iuxta illud Davidi
b Psal. 64 10 *visitasti terram, & inebriasti eam: &*
tiplicasti has pluuias, vt *locupletares eam*
tiis & donis scilicet tuis. O ipsa caelestis
animarum siquidem nostris operibus tan
c Cant. 5. 1. pere delectaris, *c veni in hortum meum, &*
ede fructum pomorum meorum: visita
Domine, dulci præsentia tua, non ob me
delectationem, sed ob tuam; largire
dona gratiæ tuæ, non solum, vt ego co
edam, sed vt tu comedas; magnaq; glori
laus tibi propter illa reddatur.

Hic finis est in quem petere liceat hasce
visitationes, gratiasque ab ea prouenie
tes; non ob dulcedinem, quam secum ab
runt, sed vt d *laudetur Deus* in eis, & m
d Psal. 105 5. vt lauderis cum hæreditate tua. gnum tu spiritum resumas, ad laborandu
teque dignum reddendum, cui alia ma
ra conferantur, ad eidem magis ferue
dum.

§. 3.

Quæ sint visitationum Dei indicia.

SED quoniam in hac materia, max
momenti est ipsa experientia, sum
mam quandam hic ponemus indicio
& stupendorum effectuum verarum D
visitationum, ex eo acceptam, quod quidā
testis magni nominis fuit expertus, & in ea

ptis,

ut ad nostram consolationem reliquit, iesus nos faciens, si in exercitiis Orationis supernis positis perseueremus, fore, vt eandem experientiam consequamur. Est autem Sanctus Bernardus, qui ita ait: Si quis nolit integrè & perfectè iuxta verbum sapientis, a *cor suum tradat ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum: & in conspectu altissimi deprecetur*: simulque vacet omnibus studeat, secundum Esaiam prophetam; b *parare vias Domini, rectas facere semitas Dei sui*, cui cum propheta possit dicere: c *Oculi mei semper ad Dominum*: & quia d *prouidebam Dominum in conspectu meo semper*: nonne hic accipiat benedictionem a Domino, & misericordiam à Deo salutari suo? visitabitur profectò frequenter: nec quoquam ignorabit tempus visitationis suæ: quâ cumlibet is, qui in spiritu visitat, clandestinus veniat & furtiuus: vtpote verecundus amator, qui sui aduentus semper det testimonia & indicia.

Serm. 57. in Cant. F.

a Eccl. 39. 6.

b Isa. 40. 3.

c Psal. 24. 15.

d Psal. 15. 8.

Hæc indicia sunt duplicia. Quædam præmonent, ipsum Deum velle visitare animam, iamque appropinquare: Alia indicant, iam venisse, & cum ipso esse, præsentiâ suâ illi blandiente. *Prima* sunt impulsus, & admonitiones internæ quæ mouent animam, vt purificetur & sanctificetur; & vt à tumultibus liberata, sit quieta. Nam teste Dauide e *iustitia ante eum ambulabit*, f & *iustitia & iudicium præparatio sedis eius*. Et ipse Dominus dixit: g *Beati mundo cor-*

e Psal. 84. 14.

f Psal. 88. 15.

dode, quoniam ipsi Deum videbunt, Et sicut in qua piscinæ, si turbata sit, non apparet, qua intus; sed vbi quiescens clarescit sensim, intus est, apparet: Ita quamuis Deus sit ipsam animam, sicut est in cæteris rebus; men illa culpis aliquibus sit obnoxia, & curis turbata, non apparet in ea eius præ sed vbi Iustitiâ, Sanctitate, ac pace sensim resci, & purgatur incipit apparere ipse minus, qui intus est Ex quo fit eodem S. teste, vt quando esurire & sitire te sentis tiam, magnumq; desiderium puritatis, quo us te visitet: iudicium id sit, non solum ven tis, sed etiam accelerantis ipsius Dei, qui in re desiderat. Illius enim desiderium, tui & quod tu eius properes sermonem adm re, inde est, quod ipse festinat intrare, sic moris quē erga ipsū habes origo & causa amor, quē ipse te habet. neq; n. h *nos eum ipse prior dilexit nos*. Quamobrē dixit Da *Ignem ante ipsum præcessurum*. & k *iuxta eis, qui tribulato sunt corde*, cùm desider *flammandi* & consumendi peccata, quæ *sus inimici*.

supra.

h Ioan. 4. 10
i Psal. 96. 3.
k Psal. 33. 19.

QVANDO autem adeò desiderium cre vt totum cor tuum ad Deum conuertatur, rans & statuens custodire iudicia Iustitiæ & quicquid illi placebit; præsertim si te in desecre sentias amore eius, indicium hoc iam ipsum adesse, qui festinabat: Non enim lum scriptum est de illo: l *ignis ante ipsum* cedet: Sed etiam, quod ipse sit l *ignis consu*

l Psal. 96. 3.
l Deut. 4. 24.

qui consumit quidē, sed non affligit; ardet suaviter, & desolatur feliciter. sic. n. in vitia exercet vim ignis, vt in anima vicem exhibeat vnctionis. Ergo in virtute, qua immutaris; & in amore, quo inflammaris, Dominum præsentem intellige. Nam m *dextera Domini facit virtutem*: & hanc efficit mutationem; & verbum æternum est n *viuum, efficax, ac penetrans*, moxque vt intus in animam venit (ait idem Sanctus Barnardus) expergefacit dormientem animam emollit, & vulnerat ipsum cor: quoniam durum erat & male sanum; incipit quoque euellere, & destruere; ædificare & plantare; rigare arida, tenebrosa illuminare; frigida inflammare, mutare praua in directa, & aspera in vias planas, ita vt o *benedicat anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.* Ex operatione itaque cordis intellexi præsentiam eius; ex fuga vitiorum carnaliumque affectuum compressione, aduerti potentiam virtutis eius; & ex discussione siue redargutione occultorum meorum, admiratus sum profunditatem Sapientiæ eius; ex emendatione morum meorum, expertus sum bonitatem mansuetudinis eius; ex renouatione ac reformatione Spiritus mentis meæ, id est interioris hominis mei, percepi vtcunque speciem decoris eius; & ex contuitu horum omnium simul, expaui magnitudinem multitudinis eius: Sicut etiam eadem præsentia eius mihi innotescit, quando abscedit à me; eius

S. Bern. supra. 1.

m Psal. 117.

n Hebr. 4. 12 Serm. 47. in Cant.

o Psal. 102.

enim absentia, perinde ac si ollæ bullient traxeris ignem, quodam illico lãguore torpere, & frigescere incipiunt, signum inquam est absessionis sponsi.

Serm. 57 in Cant.

ALIAS etiam suæ visitationis indicia mihi, subita quadã atq; insolita latitudine tis, & infusione luminis noui, illuminantes tellectũ; vel ad scientiã scripturarũ, vel ad

Ser. 69. & 32.

steriorũ fidei notitiã, aut cum cœlũ aper & copiosæ pluuiæ meditationũ mihi infun tur, aut cũ se infuderit humilis quædã sed guis & feruens intimæ aspersionis deuotio vt amor agnitæ veritatis, necessariũ quod odium vanitatis in me generet & contemp ne fortè aut scientia inflet, aut frequentia tationũ extollat mẽ, tũc os meũ repletur dio & lingua mea lætitia, eructans non so in singulis psalmis, sed in singulis versibus ectum suauissimum præ omnibus speciebus romaticis huius mundi fragrantissimis; ac nique reuiresci feruens desiderium, maio gratiam obtinendi ac proficiendi in obseq diuino. quod desiderium est certissimum cium diuinæ ipsius præsentiæ. Ipse enim di

p Eccl. 24. 29

p *qui edunt me, adhuc esurient: & qui bib me, adhuc sitient.*

HI sunt præcipui effectus interni, quos visitatio in corde efficit; quamuis ita diuer occultisque modis, vt nemo illos noueri qui accipit. *Nam* interdum videtur Dom nus in profundo Spiritus residere; inde fluunt illustrationes, & gaudij affectus,

ra ebulliēs ex ipſa terra in parua aliqua piſcina, ex quo ſæpe ebullit & ſalit aqua. *Alias* videtur idem Dominus ſe collocare in ſuprema animæ parte, & ſupra ipſum Spiritum, vnde quam ex ſuo Cælo pluuias demittit meditationum ac deſideriorum, cum magnarū contemplationum exundationibus. nunc dilatando ipſum cor quodam genere gaudij; vt in tanta latitudine, totum mundum arbitretur ſibi eſſe parum; ſolusq; Deus ipſe in illud ingreſſus, ſua repleat præſentia: Nūc vngit illud oleo lætitiæ, quod in ipſa anima inbibitur, eam penetrans vſq; ad intimum ſpiritus eius. O Rex æterne, q *quid eſt homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?* & quia hic vermiculus eſt, r *quia magnificas eum, & apponis erga eum cor tuum viſitans eum diluculo*, vt magnis fauoribus ei indulgeas, facilè deprehenditur, Domine, tuæ viſitationis fundamentum eſſe veram gratiam; teq; ad eam faciendam, à ſolita bonitate permoueri, & ſiquidem anima mea, mane diluculo ad te viſitandum in Oratione accedit; accede tu, quæſo, & in eadem me viſita, ne vacuus remaneam à tua miſericordia.

q Pſal. 8. 5.

r Iob. 7. 18.

§. 4.

De Cauſis, cur hæ Viſitationes aut denegentur, aut differantur.

ETSI verum eſt, quod proximè ex teſtimonio S. Iob dicebamus, quod Deus Dominus noſter hominem iuſtum ordi-

nariè visitet diluculo, cum ille ad orandum & cum ipso Deo de negotiis animæ suæ agendum se recipit, non tamen semper ea hora id facit, ne (vt Sanctus Bonaventura admonuit) suæ industriæ ac diligentiæ ipsam visitationem ac deuotionem attribuat. Quamobrem sæpe nobis hæc deuotio deest in diebus solennioribus, & quando iudicio nostro, maiorem curam & studium in ea procuranda adhibuimus. Solet autem diuersis alijs temporibus nobis concedi: nunc ante ipsam orationem; vt nos ad eam excitet, ac impellat: nunc multo tempore post orationem exhibitam, in præmium laboris in præterita Oratione susceptí; semper verò venit repentè, vt ipsa experientia intelligamus, esse gratiæ & fauorem qui nobis exhibetur. Et quamuis ipsa visitatio diu duraverit: *subitò*, tñ (vt idem ait) *os probat*, ac discedit ob multas causas quæ cedunt in nostrum commodum quas Sancti Patres referunt, possuntque ad has duodecim reuocari.

in processu 7. Relig c. 21

1. Lib. 3. Moral c. 17.

2. Serm. 1. in Cant.

3. Gradu 7. S. Greg. 5. Moral. c 4.

PRIMVM ne existimemus, (vt ait Sanctus Gregorius) hæc dona à nostra natura nobis prouenire, aut hæreditate, & Iustitiæ titulo nobis deberi: Quin *potius* (vt Sanctus Bernardus ait) persuadeamus nobis debere nos semper à DEO, eiusque misericordia & protectione pendere: Item, vt crescat nostrum desiderium reuersionis eiusdem Domini ad nos visitandos; eumque reditum frequentius suspiremus. Ad eum modum,

ait Sa-

ta sanctus Ioannes Climachus) quo solet Mater abscondere infantulo pectus suum, vt ille adderans & quærens, maiori gustu os admoueat & sugat. *Item*, vt nos ipsos humiliemus, culpæ nostræ tribuentes absentiam ipsius Domini, superbiæ videlicet alicui, ingratitudini, negligentiæ exiguæ humilitati & reuerentiæ, qua præsentem visitationem accipimus; aut ad cautelam, ne vanitatis periculo, quæ se insinuare incipiebat, exponamur. *Alias* in causa erit infirma nostra debilisq; natura, quæ continuatam huiusmodi visitationem ferre nõ posset, nisi Dominus ipse eam interrumpat, ne nostra natura frangatur. *Aut etiam*, ne sinat nobis se adeò à delectatione sensibili, cuius exitus sit aliquod tædium, ob indiscretum excessum in eius vsu; sicut qui immoderatè mel comedit, quod postea eijcit. *Item*, vt minoret repugnantia ad proximorum vtilitatem accedam⁹, & ad alias statꝰ nostri aut officij obligationes. Quamdiu enim visitatio durat, sopet anima esse ab ea ita suspensa, vt nolit alia illa re occupari. *Item*, vt possimus exercere veras solidasque virtutes, quæ in solo Deo potius, quàm in eius consolationibus & fauoribus fundantur. q̃ diu n. visitatio durat, non possumus satis discernere, nisi consolationis, an ipsius Domini, q illã mittit gratia aliq̃d agamus. Itẽ, quia delectatur Deꝰ D.N. dũ videt nos laborãtes absq; subsidio sensibili, sicut ipse laborauit tẽpore suę passionis, ita vt quodãmodo nostris expensis, & absque mercede & por-

4. S. Bern. Ser. 34. in Cant. S Laurent. Iusti de casto cõnubio. c. 15. & de disci. monas. c. 18 & de interiori cõflict. cap. 6.

5. S. Bern. Serm. in Psal. qui habitat & Ser. 4. in Psal. qui habitat. & Ser. 5. in Quadrag.

6.

7. S. Greg. 5. in mor. c. 4.

8. Gerson. tract. de myst. Theol. pract. consid. 6.

9.

Cap. 1. in Cant. & c. 18.

tione harum consolationum, illi seruiamus, qua ratione (vt ait Richardus) non minus proficiemur & proficimus, quam feruore sensibili.

10. rem, vt discamus absq; ventis & cum illis nauigare, remigantes scilicet, quando illi nō flant, & ita veram nostram humilitatem & patientiam ostendentes, quæ non perficitur, nisi huiusmodi probationibus.

11. ET HINC prouenit, quod scriptura diuina etiam appellet visitationem Dei, cum aliquem visitat, ad puniendum: sicut iudices visitant reos in carcere detentos. Quo modo etiam visitat Deus suos amicos, sicut ait, Iob: *a renes mirabiliter me crucias.* quæ visitatio licet quandāmodo ficta videatur, & quę nomē Visitationis nō retineat, reipsa tamen Visitatio est: quia non minor est misericordia, quòd eos visitet calamitatibus & desertionibus, vt in propria cognitione crescentes, magis in profunda humilitate radicentur. Sicut non minus prodest plantæ hyemis frigus, quod efficit, vt illa profundiores iaciat radices, easq; in ipsa terra magis dilatet; quam calor æstatis, qui facit illam florescere, fructusq; sursum producere: vtrumque enim dixit Isaias, esse necessarium ijs, qui saluandi sunt, b *mittere scilicet radicem deorsum, & facere fructum sursum.*

Vides Greg. lib. 9. c. 21. a. Iob. 10, 16.

b Isa. 37. 31.

27. DENIQVE quia duplex est via, qua proficimus in Dei cognitione, & nostri ipsorum. *Altera* per discursus & meditationes; *altera* efficacior per propriam experientiam: (vtpote) ea videbimus hanc Dominus Deus nobis co-

municat in varietate suarum visitationum. Nicùm visitatio adest, agnoscimus, quis Deus sit ex admirandis effectibus, quos facit in nobis, modo iam explicato; quando autem se subtrahit, agnoscimus ipsa experientia illud nihilum quod ex nobis ipsis habemus: ex quo in maiorem deuenimus opinionem efficacitatis diuinæ gratiæ.

HINC fit, vt omnes iusti siue sint in gradu Tyronum, siue in gradu proficientium, siue perfectorum, habent in sua oratione aliquam in his visitationibus varietatem, diuersa licet ratione, sicut Gerson declarauit, posita similitudine trium temporum anni. *Tyrones* versantur tanquã in hyeme, in qua maiori ex parte nobis sol occultatur à nubibus & nebulis, suntque magna frigora, & frequentes pluuiæ; licet interdum sol illucescat, fitque dies aliqua læta. Tyrones enim in his initijs, magnas sustinent obscuritates, & nebulas circa res fidei & diuinas; & in oratione magnam frigiditatem, & præteritæ vitæ reliquias, & passionum contradictionem quæ non sunt mortificatæ: quos tamen interdum visitat Dominus, & læto ac benevolo vultu illis ostenso, consolatur. Qui verò in oratione proficiunt, viuunt in primo vere, in quo maior est varietas: Nam vno die cœlum est clarum & serenum, altero nubilum & pluuium; sæpiùs tamen hic apparet Sol; & hos frequenter visitat Sol iustitiæ, indulgetque illis, indicia dans suæ præsentiæ, &

Tract de mõte contemp. c. 23.

flores odoriferos feruentium desideriorum. Nihilominus: illis ita etiam se subtrahit, vt modicum illum videant, & modicum non videãt, vt hæc varietas nouam illis semper famem & appetitum afferat, efficiatque vt magis se præparent, ad illum diutius apud se retinendum. PERFECTI viuunt sicut in æstate, in qua solis ardores sunt feruentiores, raroque Sol à nubibus impetitur; licet interdum accidant aliquæ tempestates, tonitrua, grandines, & pluuiæ magis tremendæ, quam in hyeme: quia hi ordinarie fruũtur maiori quiete & feruore, Deique visitationes sunt multò frequentiores: interdum tamen exercet illos Deus horribilioribus interdum certaminibus, ac desolationibus magis pœnalibus, vt in humilitate conseruentur, quamuis assistat illis tamen, & in medijs ipsis tempestatibus immittat aliquem suæ lucis radium: ita vt interdum ipsæ noctes videantur esse dies, ob frequentiam fulgurum diuinarum illustrationum. Quemadmodum mirabiliter perpendit S. Gregorius, dum explicat sententiam cuiusdam amici Iob, quod Deus *subuertit omnia*, cœlum & infernum, terram & mare, & *coarctat in vnum*. Nam vnus & idem interdum est sicut cœlum, ob æternam lucem, qua in superiori sui spiritus parte fruitur; & est sicut infernus ob turbationes & afflictiones, quas in inferiori animæ parte sustinet, d *rapietur* sicut S. Paulus *ad tertium cœlum*; sed idem e *sentiet* alium

c Iob. 11. 10. Greg. in eũ locum.

d 1 Cor. 12. e Rom 7. 24.

em in carne sua repugnantem legimentis; & sustinebit f angelum Satanæ, qui ipsum colaphizet: & similiter *coarctat in vnum* terram & mare, quia simul constans est & firmus in credendo & sperando, q Deus reuelat, & promittit; patitur verò vehemētes fluctus, nebulas, & obscuritates, quæ gemere eum cogunt, & clamare in cœlum, sicut ille qui dixit: g *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.* Et in vtroque euentu (ait idem amicus Iob) *quis cō trad cet ei?* aut dicet, cur ita agis mecum? Quare non te illi ostendes rebellem, aut impatientem; aut conquerêris de eo, nec rationem exiges eius, quod facit; aut cur te ita tractet: sed cū animi demissione ac resignatione proijces te in paternam ipsius prouidentiam, vt te hoc vel illo modo visitet; & frequenter, aut rarò pro libitu suo; & sicut magis tibi expediet. O supreme Pater, agnosco te h *esse excelsiorem cœlo, & profundiorem inferno, longiorem terra, & latiorem mari,* in quibus omnibus locis, tuos visitas electos, quamuis in i *imimis partibus* mundi existentes, constitue me in loco qui tibi magis placet; modo ibi me *illumines*, ac visites: tua enim visitatione, infernus ipse erit cœlum, & omnia in meum bonum conuertentur.

f 2. Cor. 12. 7

g Mar. 9. 23.

h Iob. 11. 8.

i Eccl. 24. 45

§. 5.

De medijs ad has visitationes impetrandas.

EX his quæ dicta sunt, deducere licet me dia apta, ad has Dei visitationes impe trandas, quorum tria sunt genera, su capita. Esse videlicet solicitum in eis petendis & quando desunt procurandis; humilem valdè & gratum esse cùm veniunt; & in eis dem conseruandis valdè solicitum fructum ex eis capere quamdiu durant.

Quando itaque es in ipsa oratione, si Deus aduertis esse absentem, excitare in te oporte desideria & multiplicare petitiones, vt ve niat, teque visitet, sicut antiqui Patres desi derabant, & petebant à Deo, vt ipsos visitaret veniens tandem homo factus in mundum. O mnes enim affectus visibilis illius visitationis efficit in singulis nostrum visitatio inuisibi lis. Quare modò tanquam infirmus pete visitari te à medico isto cœlesti, vt spirituales tuos morbos sanet, dicens illi: Festina Do mine, ne tardaueris, & remitte peccata serui tui.

1. *Nunc* sicut captiuus, suspirabis visitatio nem tui Redemptoris, vt te liberet à captiui tate & carceribus, in quibus teneris, dicens illi: *excita Domine potentiam tuam & ven* vt saluum me facias ex hoc carcere, & in porta salutis constituas. *Aliàs* tuam ignorantiam

con-

confessus, petes vt tanquam Magister te visitet, ac doceat quæ nescis; & tanquam consiliarius, vt consulat, quod tu non assequeris. Quod si aduerteris, tuas potentias disiunctas esse ac dissipatas in oratione, petas vt te visitet, easque recolligat, singulis pactum offerens, & cibum conuenientem, quo benè collectæ & occupatæ sint; & cum sponsa dices, *a reuertere: similis esto dilecte mi, capreæ hinnuloq; ceruorum super montes Bether* aut Bethel. Montes Bether sunt montes diuisi per quos capreæ ceruique ab vno in alterum saliunt, & in omnibus pascuntur: Montes Bethel sunt montes domus Dei eius seruitio dedicati. O dilecte animæ meæ, qui visus acumine capras excellis, velocitate etiam ipsos ceruos; veni measque potentias visita, ab vna in alteram saliens. Visita meum intellectum diuinis tuis illustrationibus; voluntatem inflammatis tuis affectibus; Imaginationem & appetitus sanctis repræsentationibus ac desiderijs. Attende, omnes esse montes domus Dei, quia tu eos creasti, & quasi tuos accepisti; & ego eos tibi obtuli, vt illis honorem tibi deferrem. Pascere in singulis eo pastu, quem tu illis dederis; ea singulis dona tribues quæ magis tibi placebunt.

a Cant. 2. 17.

2. Praeterea cum Domini visitationem senseris, humiliare te decet vsque ad ipsam abyssum, ingenti quadam admiratione, quod Deus tui meminerit, diceque illi sicut sancta Elisabeth visitanti se beatæ Virgini

b *vnde*

b Luc. 1. 43. c Luc. 5. 8.

b *vnde hoc mihi, vt veniat Dominus meus ad me?* aut sicut sanctus Petrus c *Exi a me quia homo peccator sum Domine*, necvilis tionem hanc promereor; aut eo spiritu, q

d Cant. 8. 14

dixit Sponsa: d *Fuge dilecte mi & assimilare caprea hinnuloque ceruorum, super montes romatum.*

ATQVE si diceret: Quamuis visitatio tuam valdè desiderabam, ob illud bon quod ex ea mihi prouenit, cùm tamen dignationem & indignitatem meam respicio, tius dico, vt fugias ad montes aromatum, gnorum videlicet sanctorum, qui maiori ritu & feruore orant, apud quos habitam nem & requiem inuenies, quam desider Quamuis autem hoc demisse dicat spir non fugiet tamen Deus ab eo, necipse d ctum suum fugere debet, aut ad momen deserere, sed optimam hospitalitatem ei ex bere, cum eo conferendo, & nouas gratia eo petendo, totoque tempore quo visita durat, fruendo fauoribus & gratijs, quas dignabitur exhibere. In duobus autem casib dicendum illi est: *fuge dilecte mi.*

PRIMVM quando gratia deuotionis ad exuberaret, vt ipsam naturam nimium debil taret. Nam tunc ipsimet sponso gratum e vt desistamus; dicamusque ei; *Fuge & assim lare caprea*, quæ statim atque hœdum lacta illum deserit, & ad varias partes declina suum pastum quæsitura: & sicut S. Ephren cebat: *Suffecit mihi Domine*, quod mihi da

ne vas crepet feruente musto, aut caro pereat imberante spiritu.

DEINDE quando obedientia, aut charitas nos obligaret ad illum deserendum, quò existens, alijs operibus, aut animarum bono esset vacandum. Tunc enim licebit dicere *fuge*, idque modo quodam eidem Domino gratissimo, supplicando eidem vt alios instos visitet, qui montium fragrantium instar, vacant offendis ipsi orationũ & bonorum operum odoribus. Propterea enim dixit Apostolus, [c] *se optasse anathema esse à Christo* (eius scilicet visitatione dulcique contemplatione carens) *pro fratribus* suis, hoc est vt illi salutem consequerentur.

[c] Rom. 9. 1.

DENIQVE summum studium adhibendum est nobis, vt occurramus incommodis & impedimentis, quæ indiscretio nostra aut sensualitas, aut occulta superbia, ex his visitationib⁹ haurit; vtendo scilicet illis ad gulam quandã spiritualem, aut inanem nostram excellentiã, ex quo prouenit, vt in gratiarum actione simus parci, & parciores adhuc in eorũ vsu, cũ sit multo maior nostra obligatio ad id præstandũ. Siquidẽ quò crescunt magis dona, eò magis crescunt rationes, quæ ad bonum eorum vsum nos obligant, eoq; erit merito maior pœna, nisi id præstemus. Quam aũt maiorẽ pœnã timere possum⁹ incuriæ nostræ proportionatã, quã ꝙ multis dieb. orationi incũbentes, nec deuotio nẽ impetrem⁹, nec Dei visitationẽ in illa? Hoc est aũt, ꝙ Mich. Propheta dixit: [f] *Tu seminabis, & non*

[f] Mich. 6. 15.

& non metes; tu calcabis oliuam, & non un-
geris oleo; & mustum, & non bibes vinum.
Nec mirum fuisset, si non colligens olivas a
vuas, non eliceres oleum aut vinum; sed qu
vtrũque magno labore collegeris, nec tam
commodum ex eo acceperis, hæc verò mag
miseria est. Quid autem hoc est, nisi qu
minetur Deus fore, vt propter peccata
incuriam tuam, laboraturus sis in lectio
meditatione, & oratione, & in cæteris s
tus exercitijs, ex quibus manare solet olea
deuotionis, & vinum amoris Dei, ac fe
uor spiritus; & tuus labor erit inutilis,
quod non sis hanc deuotam vnctionem
cœleste hoc vinum impetraturus? Quod
fortè veritates aliquas deduxeris, & affec
aliquos expresseris, instar illius, qui calc
oliuas, aut vuas in torculari, non tam
peruenies ad fructum eius spiritualem re
piendum, aut tibi eius fructum incorp
randum, eò quod abusus fueris fauo
quem prius acceperas. De quadam pia pe
sona refert Blosius, quod per quindecim a
nos passa fuerit magnam ariditatem, ac de
sertionem internam, ob vnicam vanam
complacentiam, quam admisit de fauo
bus diuinis, quos acceperat. Examina
què horas, quas expendis in oratione: quo
si deprehenderis, fructum non respond
labori, agnosce tuam culpam, fatearis tuam
indignitatem, & cor tuum à vanitatib
& sensuum delectationibus euacua, qu

S. Ber-

S. Bernardo teste, repellunt diuinas visitationes, nec possunt illis commisceri; nec imleri visitationibus Domini potest anima, quæ distractionibus subiacet. Vbi enim g *vas vacuum non adest, mox stat oleum.* Si autem omnia hæc terrena euacuaueris, veniet Dominus ad te visitandum, & replebit cor tuum hac cœlesti lætitia, & satiabit vino suæ charitatis, exhibens tibi conuiuium, quod promisit in horto animæ tuæ, eo quod delectetur ad eam venire & in ea manere: O animarum amator, qui in eis visitandis adeò delectaris, vt earum commodum, tuam appelles oblectationem; & earum cibum, tuum dicas: ita, quæso, meam purifica, vt in omnibus tibi placere queam, non mihi; iubeque ventum h *Aquilonem* superbiæ & ingratitudinis *surgere*, & abscedere, ne tuum in eam ingressum impediat.

erm. 3. de Ascens.

g 4. Reg. 4. 6

Cant. 15. 1

h Cant. 4. 16

CAPVT XXI.

HAS VISITATIONES Et interna colloquia præcipuè esse ab inspirationibus Spiritus S. & etiam ab impulsu boni Angeli, item à conscientia & charitate: & quod eadem nos ad omnia bona opera adiuuent.

QVONIAM *Spiritus Dei* (Apostolo teste) proprium est, a *docere nos, quæ ab eo donata sunt nobis, & quæ in nos sunt*, vt omnibus illi obsequium illi præstemus necessarium esse existimaui valdeque vtile modum hic explicare, quo diuinus hic spiritus interius nos alloquitur & visitat, tum in oratione, tum in cœteris vitæ Contemplatiuæ & Actiuæ operibus, non solùm vt hac ratione præmium reddat indulgeatque feruentibus: sed etiam vt visitatione sua nos præueniens eadem opera feruenter & cum vtilitate exerceamus. Et cùm nos omnes auxilio hoc interno opus habeamus, cuius magnos effectus sentimus, plurimum conferet, intelligere quo pacto illud auxilium nobis communicetur.

1. Cor. 2. 12

PRÆ

Praemittendvm est autem Deum Dominum nostrum, duplex virtutum genus hominibus iustis contulisse, easdemque in ipsis permanere: Quædã intellectum ipsum & affectum perficiunt ad exercenda opera præcipue vitæ contemplatiuæ: Aliæ voluntatem & sensuum appetitus, præsertim ad exercenda opera vitæ actiuæ. Ad quas virtutes excitandas, easque in exercitio suarum actionum adiuuandas, prouidit Deus impulsus quosdam impetusve internos, qui hoc ipsum mirificè præstarent ad eum modum, quo S. illa quatuor b *animalia* quæ vidit Ezechiel, *habebant alas quatuor. & manus hominis sub eis & pedes eorum pedes recti: & planta pedis eorum, quasi planta vituli: quæ tamen neque volabant, neque ambulabant, aut mouebantur, nisi sequendo impetum spiritus nec ei resistendo, nec retrocedendo cum ambularent*, nec ad alia diuerti se patiebantur. Quæ hæc est harmonia (ait sanctus Gregorius) nisi quam habet vir iustus in suis actionibus exercendis? b Ezech. 1. 7.

Qvae enim sunt quatuor aliæ, nisi virtutes illæ quibus exercet quatuor præcipua opera vitæ contemplatiuæ: orationem scilicet, Lectionem, Meditationem, & Contemplationem quibus ex terra volat in cœlum, vt suam sibi conuersationem & familiaritatem habeat? Quæ item sunt manus hominis subalis, nisi virtutes, quæ vitæ Actiuæ opera exercent, comitantur que & corroborant opera contemplatiuæ? & quæ sunt plantæ vituli; Hom. 2. in Ezech.

nisi opera & affectus Mortificationis, in quibus sacrificium offert sui ipsius, & quibus potius omnium virtutum sustentat? verum neque hæ, neque illæ rectè mouentur, nisi ab impetu boni Spiritus illas gubernantis, adiuuantis, ac dirigentis; quem necesse est sequi absque resistentia & mora omnes, qui cupiunt non aberrare, sed proficere in via spiritus. Hi enim impulsus interni, sunt Spiritus S. instrumenta, quibus ille nos iuuat ad bona triusque vitæ opera; ostendens in hoc, suam ac beneuolam prouidentiam, ei similem, de nobis habet in operibus naturæ duplicis vitæ quam viuimus, vegetatis ac sentientis. Ad quas præter potentias & sensus, quos tam quam instrumenta nobis dedit, prouidit quoque de quibusdam spiritibus vitæ, qui substantiæ quædam subtilissimæ in corde cerebro fabricatæ, quæ per omnes venas, corporisque arterias velocissimè mouentur, membris omnibus ac sensibus, in suis actionibus subueniant. Cor procreat spiritus tales, qui sunt tanquam scintillæ calidissimæ, præbentque calorem omnibus membris corporis ad opera vitæ vegetatiuæ, quo sustentantur & augentur, donec ad suum statum perfectionemque perueniant. In cerebro generatur spiritus animales, qui sunt instar subtilissimorum radiorum lucis, & excuunt sensus ad opera vitæ sensitiuæ, quibus agnoscunt, quæ necessaria sint ad propriam conseruationem, & mouentur ad ea quæ re-

da: qu

dat: qui spiritus si descendant in magna copia, anima corporis instrumenta redduntur robustiora & firmiora ad proprias actiones; quod si desint aut imminuantur, deest quoque aut imminuitur firmitas illa ac vigor, sicut ipsa nos docet experientia. Eodem omninò modo Deus Dominus noster præter virtutes supernaturales, quas iustis communicat, vt supernaturalem gratiæ vitam agant, quasdam vt intelligant, qua re ad eam vitam conservandam indigeant, & alias ad idem consequendum, illosque secum vniendo, prouidet etiam de illis spiritibus vitæ, quos inspirationes & illustrationes vocamus, tanquam ignis diuini scintillis, & radijs cœlestis lucis, quos Spiritus sanctus qui est inuisibile cor Ecclesiæ, & Iesvs Christus Dominus noster, qui est eiusdem caput inuisibile mittũt per omnia mẽbra corporis eius mystici, & præcipuè ad iustos, vt eos in operibus vitæ actiuæ & contemplatiuæ adiuuent; vigorem ac robur addant ipsis virtutibus, ad actus suos feruenter exercendos. Conferunt etiam ad pœnitentiam & mortificationem; vt peccata præterita deleãt, vitiaque mortificent: foueant temperantiam & castitatem, reliquasque virtutes morales, quo facilius contineant & reprimant impetum passionum, easque subijciant rationis imperio: fidem augent ac prudentiam, reliquasque virtutes intellectus, vt actus suos ac meditationes rectè peragant, perfectamque veritatum cognitionem consequantur; spem &

charitatem fouent, & reliquas virtutes supernaturales, quæ illam comitantur, vt intense valdè operentur, & vnionem cum Deo, in qua earum perfectio consistit, obtineant. Denique quo maior est frequentia, & harum inspirationum vis, eò noster feruor in omnium virtutum exercitatione est maior. Quod culpa & negligẽtia nostra rariùs veniant, tepescere, & lãgueſcere: ſi aũt frequẽtius veniãt valdeq; ſint ardẽtes inſigne ab eis auxilium accipimus, ad curréndum & volandum per exercitia orationis & Mortificationis, c Iſaiæ 58.11. iguo aut nullo labore, magno verò profectu. iuxta illud quod ſcriptum eſt: *Et requiem tibi dabit Dominus ſemper, & replebit ſplendoribus animam tuam, & oſſa liberabit, & erit quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.*

QVI ſunt hi ſplendores, quibus Deus animas implet iuſtorum, quos tenerè diligit, nisi illuſtrationes illæ, quibus eorum cognitionem acuit; & inſpirationes, quibus accendit affectum? per has affert illis quietem in conscientiis, dat pacem & tranquillitatem in mortificatione paſſionum, & in gubernatione cogitationum; eiſdem irrigat hortum virtutum, vt floreſcant in magna copia feruentium deſideriorum, afferantque fructum plurimum ſanctorum operum: eædem ipſæ copioſiores reddunt fontem gratiæ viuum, vt ferueat ſemper, creſcat & ſaliat in vitam æternam. Per animæ omnes cogitationes ac deſideria ſua

co-

rcelo collocent: eisdem meditatio & attenta in oratione adest fiducia, charitas inflammata, contemplatio denique altissima. Nam (vt sanctus Gregorius ait) diuina inspiratio statim atque animam tangit, eandem eleuat supra seipsam, reprimit cogitationes rerum temporalium, & inflammat æternarum desideria, ita vt cœlestibus tãtum delectetur, terrenarum verò fastidio quodam afficiatur; tantaque est perfectionis altitudo, quam illi cõmunicat, vt eam faciat ipsi Spiritui S. persimilem. d *Nam quod natum*, inquit, *est de spiritu, spiritus est* in nobilissimis scilicet proprietatibus, quas ipse habet, vt fusiùs diximus Me. 26. & 27. Sextæ partis.

Lib. 5. Mor. c. 19. & in Psal. 6. pœn.

d Ioan. 3. 6.

§. 1.

Qua ratione Deus inspirationibus suis nos alloquatur.

EX dictis cognosci potest mod°, quo Deus loquitur ad cor, cum nos visitat: vt enim ait S. Aug. occulta Dei locutio, est inspiratio, quà animæ suam veritatem & suam voluntatem inuisibiliter ostendit. Nam sicut quicquid Deus in sacra scriptura, & Ecclesiæ locutus est, ad hos duos fines dirigitur, ad aperiendas scilicet nobis veritates diuinorum mysteriorum, quas credere & scire debemus, vt salui simus, discernendo verum à falso, certumque ab incerto & ficto: Item ad nos docẽdũ quæ facere debeam°, iuxta sãctissi-

Lib. de triplici habitaculo. S. Greg. l. 28. mor. c. 2

mam ipsius voluntatem; separando bonum a malo; pretiosumque à vili & abiecto. Eodem modo quicquid loquitur, aut inspirat vnicuique id dirigit ad manifestandam ei in parte lari supremam veritatem, ipsum scilicet Deum, reliquasque veritates, quas ipsum scire oportet; & opera etiam, quæ facere debeat, vt ia uetur. Quod præstat aut reuocando illi in memoriam ea, quæ prius nouerat, sed obli fuerat; aut noua eorundem sensa illi imprimendo, aut alia de nouo reuelando, aut nou modos eadem intelligendi, & in praxim ducendi. Et quoniam verba Dei, nec in spe tantum, nec inania & absque virtute & ef cacia esse possunt, sicut sunt verba hominum eo quod sint verba omnipotentiæ eius, cui loqui est operari, & cuius dicere, est cere.

NAM statim atque dixit: fiat lux, facta lux; hinc est quod manifestans veritatem & luntatem suam interius, simul infundat cor stem lucem, ad eam cognoscendam, & ign uini ardorem, ad amandam, & magnam fe tudinem ad mandandam executioni. Et pterea dixit S. Bernardus, quod *locutio ver sit infusio doni.* Quod autem aliud hoc d est, nisi ipsamet inspiratio, qua animam tat, quando orat, aperiendo scilicet illi be uolam & iucundam suam præsentiam: a *inuocabis* (ait Esaias) *& Dominus exaud clamabis & dicet; Ecce adsum*, tecum hic me habes præsentem, vt instar Magistri

Serm. 45. in Cant.

a Isa. 58. 9

docea

loceam, instar Medici te curem, instar amici te consoler, adiuuemq; sicut omnipotens. O verbum dulcissimũ, quod secum trahit ipsum verbum æternum, à quo profertur? b *Verbum* (inquit) *meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcũque volui, & prosperabitur in iis, ad quæ misit illud.* Si misero illud, vt sparsas cogitationes colligat, illas colliget; si vt inflammet affectus, inflammabit; si vt corda mutet mutabit; si vt infirmos corroboret, corroborabit; etiã vt iustos supra se erigat, eriget illos à terra, & collocabit in cacumine cœli. Quid vero mirum, non redire ad Deum vacuum verbum, quod procedit ex ore eius, cum non vacuum procedat, se plenum tot donis, quorum largitorem etiam deducit secum? Nam sicut c *Spiritus Sanctus datus est Apostolis in dispertitis linguis tanquam ignis*: Ita solet seipsum dare suis amicis, in his inflammatis inspirationibus, quæ sunt velut linguæ igneæ ipsius & nostræ: Ipsius quidem, quia per illas nos alloquitur, mollefacit, illustrat, & accẽdit: Nostræ, quia cum illis eum alloquimur, & laudamus d *hymnis & canticis spiritualibus*, petimusque gratias affectibus & e *gemitibus inenarrabilibus*. O Spiritus sanctissime f *loquere, quia audit seruus tuus*, moue me Sancta inspiratione tua, vt sciam possimq; loqui tecum in Oratione. Da tu mihi linguam igneam, qua possim tecum acturus: si enim illa mihi desit, mutus ero ac frigidus. Circa has inspirationes, tria

b Isa. 55. 11.

c Act. 2. 3.

d Ephes. 5. 19.
e Rom. 8. 26.
f 1 Reg. 3. 15.

quæ magni sunt momenti, sunt aduertenda.

1.2.q 68.a.2. 1. Primum est quod omnes iusti, titulum habeant & ius, ad illas petendas & sperandas, quod acceperint septem Spiritus Sancti dona, quæ Sancto Thoma teste, eis communicantur vt his diuinis impulsibus facilè pareant, præcipuè cum ad heroica, vitæ Actiuæ & Contemplatiuæ facinora impellunt. Et cum Spiritui Sancto non placeat, quod eius talenta sint otiosa, certum est nisi ipsi desint sibi ipsis, inspiraturum ipsum, quando & quomodo expedit illorum vsui, vt consequantur eam perfectionem, ad quam illa diriguntur & donantur. Quis gubernator esset, in cuius potestate venti essent, nauemque haberet in procinctu, velaque extensa ad nauigandum, non efficeret vt ille flaret, qui ad finem suæ nauigationis esset opportunus? Cum ergo Spiritus Sanctus qui intra ipsum iustum habitat, tanquam animæ eius gubernator, Dominus sit horum diuinorum impulsum, quibus ad perfectam cum Deo vnionem nauigatur, certum est, si nauem videat virtutibus ornatam, velisque septem donorum benè dispositam ad excipiendum ventum inspirationum ipsius, missurum eas ipsum magna vi valdeq; opportunè, vt feliciter pergat, & ad portum desideratum perueniat.

2. Nec tamen propterea cogitandum tibi est sciri posse tempus, locum, exercitium, & occasionem, qua Cœlestes hi venti sint venturi. Totum enim hoc dependet à voluntate ipsius Spiritus Sancti: sicut ipsemet San-

cto Iob asseruit dicens : g *Nunquid nosti, per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram* ? Atque si diceret, vt Sanctus Gregorius declarat : Quando ego dura corda emollio, & flecto pertinacia, aspera reddo mitia, frigida inflammo, & infirma corroboro, colligo dispersa, & inconstantia firmo, scies-ne qua via è cœlo veniat ad hæc efficienda lux supernarum mearum illustrationum, & ardor inspirationum inflammatarum? Non est possibile, vt tu ea noueris : sed ego solus noui. h *Spiritus* enim *meus vbi vult spirat*, & per media quæ vult, modò in publico, modò in occulto, nunc in Ecclesia, nunc in foro, nunc etiam aliquam imaginem aspiciendo, aut bonum aliquod Exemplum, & laborando aut aliquod negotium agendo, nunc in medijs ipsis peccatis iaculatur huiusmodi scintillas in peccatores.

g Iob. 38. 24. Lib. 29. moral. c. 12.

h Ioan. 3. 8.

§.

Nihilominus quædam ipse media reuelauit, quibus frequentius consueuit eas communicare: quæ media quidam amicus ipsi⁹ Iob (vt interpretatur S Gregor.) vocauit i *venas suffuri Dei*. Nam vt in corpore humano sunt venæ & arteriæ, per quas distribuitur sanguis, & spiritus vitales, per totum corpus & ipsa terra habet suas venas & poros, per quos recipit aq̃ maris, & erumpunt fontes: Ita De⁹ aliquas venas habet, per quas consueuit vitales hos Spiritus hominib⁹ cõmunicare, fluitq; aqua viua, quæ facit illos salire vsq; ad vitã æternã. Maximè verò ordinaria sunt media, exercitia vitæ

i Iob. 4. 12. s. Greg. lib. 5 c. 19. & 20.

con-

contemplatiuæ; qualia sunt, audire verbum Dei, sacros libros pioſque legere atque diuina mysteria meditari: illuc enim accurrit Spiritus S. ad loquendum & inspirandum quod dicit concionator, liber docet, aut mysterium representat. Et ipsamet Oratio est ditissima vena; quia loquentes cum ipso Deo, permouemus ac prouocamus eum ad nobis loquendum. Harum tamen inspirationum omnium est opulentissima vena Sanctissimum altaris Sacramentum; eo quod ibi sit verbum ipsum diuinum, quod earum est causa, & Saluator qui eas est promeritus, suumque adunctum dirigit ad actualem animæ refectionem quæ his inspirationibus datur. Imò ad eas suggerendas sufficeret, & cum in ipso Sacro Missæ fit eleuatio, ipsum videre, eiusq; præsentiam cum viua fide assistere. Si enim Magnes talem qualitatem à se eiaculatur in ferrum vt illud ex loco suo euellat ac trahat, sibiq; coniungat: Quantò magis venerabilis præsentia amabilissimi huius Domini iaculabitur has cœlestes inspirationes, quibus trahat nos post se, nostrumq; spiritum cum suo coniungat? O Dilecte noster k *trahe nos* huic impulsib. & *post te curremus* in suauissimum *odorem vnguentorum tuorum*; Aperi nobis venas diuinarum tuarum inspirationum, vt eas obtineamus, & fructu earum gaudeamus. Amen.

k Cant. 1. 3.

§. 2.

De impulsibus boni Angeli.

CVM his diuinis inspirationibus, magnam affinitatem habent interiores boni Angeli impulsus; cuius munus est, esse Dei nuncius, & eius nomine, ad nos visitandos accedere, vt nobis interne manifestet voluntatem Dei, ad eamque executioni mandandam permoueat, iuxta illud, quod ipse Deus dixit populo suo Israel: a *Ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem paraui; obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes; quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in illo.* Impulsus, aut interius huius Angeli verbum adeo est efficax, vt (quod Zacharias Propheta expertus est) quando b *loquitur* intus ad cor, b Zacha. 4. 1.
omninò *suscitet, quasi virum qui suscitatur de somno suo*, excutiendo scilicet omnem eius somnolentiam & pigritiam. Si enim Dæmon repentè solet iaculari in cor vehementes cogitationes & sensus, quos Dauid *immissiones per angelos malos* appellat, quibus excitat nos ille & vehementer ad peccandum prouocat. Quãtò magis bonus Angelus immittet nobis feruentes cogitationes, quibus nos exercet, & ad exercenda bona opera prouocet tam vitæ actiuæ quam contemplatiuæ? Facit enim nobiscum

a Exod. 23. 20

c Psal. 77. 49

biscum inuisibiliter, ꝙ fecit cum Elia fugien-
d 3. Reg. 19. 5 Iezabelem, & d *obdormiente in vmbra iuni-*
tetigit enim eum & excitauit *dixitq; illi: Su-*
& comede: qui cum comedisset & bibisset, r-
sum obdormiuit, & reuersus angelus Domi-
cundò tetigit eum, dixitq; illi: Surge comed-
dis .n. tibi restat via; qui cum surrexisset, co-
dit & bibit & ambulauit in fortitudine cib-
lius quadraginta diebus & quadraginta noc-
vsq; ad montem Horeb, vbi ipsemet Deus d-
dè illi locutus est, in modum *sibili aure te-*
aperuitq; illi sua secreta. Hoc inquam m-
cum defatigati laboribus miserę huius vit-
persecutionib⁹ carnis nostræ, vexati defa-
tione, ac tædio superati, cōponim⁹ nos ad
miendum, quærentes .s. quietem aliquam,
vmbra boni alicuius delectabilis terræ: S-
tamen Angelus non dormit, nec obliui-
nostri sed accedit, interniſq; impulsib⁹ no-
citat, idq; facit bis: impellit enim nos vt
ni corpore surgamus, operaq; vtriusq; vit-
pestiue exerceamus. cum enim tempus e-
borandi, & aliquid patiendi, nos prouoc-
laborandum, & nos ipsos mortificandos; &
tempus est orandi & meditandi, inuitat no-
e Psal. 67. 26. orandum & Meditandum. Quamobrem
Epist. 78. Dauidi: e *Præuenerunt Principes coniuncti psa-*
lentibus in medio iuuencularum tympanistr-
rum. O quanta cura ait (S. Bernardus) quan-
que lætitia coniungunt se angeli psallenti-
assistunt orantibus, manentque cum medita-
tib⁹, contemplantes comitantur, & præsid-

eg

negotiantib. agnoscũt hæ supnę Potestates fu-
ros suos cõciues, & ideo valde solicitè agũt
ijs, qui cælestẽ hæreditatẽ sunt accepturi cũ
is lætãtur, illos confortãt, custodiũt ac de o-
nib. ꝓpiciũt, quib⁹ illi indigẽt; ac deniq; in-
ãt nobis, vt oremus, & nos ipsos mortifice-
mus psalmos cantãtes, & pulsantes tympana,
corpora, s. nostra mortificãtes, quo magis pla-
eat Deo vocũ musica, siue orationes, simul cu
usica mortificationũ. Quod si in his Exerci-
ijs nos ꝛõnus inuadat, ꝛdò excitãt, vnicuiq; di-
ent: Surge & propera; grandis .n. tibi restat
ia, attẽde ꝙ sit lõga vitę actiuę, eo ꝙ in ea ma-
gis fit mortificationis maã, & multæ virtutes
ontinendæ, & adhuc est prolixior vitæ Contẽ-
latiuæ via, si perueniendũ sit ad altum Contẽ-
lationis montẽ. Si itaq; vita tua est breuis tẽ-
puq; eius incertum, via aũt adeò grandis, de-
et omninò te ꝓperare, *ireq; de virtute in vir-*
tutem, vsq; ad Sanctũ hunc montẽ: vbi videtur
ipsemet Deus Deorũ in Sion, qui dulci ac tenui
ra suarũ inspirationũ tuum recreet Spiritũ,
loquatur ad Cor, teq; sibi perfecta amoris v-
one coniungat. O excelse Angele, cuius im-
pulsus multũ conferunt ad has dulces inspira-
ones recipiendas, assiste semper mihi, excita
eum torporem, erige diffidentiam, adiuua in-
irmitatem: te enim comite, facile perficiã vias
mortificationis & Orationis, donec perueniã
ad montem Dei, vbi illum videam eoque
fruar in eius gloria.
Amen.

§. 3.

§. 3.

Bonæ conscientiæ dictaminà.

VERVM vlterius progressa est sua prouidentia magni nostri Deiq; tam humanæ naturæ auctor, voluit proprium nostrum Spiritum, ipsius esse linguæ instrumentum, per quẽ nos alloqueretur, animq; veritatem & voluntatẽ aperiret, impellens nos hisce verbis internis, ad operandà digna homine, qui iuxta rationis regulas vitam suam instituat. Id aũt præstat in nobis synderesis conscientia que lumen est naturale, quod ipse Deus posuit in nostro intellectu, & vt dixit Dauid: a *signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, quod nobis ostenderet bonum faciendum, malumque fugiendum, voluntati quoq; indidit naturalem propensionem ad sequendum bonum, & fugiendum malum, ex qua tanquam ex semine procedunt omnes Virtutes, quas nostris actibus comparamus. Et propterea ait S. Thomas sunt illæ nobis naturales, naturaliq; nostri Spiritus propensioni conformes; quamuis eædem aduersentur prauatæ carnis nostræ inclinationi. Et hinc procedit pugna illa adeo antiqua & quasi naturalis inter carnẽ & Spiritũ: b *caro n. concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem*. Vnde sicut in carne nostra est cõtinuus quidam excitator, qui impellit nos ad vitia (quæ

S. Tho. 1. p. q. 79. a. 12. & 13.

a Psal. 4. 7.

1. 2. q. 63. a. 1.

b Galat. 5. 17.

formi-

Theologi fomitē peccati appellant, Apostol. autem c *legem peccati*, & d *stimulum carnis, & angelum Satanæ qui illum Colaphizat*, & est (ut ipsi lingua ipsius Dæmonis) Qui excitator sive fomes repentè profert malas cogitationes, pravas imaginationes, & iaculatur scintillas perversorum desideriorum, sumpta occasione ex his, quæ sensibus arridēt & placent; aut ex humore aliquo humore, qui in corporibus movetur, quibus motibus repentinis (quamvis non sint peccata, propterea quod non sint actus liberi) nos excitat, & ad peccandum provocat, contendens apud Spiritum, vt illis consentiat, & illi ad effectum perueniant. Ad hunc ergo modum in ipso nostro Spiritu, qui est superior pars animæ, posuit Deus synderesin sive conscientiam, quæ (vt Origenes expendit) est perpetuus quidam excitator, qui nunquam dormit, & continuus concionator, qui nunquam obmutescit, & Pædagogus qui semper nos commonefacit, exhortans nos ad Virtutem, & retrahens ab omni vitio. Sumpta.n. occasione ex his rebus, quas videmus, audimus, aut legimus, naturali ei inclinationi conformes, statim, p duc bonas cogitationes ac desideria, quibus nos provocat ad virtutū exercitationē. Et quando bonū opus est peractū, illud approbat, laudat, premiūq; ei reddit pacem bonæ Conscientiæ. Contra verò cum labimur in culpā, reprehendit nos, & remorsu quodā castigat ne in eandē relabamur. Quod si redeat occasio eandē repetendi monet nos, vt eā euitemus, assumamusq;

c Rom. 7. 23. d 2. Cor. 12. 7

Lib. 2. in Ep. ad Roma.

media apta ad præueniendum malum. Et
est munus, quod præstat bona Conscientia,
est tanquam Vicarius & locum tenens
Dei, & promulgat diuinam eius legem
turalem, (aut ℣ Apostolus dixit) est ipse
c *lex viua, scripta in cordibus hominum*; cui
& dictamini si pareas Deo, ipsi pares; si cō
c. Rom. 2. 15. nas; etiam Deum contemnis; ipse est
quite per illud alloquitur. Quod si assen
ris eidem obedire, erit tibi fidelis adiutor
ta spirituali. Coniūncta enim natura &
tia feliciter progrediuntur in operibus v
sicut nauis cuius vento perflatur puppis.

§. 4.

De stimulis Charitatis.

SED quoniam terminus est sphæra
ralis luminis ac synderesis ita breuis
non extendat se vltra naturales ver
& opera bona moralia quę rationis regu
conformia: voluit etiam diuina prou
non deesse gradui super naturalis gratiæ,
natura habet. Ideoq; indidit intellectui
fidei, quod nobis ostendit quidquid ad
salutem pertinet. Voluntati verò insc
virtutem charitatis, quæ nos ad ea amand
executioni mandanda impellat. Quare
tus ipsius iusti hac fide illustratus, & hac
tatis propensione exornatus, ipsum pro
ad omne genus bonorum operum mor
& supernaturalium, vitæ actiuæ & Con

plac

gitiuæ ; iuxta illud Apostoli : a *Charitas Christi vrget nos* ad omnia , quæ ad ipsius ob- a 2. Cor
sequium pertinent. Quod si capitalis hostis
Charitatis , qui est amor proprius , vel quæ-
cunque alia vehemens cordis propensio , est
perpetuus quidam excitator & promotor co-
gitationum & desideriorum , ad rem quam
amat , siue concupiscit ; vt exempli causa ef-
ficax passio auaritiæ in auaro , & ambitionis in
ambitioso ; quid mirum quod amor Christi ,
quando est benè radicatus in corde , sit et-
iam perpetuus excitator , & seminarium san-
ctarum cogitationum & affectuum , qui nos
ad Deum deducant , & ad exercitium san-
ctorum operum ? neque enim minor esse
debet vis amoris diuini , quam sit amoris
profani. Hic diuinus amor est nobis conti-
nuus stimulus ; vrgens nos ad currendum in vi-
a spirituali ; est fornax quædam emittens fre-
quentes scintillas quę cæteras virtutes ad suos
actus impellunt. Si enim dormis , diuinus hic
amor te excitat ; Si ignauus es spiritum ille ti-
bi reddit , & vt pergas , impellit ; si debilis , ille
te corroborat ; si distractus , te recolligit , & in
eodem tempore ad quietem destinato , ipse
non quiescit , sed vigilat semper . & in medio de-
siderio somni te vocat , modò ad opera vitæ acti
uæ , modò ad Cōtēplatiuæ : Sicut Spōsa dicebat : b Cant. 5. 2.
Ego dormio , & cor meū vigilat , corpore.n. dor
miente , Dei amor nō dormit ; Sed Sponsā suis cla c Cant. 2. 10
moribus vocat , c *Surge propera amica mea* . in quę Serm. 57. in
verba ait S Bern. Vox quæ blandè nobis mani- Cant.

festat voluntatem diuinam, non est alia, q
ipsemet amor, qui ocio sus esse non pot
nos vrget, suadetq; quod est diuinæ vo
conforme. O amor æterne, insculpe
meo fidem adeò viuã, caritatéq; adeò
vt semper me excitet ad tuã voluntatẽ
ctendam, in quo consistit vita mea. Et q
S. Thom. 1.2. Q. 65. A. 2. debilitas mea in causa est, vt sæpius illa
mitent, & à suis actionibus desistant, tu
mine excita, superniſque tuis impulsibus
adde, vt illæ me excitent suisq; impulsib
geant, Amen.

§. 4.

Quantum noceat quatuor his impulsi resistere.

EX prædictis omnibus id infero, q
in spirituali vita proficere, debe
tuis actionibus aliquẽ ex quatuor
pulsib. sequi: Siquidem omnes ab Spir
proueniunt, q nunc per seipsum & sanct
inspirationem nos alloquitur, dirigit ac
nunc per ministros suos Angelos, alias p
stinctum rationis, & lumen naturale,
dictamen fidei charitate inflammatæ. Q
hi Spiritus impulsus, alas moueant vita
templatiuæ, manus verò actiuæ, secur
ris & absque resistentia aut digressione
aliquam contrariam, eos sequi. Et quo
non solum ad bonum mouent & adiuuant
etiam malo aduersantur, dum nobis
ra

...t, vt illud fugiamus, in vtroque oportet il-
...parere. Nam quam vtile est illis obedire,
...est noxium illis resistere aut eos proculca-
...Id enim est sicut Apostolus dixit, a *spiri-*
...bonum extinguere quod non relinquetur
...ctum, vt Christus Dominus noster insinu-
...dicens: b *Esto consentiens aduersario tuo*
...dum es in via cum eo, ne forte tradat te iu-
...& iudex ministro, & in carcerem mittaris.
...en dico tibi non exies, inde donec reddas no-
...mum quadrantem. Exploratum est autem,
...multi patres dicunt, aduersarium hunc quē
...ristus iubet consentire, non esse Dęmonem,
...dum, aut carnem quibus potius debemus
...omnibus contradicere tanquam hostib. per-
...em nostram quærentibus. Illud ergò ma-
...est certum, hunc aduersarium esse Spiritum
...um complectentem quatuor illos Spiritus
...perius positos, qui suis dictaminibus & in-
...rationibus, carni nostræ aduersatur, culpas
...stras reprehendit, superflua amputat, pra-
...propensionibus resistit, semperq; nos hor-
...tur fugere nostras proprias voluntates: &
...etiam in omni opere prauo & imperfecto
...arguit ne tale quid faciamus. Quare etsi
...bis aduersetur, non tamē hostis est, sed ami-
...& comes, qui ambulat nobiscum toto tem-
...re huius vitæ, semper procurans nostrum
...num. Non potes propiam conscientiam fu-
...re, quam deducis tecum quocunque eas, te-
...ne oppugnabit remorsibus suis. Bonus Ange-
...us nunquam tui commodi curam deponit, nec

a 1. Thess 5. 19

b Matt. 5. 25.

S. Aug. lib. qq veter. & noui testam. q 20. & li. de Salutari. documen. c 64.
S. Ambros. li 7. in Lucam. c. 22.
S. Bern. Ser. 85. in Cant.
S. Dorotheus Serm. 3. de Conscientia

desinet tibi aduersari in malo multò verò m
nus curam tui deponit Deus, qui intra te
est, tecumq; ambulat, atque inspirat, vt a
declinans sequaris bonum.

HVIC aduersario, siue aduersarijs, m
Saluator noster cito consentire, absq; ex
tionibus aut dilationibus, obediendo
inspirationibus, acceptando correctiones
sequendo consilia, alioqui futurus semper
c Iob. 9. 4. marissima pugna. Nam quis (ait Iob) *cre*
& pacem habuit. Tua ipsius Conscientia
erit carnifex, & tanquam vermis duplic
mordebit ob malum quod agis, & bo
agere negligis, & Angelus qui tuæ pere
tionis erat socius erit actor contra tuam p
d Exod 23 21 naciam, quam d *non dimittet cum pec*
inultam; & Iudex, qui in hac vita tibi er
neuolus in aduersarium conuertetur se
mum, qui si optimè tecum agatur, co
in carcerē Purgatorii, vbi exquisitissim
ciatibus, lues has resistentias & inobed
nec inde exibis, donec vltimū solueris q
tem, vel minimam .s. culpam quam adm
Adeoq; grauis esse potest tua pertinacia
sistendo, vt sis dignus, qui in alium pro
rem, magis tremendum & æternum car
conijciaris; ex quo non licebit exire
debito persoluto; quod quia erit impo
etiā impossibile erit inde exire: Quia in
no nulla culpa remittitur. Et quoniam
titur, est ipsius iudicis hostis, nullā pœ
vlla culpa satisfacit: Erit itaque maxima

entiæ perpetuas inducias cum his aduersarijs
bere, quandiu vixeris, fœdusq; cum eisdem
re, vt quicquid iusserint, aut cõsuluerint fa-
amus: quo perfectionem per eos assequamur;
& tandem nos recipiant in æterna ta-
bernacula.

CAPVT. XXII.

DE TRIBVS EXTRAORDINA-riis modis, quibus Deus hominibus loquitur: & quosnam eius verba effectus habeant.

MODI hactenus positi, quibus Deus nobiscum loquitur, communes sunt & ordinarij, sunt alij extraordinarij & præter communem legem qui varijs nominibus nuncupantur. Nam cum aliquid manifestant, quod antea erat incognitum, appellantur reuelationes; cum sunt de rebus futuris dicuntur Prophetiæ; quando ipsa persona quæ nos alloquitur, nobis apparet, siue per seipsam, siue per figuram aliquam aut similitudinem, quæ illam repræsentet, aut per alia signa sensibilia, quæ significant aliqua mysteria, appellantur Visitationes, Apparitiones, aut Visiones de quibus

Hos modos colligit Sanct. Greg. lib. 8. 28. moral. S. Thom. 22 q. 171. a. 3.

agetur in tractatu tertio, qui est de Contemplatione, quas ad tria genera reducem⁹: iuxta quos alios tres modos prodigiosos hîc indicabimus quibus Deus solet alloqui seruos suos.

PRIMVS ergo modus, quo De⁹ loquitur seruis suis, est per verba externa in aëre formata, & auribus corporis percepta, hominem gilante: quæ verba quando ab ipso Deo sunt perātur interius id q̄ repræsentāt & signifi- Nā De⁹ vtitur illis tanq̄ instrumentis, ad illustrandū spiritū & loquendū ad cor eius, cui audit, licet cum diriguntur ad aliquid manifestandum, nō eundē in omnibus effe habeant. Huius generis erant multa respo quæ Deus dabat Moysi & Dauidi, cum alter interogarent. Et vox æterni Patris, quæ a ruit in Baptismo & Transfiguratione Chr

a Matt. 3. 17. b Ioan. 12. 28

Domini nostri dicens: a *Hic est filius meus dil ctus, in quo mihi complacui.* Et cùm alias nit *vox de Cœlo*, respondens ipsi: *& clari ui, & iterum clarificabo.* Et quando Ange Gabriel apparuit Bea. Virgini, hoc etiam m est locutus. vniuersim enim cum Angeli h na corpora assumunt, loquuntur vocibus s bilibus, quas aures p̄cipiunt distinctè. Sicut

c Luc. 2. 1. 4. d Actor. 9. 4.

iā in nocte Natalis Christi dicebāt, c *Glori altissimis Deo*, Et ipsemet Saluator noster, hoc modo loqui seruis suis, vt locut⁹ est cum dixit: *Saule Saule, cur me persequ* Quin etiam audita sunt huiusmodi v prodijsse ex sanctissimo Altaris Sacram to, dicendo aliquid oranti feruenter.

cat

tur euenit cuidam homini Romæ, quem summus Pontifex Gregorius XIII. hortabatur ingredi nostram societatem: qui cùm repugnantiam sentiret in se ad id faciendum, descendit ad templum S. Petri, genibus flexis ante SS. Sacramentum, magno feruore petijt manifestari sibi ipsius Christi Domini voluntatem; & repentè exijt vox de tabernaculo, quæ illi: *esto de Societate nominis mei*, apparuit verò certò fuisse Dei vocem, ex tribus admirandis effectibus, quos operata fuit: primus fuit maximæ reuerentiæ, quia proiecit eum in terram magno timore & tremore, sicut in huiusmodi occasionibus euenire solet, adeũ modum, quo vox æterni patris in monte Thabor proiecit in terram tres Apostolos, qui eã audierunt. Secundus effectus fuit: Quod eius cor ita commut uerit, vt vehementer afficeretur ad id, quod antea horrebat. Vincens videlicet cum suauitate repugnantiam omnem, ic difficultates, quę ipsum ab ingressu religiosis retardabant. Tertius fuit quod infuderit illi repentè magnam nominis IESV existimationem, idque tanta luce & claritate inæstimabilium diuitiarum, quæ in eo nomine latent, vt quoties de eo loqueretur, in magnam admirationem raperet omnes, qui eum audiebant. Hoc exemplum attuli, vt cognoscantur indicia harum vocum sensibilium, quando sunt à Deo & angelis eius. Tales quoque prodeunt interdum ab aliquibus deuotissimis imaginibus: nunquam enim bonus spiritus in-

Dan. 10. 9.

Matth. 17. 6.

strumentis vtitur profanis aut indecentibus ad talia verba proferenda Semel tantum in S
a Num. 22. 28 Scriptura legimus, *Dominum aperuisse os asinæ, vt loqueretur Balaam*, sibi insidentis ve nos eius gressus impediret. Nam alias per os bestiarum loqui potiùs est proprium dæmonis, qui per os serpentis locutus est, vt eu deciperet.

2. SECVNDVS modus, quo Deus D. N. loquitur, est superiore frequentior, per verba scilicet interiora, quæ formantur in imaginatione & sensibus animæ internis, in quibus compo nit rationes & sententias, quas vult innotesce ei, cum quo loquitur, ad eum modum, quo so let accedere somniantibus, & hac ratione lo qui solet seruis suis, & rem aliquam reuelare & docere, siue per seipsum, siue per sanctos Angelos suos: modo proferendo ipsa verba nõ tamẽ patefacta persona proferentis, modo imprimẽdo imaginatiõi aliquas imagines a figuras ipsius loquẽtis; quæ quoniam referun rem corpoream, solent interdum esse tanqu viua effigies ipsiusmet corporis, quod loquen persona habet, vti sunt Christus Dominus no ster, & sancta eius Mater, quale corpus in e gradu splendoris & pulchritudinis repræsen tant, quo Deus vult. interdum sunt effigies e iusdem corporis, in ea proportione ac dispo sitione, quam aliquando habuit; quando exe pli caussa proponitur Christus vt infans, aut a cruce pendens, aut aliquis Sanctus, eo vultu & habitu, quem gestabat in hac vitã: inter-

dum

dum sunt figuræ personæ alicuius humanæ, eorum aliquem spiritum referentis, Deum videlicet aut Angelum, aut aliquam sanctam animam, sed in eo habitu & ornamentis adeò castis, grauibus & admirandis, vt facilè appareant excellentes spirituum horum excellsorum virtutes & proprietates; qui quasi induti esse videntur illis figuris, per quas loquuntur & sese communicant animæ: quæ superiore parte intellect⁹ diuina luce illustrati assequitur ac penetrat, quod illi dicitur, cæteraque mysteria per illas figuras repræsentata. Et quamuis hoc totum intra ipsam animam geratur, interdum tamen videntur propè ipsam esse ac loqui; interdum verò valdè procul, aut in ipso cœlo. Id quod aliquando euenit in somnijs; sicut locutus est Deus Patriarchæ f *Iacob* ex summitate scalæ, & aliquibus g *Prophetis*, & sic solet Deus visitare seruos suos h *aperiens* (vt in Iob dicitur) *aures virorum & erudiens eos instruit disciplina*, tum quod illud tẽpus sit valdè quietum, cessantibus externis sensibus à suis actionibus: tũ vt procul magis sint à tribuendo hoc fauore meritis suis: aut denique, vt sic reddat præmium diligentiæ, qua se ad matutinam orationem præpararunt, aut ad somnum religiosum habendum, sicut supra dictum est. Sed hæc interna verba vt plurimũ solent esse in vigilia, & in ipsamet oratione, adeò distinctè exprimentia quod Deus vult, atque si reuera sensibilia verba proferrentur, & ita aliunde veniunt efficaciter & viuaciter,

f Gen. 28. 13

g Num. 12. 6

h Iob. 33. 15

vt fa-

vt facilè appareat omnipotentia Domini illi

i Heb. 4. 12. proferentis, iuxta illud Apostoli: i *viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis*, quod euellit ab omni affectione sensuali, vel maximè cordi agglutinata; efficit q reliquos effectus, quos diuinæ inspirationi supra attribuimus, licet efficacius & fortius, simul verò etiam suauissimè, & propterea dicitur venire nunc tanquam k *vox aquarum multarum*: nunc quasi l *vox auræ lenis*, aut m *sibilus auræ tenuis*, cuius effectus deprehendemus ex ijs, quæ fecit Elias, quando illam vocem audiuit, cùm esset in spelunca in monte Dei. Nam *cum eam audisset, operuit vultum suum pallio & egressus stetit in ostio speluncæ.* Quid est (inquit sanctus Gregorius) vultum suum pallio operire, nisi nobis significare, quod quando Deus loquitur, efficiat in nobis profundam humilitatem, cum summa reuerentia coniunctam, insignem interiorem & exteriorem recollectionem imaginationis & sensuum corporis, rapiendo totam animæ attentionem ad ijs attendendum, quæ Deus dicit? Estque admiratione dignum, quod cùm Elias audisset spiritum grandem & fortẽ, subuertentẽ mõtes & conterentẽ petras, & igné, qui post tantã cõmotionem violenter pertrãsibat, nõ operuit vultũ suũ, nisi cum sensit sibilũ auræ tenuis, in quo veniebat Deus; non aũt

k Apoc. 1. 15.

l Iob. 4. 16. m 3. Reg 19. 12.

Lib. 5. mor. c. 26.

in re-

in reliquis, quæ in tanta commotione præcesserant: vt nobis significaret, nullam creaturam sufficere ad nos recolligendos, nisi in ea sit ipse Creator. Quid verò est prodire Eliam mox ex porta speluncæ, nisi vt nobis significetur, quod vox & inspiratio Dei statim nos faciat à nobis ipsis exire, vt incipiamus ipsum Deũ cognoscere? sicut experta fuit quæ dicebat: n *anima mea liquefacta est vt locutus est* dilectus meus, aut vt alia lectio habet: o *anima mea egressa est in sermone eius*; quia dilecti verbum inflammatum igne amoris, quem in diuino suo pectore habebat, illam emolliuit dilatauitque instar ceræ liquefactæ, quæ extenditur ac dilatatur pluſquam ipsius natura exigat, & ita illam extra se eduxit, non vt in alias creaturas spargeretur, sed vt in sui creatoris conspectu toram se effunderet, & extra se facta, supra seipsam se attolleret ad illum cognoscendum, & se diuino illius spiritui conungendum, deiiciendo se in seipsam, vsq; ad propriam defectionem, eo quod nihil vltra possit. Sed quisnam explicare poterit sensuum letitudinem, affectuum teneritatem, & exultationis dilatationem, quæ tunc accipit anima? Sed hoc nunc omittamus, donec de hoc modo contemplationis fusior redeat sermo, si tamen nolis indignus inueniri, qui hæc in teipso experiaris, excitare sicut Elias à somno pigritiæ, & ambula feruenter contendendo ascendere ad montem Dei, orationem scilicet & contemplationem, ingredere secretã

n Cant. 5. 6.

o iuxta LXX

& ab-

& abſconditam ſpeluncam penetrale ſcilicet tui cordis, ad illud te recipe, ad loquendum & conuerſandum cum tuo dilecto, veniet enim ipſe, vt te viſitet, tecum q; loquatur, modo tibi magis conueniente. Quod ſi loqui cœperit, & aliquid inſpirare ad ipſius obſequium ſpectans, recollige te ad attentè audiendum, ac teipſum offer ad exeũdum à te, vt illud exequaris, operi vultum tuum pallio, diſcretione ſcilicet, ſeruans portas tuorum ſenſuum, nõn complacendo tibi in eo, quod videas, aut ab hominibus videaris, vt ita dignus fias, qui videas & loquaris cum ipſo Deo, complaceatque ipſi tecum colloqui; ſed caue viſiones & colloquia extraordinaria deſiderare, quæ nũquam conceduntur ſuperbè aut inani curioſitate quærentibus, ſed humiliter eas declinãtibus, & propriam indignitatem ac miſeriam agnoſcentibus.

3. TERTIVS modus, quo Deus D.N. alloquitur ſuos, eſt omninò ſpiritualis in ſuperiori animæ parte, intellectu ſcilicet, & voluntate, quo ipſe ſolus vt paulò poſt videbimus, poteſt immediatè ſuas inſpirationes & illuſtrationes iaculari, loquendo. ſicum hominibus, ſicut cũ Angelis & beatis animabus. Nã intellectus ſimul eſt auditus & viſus animæ: auditus eſt quatenus à Deo accipit inſtructionem, attenditq; quid ſibi dicatur: viſus eſt, quatenus illud intelligit & aſſequitur. quare in altiſſima contemplatione audit, videtq; ſicut Apoſt. in raptu ſuo audiuit arcana verba Dei. Et hãc

causam quicquid ad hunc verborum modum pertinet, reijciemus ad 3 Tract. nunc transeamus ad declarandum, quod magis delicatum est & vtile in hac materia, ne contingat nos in ea errare.

CAPVT XXIII.

VARIA DOCVMENTA ET regulæ generales ad cognoscendas veras visiones, inspirationes & reuelationes Dei: impulsusque spiritus boni:

QVOD in vita spirituali maximè necessarium ac vtile, iudicatur, est cognoscere motus & sensus internos, qui in corde nostro sentiũtur, vt scilicet discernatur, quando à bono Spiritu, & quãdo à malo proueniant. Sæpè enim Apostolo teste, a *ipse Satanas transfigurat se in Angelum lucis*, & spiritus dœmonis fingit se spiritũ Dei, imitando ipsius impulsus & interiora colloquia: ex quo prouenit, vt quem Spiritus S. impulsum existimamus per ipsius dona ad nostrã perfectionẽ immissum, is Draconis septem capitũ sit impetus in nostrã pernicieẽ; & vt ait Sapiens, b *est via quæ videtur homini iusta, nouissima autem eius*

I.

a 2. Cor. 11. 14.

b Prou. 14. 12 & c. 16. 25.

eius deducunt ad mortem culpæ & æternæ pœnæ. Et quoniam iste Draco astutus est valdè, magnam habet peritiam in his fictionibus fabricandis. Si enim pictor ille adeò adv pingere potuit botrum vuarum, vt volatus ad eum auiculæ, eius grana suis rostris pin rent, vt comederent, persuasæ quod ess vera: non mirum est, si dœmon ita nouer anima nostra pingere tales affectus, vt cum uera tantum sint pictæ virtutes, verè men esse videantur: & eisdem ineſce tur, qui multum sibi tribuunt in spiritu bus.

2. PRAETEREA magna est affinitas & si litudo, inter aliquos affectus vitiosos, & v tuosos, adeo vt contingat sæpè nos transfire studioso affectu ad prauum, existimantes v tutem esse, quod reuera est vitium, & iram dicantes zelum, prodigalitatem, liberalit pusillanimitatem & hypocrisim, humilit præsumptionem, confidentiam, pertinaci constantiam, & amorem proprium, diuin amorem.

3. ACCEDIT carnis nostræ sagacitas, passionum nostræ sensualitatis feruor & ror; ex quo prouenit, vt cor his passionib gitatum iudicium rationis inuertat, trah que post se, & iudicet pulcrum esse turpe iud quod amat, c *dicat q; malum bonum, & b num malum, & ponat tenebras lucem, & luc tenebras, & amarum in dulce, & dulce in am rum.*

c Isa. 5. 20.

DEN-

Denique imbecillitas nostri intellectus 4.
sufficiens causa est, vt non possit penetrare abyssum cogitationum & affectionum, quæ in corde nostro gerũtur, quod solus ipse d *Deus* d Ierem. 17.9
(vt ipsemet dixit apud Ieremiam) *scrutari potest* ac penetrare, nec aliquis cognoscere illud potest, nisi idem Deus spiritualem det lucem ad illud cognoscendum. Quamobrem concludit sanctus Gregorius, duas nobis incumbere curas magni momenti; Primam examinandi ac diligenter inquirendi, quid in corde nostro agatur, ne in ijs quæ agenda sunt, decipiat nos impetus carnis manifestus, nec grauis cogitationibus animus seductus, mala esse cognoscat, & tamen faciat. Secunda verò nos cura debet vigilantes reddere, ne se impetus carnis, quasi impetus spiritus latentes subijciat, & culpas quas committimus nobis virtutes fingat. Sciendum enim est, quia grauiores magisque noxiæ sunt culpæ, quæ super inducta specie virtutes imitantur, quia illæ in aperto cognitæ animum in confusionem deijciunt, atque ad pœnitentiam trahunt: istæ verò non solùm in pœnitentia non humiliant, sed etiam mentem operãtis eleuant, dum virtutes putantur. Hæc sanctus Gregorius, cuius utrumque consilium plurimum confert ad id, de quo agimus, & primum multum iuuat secundum. Si enim studeas humiliter & velociter obedire inspirationibus, quas apertè cognoscis esse Dei, moxque resistis suggestionibus, quas deprehenderis esse dœmonis, non

Hom. 5. in Eccl. 1.

permittet Deus te in reliquis decipi. Nam
qui facit bonum quod nouit esse tale, mereri
adiuuari à Deo, ad assequendum, quod non no-
uit, & qui semper resistit hosti manifesto, me-
retur non permitti decipi ab occulto. Item
semper vigilandum sit tibi in sancto timore
& formidine, moderatè tamen ac discretè, u-
troque vitato extremo. Si enim timor sit ni-
mius anxiusque cum magnis cordis assultibus,
plurimum nocet fiduciæ, quam debes de Deo
habere, quod tibi sit in periculis adfuturus, &
sapientia sua suppleturus, quod tu exigui-
tia non assequeris; & huiusmodi timores fa-
cilè disponuntur ad deceptiones: sicut ex
e Mat. 14. 26 e Marc. 6. 44 Apost. maris tempestate e turbati, existima-
Christum D. N. *super mare ambulantem*
phantasma: sic nimium meticulosi illusione
existimant ipsam inspirationem, sicut per-
3 par. Med. 19 dimus in Meditatione huius miraculi. Ad
rum tamen extremum nimiæ securitatis pe-
niciosius est: qui enim nõ timet non se præ-
parat, qui autem imparatus est, facilè decipi-
& superatur, & eueniet tibi quod dixit Eccle-
f Eccl. 2. 14. siastes: f *sunt impij qui ita securi sunt,*
quasi iustorum facta habeant,
sed & hoc vanissimum
iudico.

6 Ad

§. 1.

De gratia discernendi spiritus.

PRIMVM igitur esto fundamentum, amplecti consilium S. Ioannis dicentis: a *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Si enim te absque hoc examine proijcias, vt credas, quodcunque spiritus interne tibi dicit, graues illusiones ac deceptiones patieris; vel quia fidem adhibebis falso spiritui, credens esse verum, aut non adhibebis vero credens esse falsum, & admittes Angelum Satanæ credens esse Angelum lucis, aut reijcies Angelum lucis, existimans esse Angelum Satanæ: cùm vtrumque sit valdè pernitiosum: neque enim minus nocet portam cordis Deo pulsanti claudere, credendo esse dæmonem, quam pulsanti dæmonem aperire, si credas esse Deum: & æquè pernitiosum est, b *spiritum* bonum (vt Apostolus ait) *extinguere*, sanctasque eius inspirationes: æque est fouere malum, & execrandas eius suggestiones. Necesse ergo est omnes spiritus probare, vt eos amplectamur & sequamur, qui sunt Dei: repellamus verò eidem contrarios. 1.

a 1. Ioan. 4. 1

b 1. Thes. 5. 19

2. AD hanc probationem & examen, largitur Deus D.N. donum illud & gratiam, quam Apostolus discretionem spirituum appellat, quæ est lumen quoddam interius, quo discernitur inter bonum & malum spiritum, ad

quod tamen etiam conferunt externa indicia quæ vterque præfert, iuxta illud Christi Domini: c *ex fructibus eorum cognoscetis eos*, quando vtriusque fructus aliquam habent similitudinem, lux illa diuina aliquid deprehendit, in quo sit differentia oblato aliquo externo indicio ex quo id appareat. Sicut Rex Salomon, vt deprehenderet vtra ex duabus mulieribus, vera esset infantis mater, cùm vtraque verbis & affectibus se matrem ostenderet, d *iussit Rex adferri sibi gladium, & infantem vivum in duas partes diuidere*, non eo animo, vt reipsa diuideretur, sed vt exploraret veram Matrem, ex communi erratione quam altera illarum ostenderet, cùm audiret infantem esse diuidendum, eique viuum infantem traderet, auferret verò alteri, quæ illam diuisionem se ostenderet propendere, & ita factum est. Sed hæc gratia sic spiritum discernendi, non omnibus fidelibus datur, sed excellentioribus qui futuri sunt Magistri Ecclesiæque animarum, ad quos tyrones minusque spiritu experti recurrere debent, ne decipiantur. De illis enim illud intelligitur, quod dixit Deus Ieremiæ e *probatorē dedi te in populo meo robustum, & scies & probabis viam eorum.* Probatorem appellat & metallorum examinatorem, vt intelligamus sicut in republica ciuili sunt probatores, qui officio habent examinare & probare valorem & perfectionem argenti, imponendo scilicet aliquam particulam massæ, quæ offertur in ignem,

c Matt. 7. 20.

d 3. Reg. 3. 24

e Iere. 6. 27.

mixturam deprehendant plumbi aut ſtanni argento commixti; & hinc ſtatuunt ac iudicãt de perfectione totius maſſæ: Ita etiam in Eccleſia eſſe probatores ac magiſtros ſpirituales, quorum officium ſit, cœleſti lumine cognoſcere ac declarare valorem, & gradus ſpirituum, virtutum, ſenſuumq; internorum; examinando ſcilicet ac probando, num puri illi ſint ac ſancti, an verò admixtum habeant aliquid vitij aut deceptionis, adhibitis aliquibus externis probationibus, vt appareat, num quæ virtus videbatur, reſoluatur abeatque in fumum, ac deficiat inſtar plumbi aut ſtanni; an pura & integra remaneat inſtar argẽti probati & repurgati. In quibus tamen probationibus f Prou. 16.2
ſemper neceſſe eſt ad Deum Dominum noſtrum recurrere. Nam vt ait Sapiens, f *ſpirituum ponderator eſt Dominus*, & tanquam præcipuus probator eos probat, g *igneque* (vt ait Dauid) *examinet ſicut examinatur argentum*, atque humiliter dicere: O Sol iuſtitiæ, illumina tenebras noſtras & mitte g Pſal. 65. 10
lucem tuam, qua h *ſeparemus pretioſum à* h Ier. 15. 19.
vili, & ſimus quaſi os tuum, quo manifeſtes & approbes quod tibi placet, reprobes verò quod diſplicet.

§. 2.

De varietate ſpiritum.

Gerſon. in centiloq p.3

SED quoniam hæc gratia diſcernendi ſpi-
tus, non excludit noſtram diligentiam
ſed omnibus incumbit, eam adhibere ad
eos diſcernendos, aduertendum eſt, ſpiritum
bonũ complecti eos, de quibus ſupra cap. 12.
diuinum ſ. angelicum, & humanum illuſtra-
tum lumine rationis naturalis aut fidei & le-
gis charitatis: malus verò ſpiritus, duos tan-
tum complectitur, dœmonis videlicet & pro-
prium ſiue carnalem & mundanũ. Nam (ſecũ-
S. Thoma) non oẽs parui motus, quos in nob-
experimur, fiunt à malis Angelis, ſed mul-
p. q. 114. a. 3 eorũ à nobis ipſis oriuntur, & ab illo ſpiritu
quẽ proprium appellamus, eo quod legibus
propenſionibus carnis noſtræ ſit ſubiectus, ſ-
ut propriã voluntatem & iudicium propr-
appellamus, quod ita noſtrũ eſt proprium,
non ſit Dei, cuius legi aduerſatur. Et ide-
Bernard. eum appellat ſpiritum carnis, & ſp-
tum mundi. Et hinc eſt quod ſpiritus noſter
motibus & ſenſibus, quos producit, interdũ
bonus, interdum malus, ac proinde bonæ pra-
uæque cogitationes & effectus, quos experi-
mur, interdũ oriuntur à bonis aut à deprau-
tis propenſionib. à virtutibus & vitiis cor-
noſtro tenaciter inhærentibus: interdum ver
à foris veniunt immiſſi à bono aut malo ſpi-
ritu. Quamuis (vt benè S. Bernardus perpe-
dit) non ſit poſſibile in hac vita, certo ſempe-

diſcer-

discernere, quando huiusmodi motus à nobis ipsis, aut aliunde proueniant, nec semper id est necessarium. Nam si motus est prauus, parum refert nosse, num a dœmone, an à proprio spiritu ad malum propenso prouenerit. Semper enim festinanter est illi resistendũ. Si etiã motus interior manifestè sit bonus, non est cur multum labores in examine, nũ immediatè à Deo sit, an à bono Angelo, an à conscientia in bonũ propensa: æquè enim vult sibi obediri, quando suam voluntatem apertè manifestat, siue id faciat per seipsum, siue per suum Angelum, aut per eius conscientiam, qui illã agnoscit. Quod si dubites à quo spiritu mot° ille bonus procedat, faciendum tibi est, quod ipse Christus D.N. dixit cuidã Religioso, anxiè solicito, eo quod non sciret, num colloquia & verba quæ sentiebat, essent à bono spiritu, quẽ vt tranquillum redderet, hanc ei quæstionem proponit cũ esurienti tibi ramus offertur, fructibus plenus, quid tunc facis? Respondit ille fructus comedo, ramũ verò vacuũ abijcio. hoc idẽ inquit ipse Dñs faciendum tibi est in his dubijs, quæ circa interna verba, quæ sentis, tibi occurrunt, comedas fructum bonũ qui tibi offertur, exercendo scilicet bona opera, manifestè bona, quæ tibi inspirantur, de quibus non sis amplius solicitus, vt sis ab omni deceptione expeditus. Nihilominus in multis alijs rebus refertur multum scire absque deceptione, quando huiusmodi motus & verba siue colloquia sint inspirationes

Spiritus S. vt locum illis demus; quando vero à malo spiritu simulante speciem virtutis, illos reijciamus.

HOC ipsum quod hic diximus, intelligendum est habere etiam locum in deuotione & lacrymis in feruore & lætitia, iubilis & suspensione sensuum, in extasi & raptu & similibus talijs affectibus, quos S. Bonauentura aut prouenire posse à triplici principio. Primum est naturalis corporis constitutio ad eas accommodata, eo quod vehemens sit, & instar ignis vel vax, aut læta valdè & mollis, aut tenera, quæ facilè tangitur commiseratione, aut quæ vehementer apprehendat quod imaginatur & cogitat. Secundum est spiritus Dei, vtens interdum bona hominis constitutione, ipsamque naturam gratia sua perficientis, vt se eadem simul accingant, & vtriusque opera diurabiliora, quamuis alias tendat contra sam inclinationem, eleuando spiritum nostrum ad res altiores, quam eius facultas naturalis assequi posset, vt sic facilius appareat diuitiæ gratiæ ipsius. Tertium principium est malus spiritus, qui complexione nostra vtitur ad suas fraudes tegendas, ad eum modum quo supra diximus, de lachrymis illis Ismaelis; ac propterea non parum refert cognoscere bene naturalem constitutionem, vt spiritus discernatur, qui efficit motus illos internos. His ergo fundamentis nixi debent regulæ & documenta, quæ traduntur circa adiuuandam gratiam differ-

n. 4. dist. 3

cap. 17.

nendi Spiritus, ad euitandos errores circa illos. Quorum documentorum certiora & vniuersalia hic ponemus, quæ continent multa alia magis particularia, aduertendo tamen, q̃ licet singulæ regulæ proprium habeant documentum, illud tamen per se solum non sit sufficiens nisi & alia simul adhibeantur.

§. 2.

De obiecto siue materia diuinarum inspirationum, veritatibus scilicet, ac virtutibus.

DVAE priores regulæ, quibus reliquæ innitantur, pertinent ad obiectum & materiam diuinarum inspirationum; quod complectitur veritates tantum, ac virtutes puras & absque ad mixtione & odore falsitatis aut vitij. Quoniam Spiritus Sanctus à quo illæ procedunt, est Spiritus veritatis & Sanctitatis: Quare cum alloquitur nos & aliquid cordi inspirat (vt ait S. Augustinus) eo tendit, vt doceat alliciatque ad veritates credendas, & ad virtutes executioni mandandas, detestando quemcunque in his errorem & culpam; ac proinde nihil veritati aut virtuti diuinæq; voluntati potest ab Spiritu Sancto inspirari. Lib. de triplici habitaculo.

HINC fit primum, vt Spiritus S. nihil possit inspirare, quod contra dicat ijs, quæ sunt in Sacris Scripturis reuelata & à S. concilijs declarata & in tota Ecclesia recepta. Quia De-

is non potest sibi ipsi esse contrarius, nec vna veritas alteri veritati aduersari. Quoniam ergo quicquid in diuina Scriptura continetur, est veritas infallibilis, reuelata à ipsummet Deo: nam vt ait S. Petrus, a *Spiritu S. inspirati loquuti sunt sancti Dei homines*, sacri, & scripti, ex quo fit, quicquid Deus inspirat, ijs cõforme esse debere quæ habentur in scriptura sacra & nullo omnino modo eis contrariũ, & in eum sensum dicitur apud Iob b *Semel loquitur Deus*. Est enim sæpius suis seruis loquatur, semper tamen conformiter ad ea, quæ in sacris Scripturis est locutus, nec vnquam aliquid dicit quod contrarium.

a 2. Petri 12 1

b Iob. 33 4. S. Greg. li 23. moral. c 11.

2. DEINDE sequitur quoniam Spiritus S. est Spiritus Christi id quod præcipuè inspirat esse veritates ac virtutes ipsius Christi, veritates quas ille docuit, & virtutes, quas exercuit, locum præbens ad illas cognoscẽdas, & gratiam ac vires ad has imitãdas, iuxta id quod ipsemet Redemptor noster Apostolis suis promisit in sermone post cœnam, dicens: c *Paracletus spiritus S. quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis.* Nunquam itaq; inspirat res inutiles nec impertinentes nouitates, nec vitæ rationem ab ea, quam ipse Christus in suo Euangelio docuit, & in vitæ decursu secutus est, alienam. Quin potius (vt ait Sanctus Bernardus) quoniam tenemur declinare à malo, & facere bonũ, proprium est Spiritus S. in vtroq; horum iuuare nostram infirmitatẽ. Ad primum

c Ioan. 14. 26

Ser. 1. de Pẽtecost.

suggerit nobis compunctionis affectus, culpas nostras reprehendendo: de eo enim dicitur: quod d *quando venerit arguet mundum de peccato*. Ad secundum curæ illi est memoriam nostram refricare, & illuminare intellectum, vt firmiter & magno cum gaudio credat, quod reuelatum est, & voluntatem alicere ad imitationem Christi, ad custodiam legis eius, ad amplectenda Euangelica consilia. d Ioan. 16. 8.

§.

HINC tertiò efficitur, omnia interna sensa, quæ non mensurantur hac prædicta regula, esse à malo Spiritu. Quia Dæmon est Spiritus mendacij & malitiæ: Ideoq; omnes eius sermones & suggestiones tendunt ad falsitatẽ & vitia. Quod ille præstat varijs modis, aliquando enim quod dicit, est manifestum mendacium, contra Dei veritatem; sed illud obducit rationibus apparentibus, vt verum esse credatur; sicut decepit Euam. cum enim Deus dixisset, e *de ligno scientiæ boni & mali ne comedas*; f *in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris*: f *Serpens dixit ad mulierem: ne quaquam morte moriemini, sed eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.* Quasi ei diceret: Verba illa Dej fuerunt minæ, ne euaderetis sapientes, sicut ille. Alias quod dicit, est veritas certa, ex scriptura Sacra deprompta, sed ipsa applicatio est apertæ falsitati coniuncta, concludens falsas conclusiones ex præmissis veris. sicut tentauit ipsum Christum decipere, cum dixit, g *mitte te deorsum,* e Genes. 2. 17 f cap. 3. 4. g Matt. 46.

scriptum

Scriptum est enim: quia angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. veritas erat illa Dei, sed applicatio Dæmonis fuit dolosa, colligens ex ea, licere Christo mittere se ex pinnaculo deorsum, Deumque sine necessitate tentare. Qua via decepit, & fere quotidie decipit multos seros Hæreticos, persuadens illis, aut falsum esse, quod est in Scriptura, aut aliquem errorem ex ea deducēs, propter malam applicationem, aut eos eò deducens, vt instinctum interiorem quem sentiunt, regulam faciant suæ crudelitatis; nihil curantes, quid Deus reuelauerit, a qua re non possunt ipsi appellari illuminati, sed potius obtenebrati, vt qui sequantur proprium iudicium, errans, incertum, & inconstans, cum deberent credere tales instinctus a deo varios & repugnantes, non posse ab eo prouenire, quam à mendaciorum parente.

INTERDVM verò idem malus Spiritus subtiliori alia fraude vtitur. Nam vt Sanctus Gregorius ait, per tempus aliquod multa bona gerit quæ sunt vera & studiosa, vt sic securum faciat eum, cum quo agit, quod sit Spiritus bonus, sed aliquid postea addit, quod ipsius est proprium, persuadens aliquem errorem aut peccatum. Hac ratione (vt refert Cassianus) decepit quendam Monachum, cui per longum tempus apparebat ac reuelabat res valde salutares; quem cum videret superbia tumentem, multumq; suis reuelationibus tribuentem, ostendit ipsi Christianum populum cum Apostolis

4. Dial. c. 48.
S. Thom. 22. Q. 172. a. 6.

Collat. 2. c. 8

scholis, valde tristem & lucidum; populum vero Iudaicum cum Moyse & prophetis, valde lætum & elegantem, dixitq; illi. Si vis particeps esse lætitiæ & pulchritudinis horum, circumcidaris sicut & ipsi; & cum ille miser consueuisset maligno illi Spiritui credere in iis, quæ vera erant, adhibuit etiam fidem in falsitate, permittēte Deo hunc lapsum illi superbo, ad nostram instructionem & cautelam.

Ex quo licet inferre, maligno spiritui, quādo talis esse cognoscitur, nō esse habendam fidem, etiam in veris quæ dicit; propterea quod ille dicat; nec obtemperandum in bono quod præcipit, propterea quod ipse præcipiat; sed quia ipsa ratio aut fides sic dictat, nec permittendus est aliquid nobis dicere; exemplo Christi D.N. qui h *Dæmonia clamātia, quia tu es filius Dei, increpans non sinebat ea loqui.* Quia quę cunq; dicant aut faciant, eō dirigunt, vt nos decipiant, & in superbiam ac in perniciem nostrā inducant. quod si Dæmon aut passio aliqua tua furioso aliquo impetu, ad bonum aliquod opus etiam præceptum impelleret, non est faciendum, vt eius pareas suggestioni, sed vt impleas legem Dei, reprimendo furiosum impetum & perturbationem, quam sua suggestione Dæmon adfert. Nam (vt ait Apostolus) i *omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate:* Quasi diceret, etsi res licita sit, non tamen nos eius mancipia esse debere, sed eam facere cum libertate cordis. Est autem ad nostram consolationem aduertendum, si quando à malo

h Luc. 4. 41.

i 1. Cor. 6. 12.

Spiritu

In Cant. c. 1. spiritu instigati, id ignorantes, faciunt aliquod bonum opus, modo adsit bona intentio cæteraq; conuenientes circumstantiæ, nō propterea (vt ait Richardus) opus illud desinit esse Deo gratum. Dæmonis enim malitia non potest ei nocere, qui in ipsa actione, non sit eius particeps. sicut si quis mihi persuaderet intentione deprauata, vt Eleemosynam ego facerem, si ego bona intentione faciam, habebo meritum apud Deum, quia alterius mala intentio, non potest inficere bonam meam.

§. DENIQVE quamuis sit verum, omnem spiritum, qui vel semel instigat, aut reuelat aliquid falsi aut mali, etiamsi minimum, esse euidenter malum, esto multa vera prius dixerit, & ad magnas virtutes instigauerit, quia Spiritus Diuinus est purissimus absque vllius falsitatis aut malitiæ admixtione: non tamen propterea existimandum esse omnes reliquas inspirationes aut reuelationes, quas homo ille habet, esse à maligno Spiritu, nec eas illusionum nota damnare (vt bene Gerson aduertit) quin potiùs est familiare ipsi Dæmoni, vt opinionē verarū allocutionū & reuelationū Dei imminuat, eosq; qui illas recipiūt, turbet & affligat immiscere aliquas falsas, vt reliquæ omnes suspectæ habeantur, non illas admittat, aut in vsum deducat, qui illas habet. Quod tamen totum consueuit Deus conuertere in bonum suorum electorum, lumen eis præbens ad horum motuum varietatem di-

Tract. de distinct. verar. reuelation. signo 5. in 1. parte.

stingue-

stinguendam, & ex omnibus fructum hauriendum vt mox videbimus.

Praedicto huic fundamento instituitur præclara quædam differentia, quã ipsemet Deus indicauit, inter verba sua, & spiritus maligni. Huius enim verba appellat k *somnum & paleam*; sua verò, *triticum, ignem & malleum*. Mali enim Spiritus verba somnus sunt, quia nec veritatem, nec sanctitatem habent, sed fictam apparentiam & speciem, ab eius malitia inductam aut à nostra stulta imaginatione. Et sicut somnia sunt affinia humori, in corpore prædominanti, aut ijs, de quibus in die actum est: ita eius verba, semper solent esse conformia inclinationi, inaniq́ue audientis desiderio. & potiùs ad quandam eiusdem delectationem quam ad profectum diriguntur. Et propterea appellantur palea, quia vacua & inania à veritate & virtute, nec firmitatem habẽt nec stabilitatem in ijs quæ dicunt, sed inclinant ad vanitatem mundi & carnis sensualitatem, suntq́ue esca bestiarum, hominum scilicet bestialibus carnis suæ appetitionibus deditorum, quæ etiam instar paleæ fouet ignem cupiditatum eorundem. Verba autem Dei sunt sicut triticum, quia nutriunt & confortant Spiritum solidis veritatibus & virtutibus: deoq́ue in bonam terram seminata, afferunt copiosum bonorum operum fructum. sunt etiam sicut ignis, quia fide illuminant, & amore inflammant, contritione purificant,

k Ierem.23.28.

contemplatione ad cœlum extollunt, alios zelo communicantur, vruntque & consumu quicquid est palea, dissoluendo præsentia i omnes imaginationes & somnia Spiritus mal Sunt denique sicut malleus conterens petra quia flectunt duritiem cordis, iudicij pertina ciam, carnis rebellionem, & passionum em veritatem, & vt ignis & malleus ferrum mol liunt & flectunt, ita diuinis verbis flectitur emollitur cor nostrum, vt excellentes virtu tum figuras recipiat.

§. 4.

De puritate intentionis, ac discretione, qua bonum spiritum comitatur.

VERITATIBVS & virtutibus, qu duo sunt certa signa diuinarum inspira tionum, coniunguntur intentio pura discretio, tanquam duo oculi, de quibus i intelligitur, quod Christus D.N. dixit: *Si oc*
a Matt. 6. 22. *lus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lu dum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequa* duplexque, *totum corpus tuum tenebrosum e rit*, ac turpe. ac proinde sunt certa indicia, q discernendum Spiritum bonum à malo. Nam primum Spiritus bonus, semper impellit bonum finem, gloriam scilicet Dei absq; fini alicuius mali aut obliqui permixtione. Cum
b Prou. 16. 4. enim b *vniuersa propter semetipsum operatus Dominus*, ob suam scilicet gloriam; ita quic

quod

quid ipse inspirat, ad eandem tendit; & quicquid est cõtra hoc, ꝓficiscitur à malo Spiritu, hoste diuinæ gloriæ, qui semper quærit ꝙ sibi sit proprium in honore aut voluptate. Ex quo fit vt deuotio & lætitia, q̃ adfert bonus Spiritꝰ tota sit Dei, & ipsi Deo referatur accepta; ac propterea Apost. eã appellat c *gaudiũ in Spiritu S.* Quia ab eo proficiscitur, & eũ habet proximo scopo & fine vltimo, quia de solo gaudet, ꝙ spiritui S. placet; & gaudet, in eũ finem, vt eidem placeat: ad illud ipsum nos exhortatur, idẽ Apostol. cũ ait: d *gaudete in Domino, semper*. & Dauid idem suadet dicẽs: e *delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* quæ delectatio, si sit finis principalis sui ipsius, non erit ab Spiritu diuino, sed proprio, carnali ac sensuali, qui etiã alitur & fouetur rebus spiritualibꝰ, & afficitur in Deũ (vt ait Richardus) non ꝙ illum amet, sed ꝙ eius dulcedine delectetur, cuius indicium est *si tam diu duret dilectio quãdiu durat dulcedo.* qua dulcedine perdurãte, magna est in homine promptitudo ad currendam viam mandatorum Dei, eiusq́; cõfectorum, sed ea subtracta, deficit amor & prõptitudo illa, omnisq́; eius obedientia, deficiente scilicet fine & motiuo eius. propter eandem causam, non censebitur esse Dei dulcedo illa atq; deuotio, quæ vt finem respicit, hominibus placere, cuius iudicium erit si extollatur in publico, quando ab hominibus videtur, in secreto vero marcessat, aut si laudibus dilatatur, contemptu vero arctatur, aut si eam quæ-

c Rom. 14. 17

d Philip. 4. 4
e Psal. 36. 4.

Richard. in Cant. cap. 6.

rat petatq; à Deo cum aliqua perturbatione, a
xietate aut impatientia, conquerendo & re
bãdo ſeipſum ſi differatur, aut negetur, aut
trahatur, ſignum eſt. n. ſpiritum proprium
eſſe participem, ſeipſum potius quærentem
ipſum Deum.

Richard in Cant. c. 17.

IDEM bonus ſpiritus ſemper comitem
bet pretioſiſſimum alterũ oculũ qui eſt diſ
tionis, quo ordo rectaq; diſpoſitio adhibe
in omnibus, quę inſpirat vt. n. ait Apoſtol

f Rom. 13. 1. g Cant. 2/4.

quæ ſunt à Deo, rectè *ordinat à ſunt* ita vt ſ
introducat in cellam vinariam. ſ. affectum
tim *ordinet nobis charitatem*, quæ illor
dux: ibi .n. maximas fraudes poteſt hoſtis
texere, conuertendo .ſ. ſpiritualem amor
ſenſualem, ob eius inordinationem. Qua
brem dicere ſolebat quidam in his valde
citatus (vt refert Gerſon) nihil ſibi eſſe
ſuſpectum, atq; ipſum amorẽ, etiam cum
rebus diuinis. Nam (vt ait S. Auguſtinus)
cedo eſt ſoror amoris, ſenſualitas verb
dulcedine. ex quo multæ inordinationes
niũt, non ſolum ſi accipiatur tanquam
ſed ſi etiam tantum de eo vino quis
vt inebriatus bonũ eius vſum amittat, aut
miam carnis debilitationem efficiat ex qu
ficiat ſpiritus, aut adeo eidem adhęreat, vt
cupationum ſuarum ordinem pernertat, de
rẽdo .ſ. ea opera quæ ſunt obligatoria, ad
ioris perfectionis, vt affectu dulci fruatur
cupiendo ſtatim ad ſupremum culmen pe
nire, non tranſeundo per infimum, magis

Supra Tract. de ſimplificat. cordis, notula. 19. parte 3. Lib. 3. Confeſſionum. Richardus ſupra.

Gerſon tractatu de puſillanimit. part. 3.

rietarium. Ideoq; eo interdum peruenit, vt iu-
diciũ ipsum amittat, & in Spiritus phreneſin
cidat, quod totum prodit malignum ſpiritũ,
quo procedit; qui ingreſſus cum huiuſmodi
gnorantibus in cellam vinorum Dei, abſtulit
illis diſcretionem, conuertens (vt ait S. Bern.)
orum feruorem in furorem, bonoſq; eorum
affectus in prauos.

Serm. 33. in Cant.

Ex quo fit, vt in Dei impulſibus & motibus
(vt inſinuat Gerſon) ſimul eluceant tria præ-
quia ipſius attributa, bonitas. ſ. ſapientia &
omnipotentia. Bonitas, quia ſemper inducunt
aliquid quod eſt bonum, licet non ſtatim ad id q
ſit magis perfectum. Sapientia, quia (vt in li-
bro Iob dicitur) h *inſpiratio omnipotentis*
dat intelligentiam myſteriorũ videlicet & ō-
nium illorũ, quę ad noſtrã ſalutem ſpectant,
in quo tamen non cæcè procedit, ſed prudenter
& per gradus ſuos, mouẽdo (vt ait S. Bern.) pri-
mũ affectus, & oſcula pedũ Chriſti, mox ma-
nuũ, ac deniq; eius diuini vultus. Omnipoten-
tia eminet in efficacitate, qua mouet ad execu-
tionẽ operis, q. n. dat velle, dat quoq; pficere q
ille voluit, vires & facultates ad id mira iucũ-
ditate præbẽdo. Nã vt ait idẽ S. Bern. affectus q
ratione procedit, eſt fortis, ſed ſiccus; qui aũt
diuina ſapiẽtia ſimul eſt ſuauis & fortis.

3. In Centilogio de impulſibus, & Tractat. 8. ſuper Magnificat. Impulſus eſt beniguus luminoſus & virtuoſus.

h Iob. 32. 8.

Serm. 50. in Cant. eſt affectio quam natura gignit & quam ſapientia cõdit.

Atqve hinc puenit q ſpiritus, cũ ſit diſcre-
tus ac moderatus ordinariè non moueat, niſi
ad res ordinarias, & cuiuſque viribus ſine mi-
raculis accommodatas, ducendo nos per vi-
as rectas, planas, & tritas, ac propterea

ſecuriores q̃ ſint extraordinariæ & inuſitat
in quibus maiora inſunt pericula, & malig
Spiritus maiores tentat aſſultus. Nam cũ Deu
auctor ſit viæ huius ordinariæ ad cælũ, p quã
maiores noſtros deduxit, inſpirat nobis, vt
eandem incedamus, i *nec tranſgrediamur*
i Prou.22.28. *minos antiquos, quos poſuerunt* & trium
Patres noſtri. Dæmonis autem Spiritus, q
cit ad hos terminos tranſgrediendos, inſi
do ad res nouas, curioſas, ſingulares, prod
ſas, & inuſitatas, quæ admirationem affer
ſtuporem mundo, ad conſequendũ honor
ctitatis. Sed quoniam Spiritus S. interdum
iam extra ordinaria inſpirat, non erit abs
liqua documenta & indicia proponere, ad
impulſus dignoſcendos, petẽdo demiſſe à D
D.N. auxiliũ verbis illis Sponſæ: ſuprem
k Cant.17. ter k *qui paſcis & cubas* cum tuis ouibus
ridie, in eminenti .ſ. luce & Spiritus feruo
coniunge, quæſo in me feruoré & lucé, n
tepidus vel vagus incedã, ſequens imperu
ſorum & malorum ſpirituum, qui ſe ſimu
ſodales tuos.

§. 5.

De impulſibus & inſpirationibus ad res extraordinarias.

EX quatuor his indicijs boni Spiritus
cet quintam regulam deducere, qua
1. gnoſcamus, quem ſeruet ſtylũ, cũ ad
extraordinarias, incitat, prẽmittendo
modi inſpirationes varijs modis euenire
certo

certũ reddente ipso Deo D.N. internè suas esse inspirationes, nullo dubietatis ea de re vestigio relicto: Quo modo loquebatur Deus cum prophetis res quæ huiusmodi illis iniungebat sicut probat S. Thomas exẽplo Abrahami quẽ iussit sacrificare filiũ suũ Isaac; quæ res primo audita, videbatur contra legẽ naturalẽ: sed ita certũ ac securũ interne eũ reddidit, q̃ ipse esset, qui hoc iuberet, & quod tanquam Dominus absolutus vitæ omnium hominum, poterat iubere offerri sibi, non solum animalia, sed etiam proprium ipsius filiũ, vt mox absq; excusatione id fuerit aggressus. Alias similia solet inspirare, impulsu quodã & instinctu interno adeo vehementi, vt cor ipsum rapiens, faciat magna cũ securitate exequi q̃ inspirat; sicut aliquibus virginibus & martyribus inspirauit, vt sese in ignẽ proijcerent anteq̃ eas proijceret carnifex. Sed nõ sunt hę inspirationes, tanq̃ regula accipiendæ eius q̃ sumus facturi; nec exempla hæc sunt imitanda sed admiranda, & laudand⁹ De⁹ in sanctis suis & operibus suis. opus est aũt magna attentione in rebus huiusmodi. Nã Dęmõ, qui instar simiæ, vult imitari, quod facit Deus, hinc accipit occasionẽ ad ignorãtes & supbos decipiendũ, eos permouens ad res rationi contrarias, fingens, quod Deus cũ ipsis dispensẽt, & interna illa inspiratione potestatẽ faciat ad ea exequenda. Et hoc modo refert Cassian⁹ dæmonẽ psuasisse cuidã Monacho, vt propriũ filiũ quem apud se habebat, decollaret, quo Abrahami Sanctitatẽ imitaretur. Quod facinus fu-

22. Q. 171. art. 5.

Collat. 2. c. 7

Tract. 51. in Ioannem.

issет executus, nisi puer videns parentē ante gladium, timensque ne tale quid attentaret, fugiens euasisset. Et quibusdā etiā Hæreticis (vt refert S. Augustin.) persuasit vt se præcipites darent, aut se in ignem conijcerent, vt Martyres euaderēt. Alijs quoq; miserrimè persuasit per via, inhonesta peccata, fingens Deū dispensare cum illis, sicut iussit Prophetam Oseam accipere sibi vxorem fornicationum.

a Osee 1. 2.

VT ab his fraudibus liberemur, oportet intelligere, veritatem ac puritatē huiusmodi inspirationum, desumendam esse ex finibus ad quos diriguntur, maioris scilicet gloriæ Dei, profectus spiritualis eius cui immittuntur, ædificatione Ecclesiæ, & vtilitate proximorum. Nam aliquando dirigūtur ad probandā fidelitatem, & obedientiā ipsius iusti, sed tūc præsupponitur esse rarę sanctitatis, qualis erat Abrahā. Neq; nē enim Deus plus onerat, quam ferre potest, nec probationes extraordinariæ sunt necessariæ, nisi ad virtutes extraordinarias manifestandas. Ex quo fit, quod huiusmodi probationes in hominibus imperfectis sint, à Dęmone, quærente illorum perniciem. Alias eædem probationes diriguntur ad eripiendum iustū ab aliqua extraordinaria tentatione, & peccandi periculo, sicut S. Benedicto inspirauit, vt se in vepribus tam diu volutaret, dum lacerato corpore voluptatis sensus, ad quem Diabolus ardentes faces subjecerat, dolore opprimeretur. Sancto Martiano, vt se proijceret in mare, & solus maneret cum quadam virgine in [illegible]

quæ cr

quæ erat in mari. Apparuit autem eam fuisse Dei inspirationem ex eo, quod statim accurrerint Delphines, qui ipsum supra dorsum ad terram deducerent. Ex quo apparet fraudem esse Dæmonis quamcunq; suggestionem ad sensuales voluptates. Semper enim Deus inspirat, vt eas fugiamus, nec vnquam dispensauit, aut dispensaturus est, vt quis illas sequatur imo potius si in aliquo dispensat, id facit eas fugiendas. Quod si iussit Oseam ducere quandam fornicariam, non id fuit, illum ad voluptates inclinandum, sed potius ad mortificandum, inito matrimonio alias licito, sed valde contrario ipsius honori & voluntati, vt rudi plebi hoc operæ prophetizaret, quod verbo assequi non poterat.

ALIAS Dominus noster mittit huiusmodi inspirationes, ad declarandam gratiæ suæ efficacitatem & fortitudinem animi, q̃ seruis suis dare potest, sicut inspirauit aliquib. Martyrib. vt se in flãmas conijcerẽt, p̃uenientes man⁹ Carnificũ q̃ eos proijcere volebant. Hoc facto cõfundẽtes & pudore afficiẽtes Tyrannorũ crudelitatem, & simul erigendo aliorum fidelium, qui præsentes aderant, debilitatem. Verum rari sunt huiusmodi casus, & quando mors alias non poterat euitari alioquin erunt illusiones Dæmonis, vt eo citius trahat eos in infernum, qualis fuit Monachi illius Heronis, qui (vt refert Cassianus) persuasit, proijcere se in profundissimum puteum. Ex quo certe viuus euasit, non tamen deceptionem

5

Collat. 2. c. 5.

agnouit, sed mortuus est postea pertinax in sua deceptione & errore.

4. DENIQVE Deus ad suam gloriam manifestandam, inspirare solet varios vitæ extraordinariæ modos in ieiunijs, recollectionibus & asperitatibus, sicut legimus in Historijs S. Antonij, Simonis Stilitæ & quē vocarūt salo sua stultū & S. Catharinæ senēsis & aliorū huiusmodi, sed ordinariè non mittit huiusmodi inspirationes nisi ijs, quorum opera vti vellet multas animas cōuertendas, vtēdo tali forma vitæ, tanq̄ stupēdo ꝓdigio, ad eas trahendas suū obsequiū. Qualis fuit vita magni Baptistæ, q̄ etsi nullū esset facturus miraculum, eius tamen vita fuit quoddam continuum miraculum ad populum Hebræum conuertendum. Quæ raræ sunt iudicādæ inspirationes Dei, quas personæ habent, quæ proprio tātum profectui attendunt, nisi adsint simul indicia, de quibus mox dicemus.

§. 6.

De inspirationibus ad res bonas generatim.

Processu 7. Religiō. 6. 9.

SEXTA regula est de inspirationib. quæ nos mouēt ad res bonas generatim. Dn. vt ait S. Bonauentura, Dn. Deus noster interdū inspirat in particulari, ꝓ vult nos facere; interdum solum in genere inspirat, vt ipse maiorē gloriā & voluntatis eius beneplacitum & Christi Domini imitationē quæramus. Non raro tamen euenit, vt cum hæc desideria pro-

fectio-

fectionis à Deo inspirentur, applicatio tamen ad particularia sit dœmonis, aut spiritus proprij. Sicut euenit Iephtę de quo refert scriptura, quod a *factus sit super Iephte spiritus Domini, & votum vouit Domino dicens: si tradideris filios Amon in manus meas, quicunque primo fuerit egressus de foribus domus meæ, eũ holocaustum offeram Domino, cui reuertenti in domum suam occurrit prima vnigenita filia sua, quam obtulit in sacrificium sicut vouerat se facturum.* in quo tamen grauissimè errauit. Nam esto votum in genere factum fuisset inspiratio Dei, applicatio tamen illius voti ad rem particularem quam obtulit, fuit à proprio spiritu; secutus enim iudicium proprium non consuluit (vt ait sanctus Ambrosius) sapientes, qui exemplo Abrahæ deprehendissent, Deum non gaudere aut delectari sacrificio, in quo sanguis humanus effunditur. In hunc modum multæ illusiones eueniunt pijs aliquibus personis, quibus Deus inspirat sancta desideria pœnitentiæ, ieiunij, orationis & mortificationis, quæ confidentes, ea desideria & inspirationes à Deo esse, aliqua particularia exequuntur, vt eis respondeant, instigatæ a proprio spiritu & feruore indiscreto aut à Dœmone, quem Dauid b *meridianum* appellat. Qui (vt ait S. Bernardus) transfigurat se in Angelum lucis claræ ac feruentis, tanquam meridiei, ad decipiendum feruentes, conuertendo feruorem in furorem, vt sine iudicio aggrediantur ea, quæ ipsorum vires excedunt

a Isa. 11. 29.

S. Tho. 22. q. 88. a. 2. ad 2

Lib. de Virg circa mediũ

Tract. 4. c. 11 fusius de hoc dicetur.

b Psal. 90. 6.

Serm. 33. in Cant.

credentes talia sibi à Deo inspirari. Ita ait
Col.1.cap.21 Cassianus successisse Abbati Io anni, qui magna anxietate cupiebat ieiunare, & cùm esset debilissimus, ieiunium protraxit ad duos continuè dies, quibus elapsis apparuit illi dæmon in figura AEthiopis, dicens illi; parce mihi, Abba, ego enim te induxi in hoc laboriosum ieiunium quod ille fecit, vt Abbas nimium debilitatus, aut citiùs moreretur, aut alijs rebus maioris momenti & obligatorijs deesset. Et eadem ratione euenire potest, vt religionis amplectendæ desideria sint à Deo, determinatio verò ad hanc religionem particularem, sit a b spiritu proprio, ob aliquem finem humanum. Ex quo fit, vt quando inspiratio solum fuerit in genere de sequenda virtute, signum est Deum velle, vt in particulari suppleamus nos, quod illi deest lumine rationis, & fidei, & consultatione cum ipsius ministris. Sicut inspirauit Saulo conuersionem, non addens particularia, quæ illũ concernebãt, sed iubens eum ire in ciuitatem, vbi auditurus esset, quod oporteret ipsum facere, sicut postea per Ananiam dictum est illi.

Ex prædictis omnibus sequitur, ad integrè cognoscendas inspirationes Dei, non esse oculos conijciendos solùm in generalia virtutis desideria, sed in ea particularia, quæ inspirantur, attendentes ad qualitatem personæ, locum, ac tempus, & cæteras circumstantias. Nam aliqua pœnitentiæ forma, quæ in seculari homine, aut in viro forti esset inspiratio

Dei,

Dei, in viro religioso qui ex instituto suo, aliam formam habet, aut in homine debili, erit illusio dœmonis, & in vno eodemq́, homine potest nunc esse deceptio proprij spiritus, quod alio tempore fuit motio Spiritus S. contingere.n. potest, vt eius spiritus assuet⁹ diuinis inspirationibus gignat aliqua colloquia illis similia. Et ea sequitur, atque si essent à Deo, nō satis ad id attendendo. Sicut ait sanctus Gregorius de Prophetis, qui quod valdè frequenter sentiant diuinos impulsus, interdum respondent aliquid ex proprio Spiritu, sicut ait euenisse Nathan prophetæ; qui interroganti Dauidi, num ipsi templum Dei ædificare aggrediendum esset, respond t: c *omne quod est in corde tuo, vade & fac*: cui tamen paulò post Deus contrarium reuelauit. Agens enim candidè rectaque intentione, dignus est, cui Deus fraudem ac deceptionem retegat; imò ipsa postea experientia eundem ab errore liberat, ob discrimen, quod obseruat inter hos & illos instinctus, vt mox videbimus.

2 Dial. 21. & Hom. 1, in Ecch.

c 2. Reg. 7. 3.

S. Tho. 2. 2. q. 171. a. 5.

CAPVT

CAPVT XXIV.

DE ALIIS REGVLIS ET magis particularibus indicijs boni spiritus, ex admirandis eius effectibus.

QVIA prædictæ sex regulæ & indicia boni Spiritus valdè sunt generalia, ad institutum nostrum erit, si alias regulas magis particulares valdeque vtiles proponere.

1. Regula 1. de inspirationibus in superiori animæ parte.

QVARVM fundamentum erit hoc primum, quod solius Dei sit proprium immittere bonas cogitationes sanctosque effectus, absque aliquo medio, in partem animæ superiorem, quam spiritum aut mentem appellamus, aliquando apicem vel fundum spiritus; quod tamen reipsa nihil est aliud, quam ipsæmet potentiæ animæ spirituales, memoria scilicet, intellectus & voluntas. quarum actus realiter ac verè sunt ipsæ illustrationes, inspirationes, alloquia, reuelationes, & consolationes, quas Deus in nobis ipsis operatur, vtens ipsis potentijs, tanquam instrumentis ad talia opera. quod quidem solus Deus immediatè facere potest non vtendo inferioribus alijs po-

tentijs,

tentijs. Nam (vt ait S. Thomas, tanta spiritus nostri nobilitas, tanta nostræ voluntatis ingenuitas, vt solum creatori suo, à quo esse habet & inclinationes, subiecta sit. Et solus ille infundere potest intellectui lumen fidei, eumque sine alio medio illustrare lumine quodã superiore, quod velociter transit, sicut est prophetia, quæ est mere intellectualis. Ad ipsum pertinet, ita memoriam rapere, vt fixa sit in solo suo conditore, oblita omnium creaturarum, solus ipse infundit habitus virtutum ipsi voluntati, potestque eam inclinare, vt nunc velit quod ante horrebat, aut omninò non volebat, etiamsi nulla alia causa ipsum excitans præcedat.

p q 105. a 3 & 4. & q 106 a. & q. 111. a. 2 & 1. 2. q 9. a 6.

Quare Dœmon non potest vllo impetu in spirituales has potentias intrare, eius enim potestas limitata est ad partem inferiorem animæ nostræ, qua appellamus imaginationem & appetitionem, in quam potest ipse vehemẽtes imaginationes veluti iaculari, mouendo corporis humores, & species siue figuras rerum, quæ per sensus eam sunt ingressa, vt reuocet in memoriam aliquid, quod excitet acuatque affectus & passiones, quas ipse intendit, & ita facile illi est imitari alloquia & sensa boni spiritus, quæ fiunt in imaginatione per figuras & repræsentationes internas, potestque efficere deuotionem ac teneritudinem sensibilem, lachrymas, & cœteros affectus, qui ab his corporis potentijs exercentur. Et ex hac parte genus illud sensuum internorum,

1. p q. 111. a. 3

rum, qui in intima & ſuprema parte ſpiritus exercentur non ſe immiſcente parte inferiore, ſecuriores ſunt & nobiliores: quomodo prophetia, quæ fit ſola viſione intellectuali excedit (teſte ſancto Thoma) eam, quæ eſt cum viſione imaginaria, ſicut poſtea videbimus.

2.2.q.174.a. 2.

Proceſſ. 3. Relig. Tract 5.c.9.

AFFECTVS quos magis ordinariè Deus efficit in his potentijs ſpiritualibus, fuſè tractat S. Bonauent. oẽs tamen ad eos reducũt qui ſupra c.20. & 21. ſunt poſiti. qui cũ percipiuntur in corde, idq; de repente, nulla præcedente cauſa quæ illos excitet, ſunt inſpirationes Dei, cuius eſt creaturas ſuas per ſeipſum conſolari, quando & ſicut vult.

I

HINC ſequitur duo eſſe genera conſolationum & gaudiorũ internorum, quæ has inſpirationes comitantur. Quædam enim incipiũt à ſuperiori animæ parte, & inde deſcendunt ad inferiorem; & hæ ſemper ſunt à Deo, iuxta illud Dauidis: a *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum*: ſignificans exultationem propriam Dei viui & veri, incipere ſolere à corde, & inde communicari carni. Aliæ delectationes à carne incipiunt, & à parte inferiori animæ, & inde ad ſpiritum & partem ſuperiorem aſcendunt; & hæ poſſunt àbono & à malo ſpiritu prouenire. Sed qui à malo ſunt, ſolent ſemper incipere cum imaginarijs repræſentationibus; & humorum commotionibus, quod mirificè explicuit ſanctus Diodochus Epiſcopus Fon-

a Pſal. 83.3

Lib. de perfect. ſpirit. c. 33.

tenſis

censis his verbis: Qui voluerit discernere veram delectationem Spiritus sancti; à falsa dœmonis, intelligat Dei gratiam habitare, & operationem suam habere in profundo Spiritus; dœmonis autem ambulare in circuitu, & in suburbijs cordis; quare si anima absque aliqua corporea figura, motu tamen certo & stabili, inflammatur & mouetur ad amandum Deum, tanta vi & vehementia, vt videatur corpus ipsum post se trahere, vt particeps fiat tanti illius amoris, idque tanta attentione, vt non possit tunc de re alia cogitare, signum est Spiritum sanctum in eo agere, cuius est ineffabilis illa lætitia, qua tunc fruitur. Quod si bonis illis cogitationibus, fœdæ aliæ ac inanes immisceantur, quæ lætitiam quoque afferant, timendum est, ne lætitia illa, quam tunc sentit, non sit pura nec interna Spiritus, sed opus sit Dœmonis, qui per eam conatur decipere, quos viderit maniter elatos, ob consolationes alias à Deo acceptas. Hæc sanctus Diodochus, quod eamoderatione intelligendum est, quam §. 2. subijciemus.

Ex dictis etiam constat, personas ex constitutione sua melancholicas, & suis imaginationibus immersas, esse valdè subiectas illusionibus dœmonis, & proprij sui Spiritus, facileque errare, iudicantes verba & alloquia Dei esse quæ verè sunt dœmonis, aut propriæ imaginationis figmenta. Euenit namque illis, quod ægroto somnianti, existimat 3.

enim

Proœf. 7. Relig. c. 18.

enim reipsa geri, quod dor miens imagine & vt S. Bonauent. ait, hi eo perueniunt, phantasticas habeant visiones, quæ progeni ca sunt phrenesis potiùs, quam veri spiritu

b Eccl. 34. 6.

Et propterea dixit Sapiens: b *sicut parturi tis, cor tuum phantasias patietur, ne dederis illis cor tuum*; nec ab illis trahi te patiatu *multos enim errare fecerunt somnia, & exi derunt sperantes in illis.* Eidem porrò perni lo expositi sunt nimis affectuosi, & qui ma gno impetu in suas actiones feruntur, & q tenerè facileq, lacrymas fundunt. Fouet ene Dœmon humores, ad hos effectus excitan vt inanis homo reddatur, & affectus euanes rit: Et vt minimum, quod naturale est, cre esse deuotionem, & externis hisce conten incurij sunt in rebus maioris momenti. Qu obrem hæc duo hominum genera, meritò ca tiùs viuent, siquidem maiori sunt expositi pe riculo. Qui verò sunt animo virili, & conf tione magis affabili & quieta, ac suprà affe ctus sentientis appetitus, magis sunt expedi ti ab his illusionibus, magisque sunt cer quod boni ipsorum sensus sint Dei, qui eos in superiore sui spiritus parte operatur.

§. 1.

De spirituali dulcedine, quam bonus affert spiritus.

Secunda regula de spirituali sapore inspirationum.

SECVNDA regula (licet subtili & paucis cognita) est, quod inspirationes, reuelationes, & alloquia Dei afferre secum soleant spiritualem quendam saporem, quem soli viri valdè spirituales, & in familiaritate interna valdè exercitati percipiunt, & ex eo agnoscunt alloquia illa esse Dei, eaque ab ijs discernunt, quæ Dei non sunt. Vt enim singulæ personæ, specialem propriamque habent figuram, facieique; Physiognomian ac vocis propriũ sonum, formamque loquendi, ex qua ab ijs dignoscitur, qui frequenter cum eo agunt; & sic, ut quisque cibus proprium habet saporem, ex quo dignoscitur ab eo, qui gustatum nõ habet deprauatum. Propterea.n. dixit Iob: a *Nonne auris verba dijudicat & fauces comedentis saporem?* Sic Deus non aliam seruat rationem, dum format in anima sui ipsi⁹ figuram, talemque modum loquendi ad cor, cũ vocis adeò diuino tono communicando talem modum saporis spiritualis, vt per eum agnosci sẽ faciat his, qui familiariter cum ipso agunt. Sicut Apost. Christum nouerant, cum eis diceret: b *Ego sum.* Et magdalena, quando Christus c *dixit ei Maria.* Hoc documẽtum posuit S. Greg. cum dixit, Sanctos discernere inter illusiones & reuelationes, & inter voces & imagines in-

a Iob. 12. 11

b Mat. 14. 27
b Ioan. 6. 21
c Ioan. 20. 16

Lib. 4. Dial. c. 48 & l. 8 Mor. c. 13

ternas, intimo quodã sapore, quo cognoscu
quod à bono spiritu accipiunt, & quod à m
per eius industriam patiuntur, & S. Diadoc
addit, sensum spiritus esse perfectum qu
gustatum, quo ille discernit inter res inter
& quando sanus est, & à nimijs curis expe
tus, sentit consolationes diuinas, & non de
pitur à contrarijs, iuxta illud Dauidis; g
state & videte, quoniã suauis est Dominus.

Gerſ. Tract. de diſt verar reuel. ſig. 4.
Lib. de perfect. ſpecial. c. 30.
d Pſal. 33. 9.

e Phil. 1. 9. propterea Apost. dixit: e *Hoc oro, vt charitas vestra amagis ac magis abundet in scientia & omni sensu, vt probetis potiora*, significans q
sensu & cognitione practica rerum diuinar
prouenire, vt approbetur, quod potius e
perfectius, & non sit locus deceptioni spir
mali. Et S. August. de matre sua S. Monica
fert, quod cùm oraret Deum, vt sibi m
staret suam voluntatem, circa Matrimoniu
filij sui, de quo agebatur, sentiebat intra
psam visiones quasdam & repræsentatio
ad quas ducebatur impetu sui proprij spiri
qui de negotio illo erat solicitus; quas vi
nes (ait S. Aug.) mihi referebat, non ea fid
tate, quã habere consueuerat, cùm Deus al
liquid reuelabat, quin potiùs eas contemne
dicens: se nescio quo sapore, quẽ verbo ex
care non posset, intelligere magnum esse
scrimen inter Dei reuelationes & somnia
phantasias animæ suæ. Deniq; sicut infans,
stinctu solo naturæ, facie vocemq; matris
gnoscit, & cum ea lætatur: Ita anima adh
huic familiaritati cum Deo, supernatu

Lib. 6. conf. c. 13.

quodâ gratiæ & lucis diuinæ instinctu, agnoscit veras visiones & alloquia Dei, exultatq; inde. Nullus tamen, quis sit ille sapor, agnoscet, qui non eum delibauerit: & postquâ delibauerit, deerunt adhuc illi verba, quibus eum alteri manifestet. Idē etiam dicit S. Basil. & Cassian. de suauitate & lætitia spirituali, quâ Dominus noster communicat ijs, qui mūdo sunt corde, sicut nullus benè potest cognoscere mellis dulcedinem nisi gustauerit; & qui gustauit, non poterit satis illā declarare nisi per ambages, & similitudines cum alijs cibis dulcibus, quos comederit, aut per aliquos effectus, quos efficit in comedente. Et hac ratione possunt manifestari inspirationes, & alta Spiritus S. sensa, manifestando scilicet illorum effectus.

§. 2.

De octo humilitatis actibus.

INTER hosce effectus est valdè proprium boni spiritus, efficere in anima saporem humilitatis veræ, valdeque fundatæ in intimo cordis; quam vel solam, si benè agnoscemus (ait Gerson) sufficiens esset boni spiritus indicium sicut superbia & vana gloria certum est indicium spiritus mali. Et propterea dixit sanctus Bernardus animam diuino spiritu plenam, habere sua euidentissima signa, veritatem & humilitatem, quæ cùm simul in ea conueniunt, dat sufficiens testi

3. reg. de vera humilit sapore.

Tract. de discern. verar. reuel. signo 4.

S. Bern. Serm. 69. in Cant.

testimonium præsentiæ Spiritus sancti. Quamuis autem humilitas multos actus habeat, ... ijciam eos, quia DEI visitatione prævniunt.

1. PRIMVS actus est, non desiderare extraordinarias, non reuelationes, non rapt... non exercitia virtutis singularia & mirabi... quæ videntes in admirationem rapiunt, ... potiùs quantum in se est, totum hoc frigus ... trarium desideras, sanctitatem collocans ... ficiendis actionibus ordinarijs, iuxta illi... tum, modo quodá præcellenti ac amore ... ritatè extraordinaria.

2. SECVNDVS est indignum se iudicare ... nis quæ accipit à Deo, nec sibi illa tribuere ... meritis & industriæ suæ, sed misericordiæ ... liberalitate largitoris, admirans quod ... Maiestas rationem aliquam habeat adeò ... creaturæ, velitque se communicare vili ... vermiculo, qualis homo est.

3. HINC tertius oritur actus, quando ... indicia, odorue aliquis adest extraordinarium visitationum, repentè interdum ... tium, aut præmissis aliquibus prænuntijs, ... tim humilitas in actum suũ prorumpit, ... contrahendo, illaſq; recusando, aut per... imminens timendo, Deoque Domino ... se tantis fauoribus dignam non esse, & ... le se hic pati, quam gaudere, & cum ... monte Caluario esse, quam ascendere ... tem Thabor.

4. QVARTVS est, non præsumere, aut ...

extollere quasi sanctum propter id quod accepit, sed potiùs valdè timere, quod se videat maioribus obligationibus onerari; ac gemere propterea quod pro acceptis non satis respondeat, iudicans quicquid propter Deum faciat, parum esse, si cum eo quod debet, cõferatur; & ob ingratitudinem dignum se esse, qui priuetur ijs, quæ ex gratia sunt illi collata.

5. Non præferre se alijs, aut illis meliorem se existimare, nec in corde suo illos despicere, nec cogitare se solum esse, cui Deus faueat & indulgeat, potiusq; credere multos alios tales esse, & minimum se sanctiores, & virtutẽ habere solidiorem; sibi autem tanquam debiliori Deum magis indulgere.

6. Sextvs est, occultare pro viribus dona sibi a Deo collata, & quod in se est, optare omnibus esse occulta, & quando necesse esset illa aperire suo confessario, aut alicui alteri confilij capiendi causa, id facere cum humilitate & contemptu sui, & quasi coactum, aperiendo æquè libenter culpas atque ipsas virtutes.

7. Septimvs actus est, ex totis visceribus optare, se ab hominibus despici, non solũ in rebus honorificis, quas mundus magnifacit, sed etiam in materia virtutis, gaudendo quod habeatur imperfectus, hypocrita, aut impostor, modo ipse culpabilem ad id occasionem non det, nec tristitiam concipiendo, eò quod Confessarius aut Pater spiritualis parui illũ faciat, aut queres contemnat, aut dicat esse dæmonis fraudes. Nam esto liceat contristari, quod sibi à

dœmone imponatur, non est tamen humili
propterea, affligi, quod alij demissè de ipso
sentiant, ipsumque propterea contemnant.

8. DENIQVE Dei dona interna & extraordi-
naria, magnũ solent secum lumẽ afferre, quo
profundam imprimit cognitionẽ nostri nihil
& indignitatis, simul cũ insigni confusione &
pudore, ob nostra peccata; qui pudor exclud
omninò inanẽ gloriam vanamq; complacen-
tiam, affectusque prædictis hactenus contra-
rios. Ad cuius confirmationẽ dixit Deus D. N.
duo præclara S. Angelæ de Fulgino, dum
tanti de suis reuelationibus & internis sen-
quæ habebat: semel enim dixit; in hoc age
sces me esse, qui te alloquor, quod pro eo tem-
pore, nec diuerti poteris ad aliquid aliud co-
gitandum, etiamsi velis, nec inani gloria affi
ob id, quod accipis. Et ipsa experiri volens
alia se diuertere, & cogitare, num aliquid ha-
beret, de quo gloriaretur, mox occurrebat
sua peccata, cum tanto lumine, vt confun-
retur & erubesceret, se vsque ad abyssum hu
miliaret. Iterũ dixit illi Dominus, externa
gna quæ à me petis, quod ego sim qui te allo-
quar, incerta sunt & fraudi subiecta, sed no
dabo tibi adeò certum, quod non possit deter
imitari, & illud est desiderium quoddã, ad
accensum & vehemens mei amoris causa fu
nendi labores & contemptus, vt æquè liber
videas te contẽni, atque alij vidẽt se honora

EX quo fit, vt regulariter Deus D. N. non
inspiret res extraordinarias ei, qui nõ fir-
in no

in profunda humilitate fundatus; nec ei, qui valdè impetitur à vana gloria, ne talis inspiratio illi sit causa ruinæ: de ijs enim, qui parum sunt humiles, præsumere oportet, quod ad res similes ducãtur ab spiritu vano, aut meridiano dæmone, cũ velo maioris sanctitatis: cui[9] iudicia erunt, si superbiæ tentationes admittant, & gloriẽtur de gratia deuotionis, aut sibi persuadeant, ꝙ sua diligentia illam obtineant, aut quod sit maior, q̃ reuera est; aut ꝙ in ea alios excedant, aut quod melius illa vtãtur quã alij. Itẽ si optant huiusmodi res extraordinarias; si cũ illas habent, magni se ꝓpterea faciant; si contẽnant nõ habentes illas; si sensa suæ leuiter manifestẽt quasi in aliorum vtilitatẽ id faciant; si tristentur, animumq; deijciant, cùm ab alijs contemnuntur. Hæc omnia iudicia sunt, quod miserè decipiãtur. Licet ad consolationem infirmorum, opus sit aduertere, non esse indiciũ mali spiritus, quod miscentur interdũ tentationes aliquæ vanitatis & superbiæ, si viriliter illis resistatur, sicut S. Vincent. Fererius de seipso dicebat: inanem gloriam ire quidem & venire, sed in corde suo non hærere. Nec mirandum est, si aliquid interdum tyronibus adhæreſcat: sicut aliqui dicunt Patriarcham Ioseph, in iuuentute sua, aliquam sui habuisse iactantiam, cùm referret suis fratribus visiones, quas habuisset, sed carò illi stetit illa incuria. Nam a *causa illa somniorum atque sermonum, inuidia & odij fomitem* fratribus eius *ministrauit.*[a]

[9] Ex S. Bonau. Proceſſ. 7. Relig. c. 21.

[a] Gen. 37. 8.

ex quo exemplo apparet, similia non esse leuiter narranda, non solum ad incommodum proprium euitandum; sed etiam aliorum imbecillium, qui hac occasione impingunt, in inuidias & murmurationes, aut certe in desiderio eadem experiendi non sine deceptionis periculo. Quod si tamen Dei voluntate & inspiratione, ea manifestentur (sicut credo Iosephum fecisse) non sunt hæc damna pertimescenda. Nam ipsemet Deus magna ex eis commoda faciet euenire, sicut ex humiliationibus ac persecutionibus ipsius Ioseph, elicuit commune bonum pro tota illa terra, & ipsius persecutoribus suis.

§. 3.

De resignatione proprij iudicij & voluntatis, & perturbationum mortificatione.

Quarta regula de obedientia.

EX prædicta hac humilitate, oritur obediētia, & resignatio proprij iudicij propriæq; voluntatis, quæ fit Dei in primis voluntati, deinde voluntati & iudicio eorum qui eius loco nos gubernant. quæ duplex resignatio, certum est indicium boni spiritus, de prima dubitandum non est, quia omnes reuelationes & visitationes Dei, hanc secum afferunt promptitudinem diuinam voluntatem adimplendi, ita vt eadē voce scriptura diuina exprimat Dei alloquiū cū homine, & hominis obediētiā ad Deū. Nā cū Deus loquitur, dicit

quod

quod a *aperit aures virorum*: b *aperire* autem *aurem* est facere illum voci eius obedientem. Nam statim atq; Deus locutus est Isaiæ, ostendit ille suam promptitudinem, dicens c *Ecce ego, mitte me quocunque volueris*; & statim atq; Saulus vocem Domini audiuit, dixit; *Domine quid me vis facere*: Et Dauid ait Deo, e *Cucurri viam mandatorum tuorum, cum dilatasti cor meum*. Sed quoniam malignus Spiritus in bonum transfiguratus, solet hanc promptitudinẽ efficere, ad sibi obediendum ingerendo quod sic obediatur Deo, necesse est eius præstantiam & eminentiam, ostendi in resignatione iudicij & rationis propriæ, sub voluntate ministrorũ Dei, qui eius nomine nos gubernant: Et hic est effectus humilitatis certumque boni Spiritus iudicium, qui quod superbis suoq; iudicio adhærentibus aduersetur, nunquam illos alloquitur his blandis & suauibus modis. Quod si quando loquitur, prius illos dociles reddit, subiectosque maiorum suorum iudicio. In qua re adeo erant exercitati antiqui illi Eremi Patres, vt quando audiuerunt singularem & stupendam vitæ rationem, quam ducebat Simeon ille in columna, ad cognoscendum Spiritum, à quo ad eam mouebatur, significarunt illi cuidam Eremitam, vt è columna descendens ad ipsos veniret, redditurus rationem vitæ, q̃ ducebat; monueruntq; ipsum Eremitam, vt si statim atq; ipse suum nuncium retulisset, Simeon sese resignaret, & ex columna descendere vellet, ipse adiũgeret, vt maneret: humilis e-

a Iob. 37. 16.
b Isaiæ. 50. 5.
c Isaiæ. 6. 9.
d Actuũ 9. 6.
e Psal. 118. 32.

nim illa resignatio & ad nutum obedientia certum illis erat indicium boni spiritus, illum ad vitæ adeo stupendæ rationem inducentis. Quod si proteruè responderet, se nolle descendere, eum è vestigio ex columna deijceret, eo quod procul omni dubio, illusus esset ac deceptus à Dæmone. Euentus autem aperuit Spiritum Sanctum esse, qui virum illum gubernaret. Nam statim atque patrum mandatum audiuit, pedem cui innitebatur, eleuauit, vt descenderet ac obediret. Contra verò pertinacia proprij iudicij, ostendit illusionem mali Spiritus: Sicut euenit in lamentabili illo casu Heronis & aliorum, qui in Sanctorum Patrum vitis referuntur. Nam (vt ait Cassianus) qui non subijcit se iudicio experto rum, decipietur ab Angelo Satanæ, transfigurante se in angelum lucis, cuius præcipuum instrumentum ad has illusiones est indicium proprium pertinax, sibiq; multum tribuens ac deferens, vt postea videbimus.

Collat 2. c 5. & collat. 16. cap. 2.

Regula V. de mortificatione.

SVPPOSITA resignatione, de qua iam diximus, certissimum indicium boni Spiritus est, cum ex eius visitationibus, sequitur integra & perfecta mortificatio passionum, sensuũ, & feruentium carnis insultationum, vt. n. dicitur in libro Canticorum, cum Deus pulsat ad portam cordis nostri, nostrũq; Spiritũ alloquitur, *manus nostræ stillant myrrham, & digiti implentur myrrha probatissima*; hoc est, statim sentitur odor, & capitur sapor mortificationis perfectissimæ. impellimur. n. ad domãdas passiones, re-

f cant. 5. 5.

frenandos

frenandos sensus moderandam linguã, & carnẽ castigandã. Sed quoniã mortificatio externa, non est certum indicium boni Spiritus ad q̃ etiam malignus solet inclinare, ob hypocrisin & vanitatem; oportet oculos cõijcere in frustum & finem eius, & in radices, vnde illa oriatur; q̃ totum terminatur in corporis & animæ puritate, quærendo .s. asperitatibus & mortificationibus istis conscientiam à culpis expurgare. Nam instar lucis cœlestis quò magis crescit, eò magis manifestat culpas etiam minimas, magisque illas exaggerat : Quare statim imprimit desideria magna faciendi pœnitentiam, propter admissas, & alias euitandas. Sic Sanctus Iob etsi dixisset: g *non reprehendit cor meum in omni vita mea*; quando tamen Deus allocutus est illum, cuius luce ipsum agnouit, adeo se culpabilem deprehendit, vt dixerit: h *ipse me reprehendo & ago pœnitentiam in fauilla & cinere*. Et S. Propheta Isaias, cum incepit agere cum Deo cępit cõqueri de exigua sua puritate, ad quẽ i *volauit vnus de Seraphin* qui *calculo, quẽ forcipe tulerat de Altari, tetigit os eius, & abstulit eius iniquitatẽ; & peccatum mundauit*. Quo significatur nobis, quod quando Deus venit ad visitandas animas nostras, adducit secum in testimonium suæ p̃sentiæ hunc Seraphinum, ardens videlicet desiderium in signis puritatis, non in anima solũ, sed etiam in corpore. Quare merito sunt valde suspecti mot⁹ illi sens⁹ q̃; cordis, q̃ secũ afferũt fœdos mot⁹ & voluptates carnis (vt bene expé-

g Iob. 27. 6.

h Iob. 42. 6.

i Isa. 6. 5.

Profess. 7. Relig. cap. 8.

dit S. Bo-

dit S. Bonauent) dicens: si in tempore orationis & Deuotionis, ob naturalem corporis constitutionem, surgerent huiusmodi motus, melius esse talibus flombus carere, quam eos extali cœno extrahere, cum periculo cõspurcationis. Et propter eandem rationem ait: Erit a Dæmone quæcunq; visio apparuerit, quæ videatur esse Christi D. N. aut eius Matris, aut Sancti alterius, siue Sanctæ, si eius aspectus turpes huiusmodi motus adfert, aut indecentem adfert habitum aut ita se mouet tactusq; ostendit indignes grauitate aut sanctitate personæ, quæ refert. Cum enim Deus sit ipsa puritas, nihil horum potest à re quæ eius sit, procedere.

§. 4.

De pace & gaudio spirituali.

Regula Sexta De pace & quiete Spiritus.

a Psal. 84. 9.
b Ioan 20. 20
c Luc. 10. 5.

VLTIMVM deniq; indicium boni Spiritus, est pax & quies, q̃ animæ relinquit iuxta illud Dauidis: a *Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquitur pacem in plebem suam.* Sicut enim Christus D. N. cum ad suos discipulos in Cœnaculum ingrederetur, dixit, b *Pax vobis*, iussitque c *in quamcunque domum, intrarent, primum dicere, Pax huic domui:* Ita etiam cum ingreditur animas nostras, dicit illis; *Pax vobis.* Et quoniam dicere eius est efficax, quod dicit, etiam facit, efficiens in corde pacem, perturbationes eius componendo, carnem cum Spiritu conciliando, passionum insultus sedando, & nimiũ

timorem

timorem, qui à nostra infirmitate oritur, removendo. Et quamuis in ipso initio timorem aliquem & pauorem afferre soleat vt excitet ad reuerentiam & attentionem, mox tamen affert quietem, timore illo remoto. Sicut euenit d *Danieli* & e *Zachariæ*, & alijs Sanctis, vt percè expendit S. Thomas allegans sententiam S. Antonij Abbatis qui dixit, non est difficile in his casibus, discernere inter bonum & malũ Spiritum. Si enim post timorem, gaudium & exultatio succedat, signum est à Deo esse auxilium, quod sentimus. Securitas.n. animæ testimonio est præsentiæ diuinæ Maiestatis: Si aũt timor, qui nos inuadit permanet, signũ est hostis in domum nostram ingressi. Verum quidẽ est, vt ibidem Caietanus aduertit, posse Dæmonem transfigurantem se in angelum lucis, etiam hoc eius indicium imitari, gaudium aliquod post timorem afferẽdo: Sed quoniam reipsa est Spiritus nostri hostis, non satis assequitur, quomodo illum tranquillet, præcipuè cũ ille est humilis.

d Dani. 10. 9
e Luc. 1. 12
3 part q 30 a 3. ad 3.

Hoc quo iam diximus, intelligendum est locum habere, quando Spiritꝰ bonus visitat homines iustos. Nam si quãdo visitat peccatores, qui cum carne sua & vitijs pactũ habent & pacem; aut tepidos, qui in sua tepiditate quietem habent, solet intrare sicut adnotauit S. Pater noster Ignatius, timorem in cutiendo, ac terrẽdo, vt malam illam pacem disrumpat, salutarẽ afferens pugnã, illi contrariam. Christus enim D.N. (vt ipsemet dixit) *non venit in mundum pacem*

Matt 10. 34.

cem mittere ac proinde nec ad visitandas animas, vt eas inficta hac pace relinquat; *sed gladium*; quo scilicet pax illa destruatur: Quis gladius & pugna, non est minus certum indicium Spiritus boni, quam sancta illa pax, quæ inde resultat: ac forte propterea amicus quidam Iob, narrans modum, quo DEVS illi apparuisset, & locutus fuisset: f *pauor* (inquit) *tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt, & inhorruerunt pili carnis meæ. & vocem quasi auræ lenis audiui: Numquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?* Ex quo apparet, pauorem & tremorem & perterreri omnia ossa, & capitis pilos inhorruisse, fuisse quasi præcursores Dei in homine illo, qui superbia elatus, iustum se esse arbitrabatur. Quare oportuit eum primum ita fuisse perterritum præsentia Domini, vt sic se humiliaret, & vt ossa, internæ scilicet virtutes, perterrerentur, ac dicerent illud Dauidis omnia ossa mea dicent, g *Domine quis similis tibi?* Et quod capilli, hoc est altæ & superfluæ cogitationes inhorrerent, & à corde fugerent, vt his dispositionibus bonum inueniret hospitium Dominus, qui ad illum visitandum veniebat. Sed mox atq; ingressus est audita est vox diuinæ inspirationis quasi auræ lenis & suauis, quæ animam tranquillauit, reuelando illi veritatem, quam nosse ipsam oportebat, vt humiliaretur, euaderet, simili modo prius quam Deus Eliæ in spelunca alloqueretur h *in sibilo auræ tenuis*,

f Iob. 4. 14.

g Psal. 34. 10.

h 3. Reg. 19. 11.

præm ferre

præmiserat *spiritum grandem & fortem, subuertentem montes & conterentem petras ante Dominum*, vt significaret sicut S. Gregorius ait, timore & tremore, Deum humiliare superbiã nostram nostramq; duriciem domare, postea tamen leni voce nos alloqui, reddendo pacem turbato cordi tristiq; lætitiam. remota .n. culpa, quę tristitiã nobis afferebat, planctũ nostrũ conuertit in gaudium, veramq; lætitiã. Quod certum est boni Spiritus indiciũ, qui quoniam est ipsamet lætitia, & cum illa facit omnia opera sua, eã suis inspirationibꝰ infundit, vt illa seruiamus lætitia modesta, graui, trãquilla, & coniuncta timori casto, qui eam reddit securiorem & iucundiorem. Lib. 5. Moral. cap. 26.

Hinc est quod lætitia boni spiritus degustata, fructus statim proferat, qui illam prædant, abhorrendo .s. ab omni lętitia immodesta, sensuali, & mundana. Nam vt D. Greg. ait, *suauitate spiritus degustata despit omnis caro*. Et qui centuplum accipit gaudij spiritualis, facile cõtemnit carnale, magnoq; conatu veros fontes desiderat huiꝰ gaudij, Regnũ. s. Dei & Iustitiã eiꝰ, virtutesq; quibuscũ Spiritꝰ noster vnitur, & ccũ diuino coniũgitur, vt nihil q̃ creatũ est, diuisionem inter vtrumq; faciat. O *spiritus* diuine, qui internum *reddis testimonium* dilectissimis tibi iustis, *quod* eos tanquam *filios* accipias, ostendisq; eos esse filios in hoc, quod *spiritu tuo agantur* ad omne, quod tibi placet; accipe Domine cor meum in tuum, ita vt nullus contrarius spiritus vnquam illud possideat, 1. Rom. 8. 16.

aut pra-

aut prauo ſuo impetu à te dimoueat: tu illum
moue, cæleſtiq; tua inſpiratione dirige ſemp
ad id, quod tibi arridet: & ſiquidem donan
mihi largiris, da mihi tum lumen ad illa
noſcenda, tum auxilium ad bene eiſdem vti
dum, reſiſtendum malignis ſpiritibus, qui il
k Iob. 41. 4. diſperdere contendunt, k *reuela faciem ues*
à larua, qua ſe contegunt; & aufer *indumen*
falſæ lucis, quo ſuas tenebras operiunt: vt abſ
mni errore & deceptione eorum expedit
te ſequar, æternam & veram lucem, qui vi
veritas, & vita, donec te videam & fruar
in æterna. A-
men.

DVCIS SPIRITVALIS TRACTATVS II.

DE SACRA LECTIONE ET MEDITATIONE,

COMPLECTENS QVICQVID pertinet ad cognitionẽ ſuiipſius, Chriſti Domini noſtri, eiusq; Sanctorum, ac Dei, ex rebus creatis, & ad feruentes affectus, qui eandem cognitionem comitantur.

MYSTICA Spiritus ſcientia, quæ tribus vitæ contemplatiuæ actionib. cõparatur; LECTIONE, MEDITATIONE vel CONTEMPLATIONE, & oratione, de qua hactenus egimus, proprios ſuos, ex quibus additcitur; ſicut reliquæ humanæ ſcientiæ libros habet: quamuis, eò quod hæc ſit myſtica, etiam aliqui eius libri ſint myſtici.

Primus maximeq; proprius, qui & cæteris præſupponitur, eſt ipſa SCRIPTVRA SACRA, in qua reuelata ſunt Diuina myſteria

meditanda & contemplanda à qua diuina Scriptura, tanq; à fonte prodierũt alij libri ꝛ deuoti, quos Patres Sancti, & huius lite magistri, conscripserunt.

Secundus liber est CREATVRARVM, ꝛ ctabilis huius mundi, quæ sunt scriptura creatoris in quib⁹ tũ beneficia & excelle suas, tum nostras miserias nobis manife

Tertius liber est PROPRIAE CONS ENTIAE, siue propriæ vitæ, & animæ cum omnibus experientijs bonorum & rum, quæ quisque expertus est, & exp in ea.

Quartus liber est admiranda visibilis CLESIAE FABRICA, nominatim vitæ Sanctorũ exemplares, qui præcipuę eius partes : tam qui iam præterierunt qui nunc supersunt : ipsi enim sunt viuæ tualium & æternarum rerum lectiones.

Quintus isque pretiosissimus est liber TAE AGNI IESV CHRISTI, ver &hominis, ex quo primum in vtero Sacr simæ Virginis Matris suæ fuit incarnatus, que ad eius Ascensionem in cœlos, cum v que suo statu, quem nunc habet, alterum lo Empyreo, altero in Sanctissimo Sac mento : & in hoc libro multò emine manifestatur *vltimus* liber DIVINAE ipsius ESSENTIAE, eiusque excellen marum perfectionum ; quem idem Agnus peruit, quò earum aliquas legere ac inte

gere po

rere possemus : qui liber est proprium per-
fectæ contemplationis obiectum , de quo in
Tertio Tractatu agemus: quinque reliqui ma
teris propriè spectant ad lectionem & medita
tionem, quæ ad ipsam contemplationem di-
sponunt ; suntque huius Tractatus argumen-
tum, quamuis ob similitudinem, quæ in mul-
tis rebus inter meditationem & contemplati-
onem intercedit, dum de altera agimus, aliquid
necesse sit de ijs tractare , quæ ad alteram
spectant.

CAPVT. I.

DE MEDITATIONE DIVI-norum Mysteriorum, & quod eius finis sit tres perfectas cognitiones gignere, Dei videlicet, Christi, suiq; ipsius, ad permouendam voluntatem ad effectus feruentes & quisnam in eis ordo sit seruandus?

VITA Contemplatiua siue spiritꝰ sciẽtia (teste Angelico Doctore) cõsistit essentialiter in actibꝰ intellectus nostri nobilissimis; cuius finis est visio, cognitiove perfecta Dei, ac Sacratissimorum eius mysteriorum, vna cum excellentissimis voluntatis actibus , qui ex ea cognitione proueniunt; 2.2. q. 180. art. 1.

S. Thom. 2. 2. q. 180. ac. 3.

quiq; simul adiuuant, vt ea cognitio crescat & ad perfectionem perueniat. Verum cum hæc scientia adeo sit excelsa, eiusque obiectum adeo immensum, non potest in hac vita obtineri, nisi plurimis varijsq; actibus, quamuis ut

1 Sap. 7. 22.

undē finem directis. Quam ob causam dicitur a *Spiritus* Diuinæ sapientiæ esse *vnicus & multiplex: vnicus*, quia à solo vno principio, quo Spiritus Sanctus procedit; habetque vnicum solum præcipuum finem, ipsam coniunctionem cum Deo: cum quo vnus idemque Spiritus per amorem. est tamen idem *multiplex*, quo complectitur multitudinem actuum & exercitiorum, ad finem hunc adeò excellum conquendū: quos act⁹ conati SS. Patres & Spiritus Magistri, ad certū numerū reducere, quò facilius cōprehēdi possent. Quo vero maiori claritate procedamus, sufficiet, tres intellectus actus assignare, qui spectant ad vitam cōtemplatiuam, quorum vnus sit tanquā principiū & fundamentum, alius tanq̄ mediū, tertius tanq̄ finis & ultimus perfectionis complementū, qui vsurpatis clarisq; vocabulis CREDENDI, MEDITANDI, & CONTEMPLANDI exprimuntur.

S. Augustlib de quant. anim. Richar. libi. de contemplat. S Bonauent ib de itinerario mētis.

§. 1.

De actibus Fidei.

PRIMVS actus consistit in simplici Diuinorum mysteriorum apprehensione, firmo certoque iudicio, quod illa sint vera eaque firmitate credenda quod Deus illa

illa reuelauerit: ad quod nos inclinat supernaturale fidei lumen, quod ipse Deus fidelibus mentibus infudit, sine quo impossibile est, nostro tantum lumine naturali perfectam horum mysteriorum cognitionem assequi, vt insinuauit Isaias Propheta, cum dixit, b *si non crediderutis non intelligetis*; quasi diceret, nisi vestrum intellectum captiuantes ad credendum, quod Deus reuelauit, non assequemini perfectam eius cognitionem. Ex quo prouenit; quod animæ nostræ aspectus in hac vita mortali, sit semper alia obscuritate & nebula velatus, vt peruenire non possit ad perfectam illam claritatem, qua beati fruuntur in gloria, iuxta illud Apostoli; c *videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*. Et quamuis multa sint specula, in quibus Deus in hac peregrinatione videatur; omnia tamen, teste Sancto Augustino, reuocantur ad duo, ad *creaturas* videlicet, in quibus creatoris perfectiones resplendent, & ad *sacras scripturas*, in quib. mysteria quæ de seipso Deus reuelauit, continentur licet parabolis ac difficillimis ænigmatis occultata. Et hoc speculum est principalius: quia multò plura cõplectitur, quam in creaturis visibilibus cognosci possunt; eaque reuelat maiori spiritu ac certitudine: ideoq; in eo exercetur magis propriè primus actus intellectus, scilicet CREDENDI; qui adeò efficax esse solet, vt sæpè hæc sola credulitas simplexque visio, cœlesti illustratione adiuta, absque nouis ratiocinationibus sufficiens sit, ad inflammandum igne affectum

b Isaiæ 7. 9. iuxta LXX.

c 1. Cor. 13. 12

In Psal. 34. & 26. & in Enchirid. lib. de Trinit. Damasc. lib. 3. cap 1. S. 1 hom. Opusc. 7.

fectuum in puris & synceris cordibus nã statim atq; silex chalybe percutitur, scintilla erũpit, quæ siccũ accenditur fomentum, ex quo postea magnus ignis consurgit: ita ẽt quoniam dei nostræ mysteria sunt instar silicis, nempe videlicet ignis non terreni, sed cœlestis ac diuini; statim atq; intellectus chalybe; hac illustrati ea credẽtis, veraq; iudicãtis, tãquam erũpunt scintillæ tenerorũ affectuũ in cordibus, ad eos concipiẽdos benè dispositis; ex quo postea magni splendores & nouarum considerationum affectuumque flammæ proueniunt qui amorem ipsum perficiunt. Quod quotidie experiuntur, qui pios libros legunt, & conciones aut spirituales exhortationes audiunt, etiamsi nouas ipsimet ratiocinationes non addunt. Quo etiam fit vt, ad omnia considerationis exercitia, vitæque contemplationem opera, aptissimum sit principium, à feruentibus fidei actibus initium sumere, intellectum applicando, vt scilicet magna viuacitate statuat, credatque mysterium meditandum; cogitetque de Dei præsentia, cum quo est colloquendum, ac de necessitate, ob quam ad orandũ accedit, ex feruenti enim huiusmodi principio prodire solent feruentes meditationes, illustrante Deo Domino nostro obscuritatem

d Luc. 17. 5. dei illustratione sua cœlesti, quam expedit petere hac ratione, O saluator dulcissime, d *adauge mihi fidem*, quò tua mysteria ita credam, vt eadem intelligam; & ita verò intelligam, vt eadem amem, atque amplectar.

6. Ter-

§. 2.

De proprio Meditationis officio.

HOC primo fidei actu præmisso, duo alij vitæ contemplatiuæ proprij supersunt, alter qui per intellectus ratiocinationem efficitur, quē MEDITATIONEM vocam⁹ alij considerationē aut speculationē; alter, qui absq; ratiocinatione æternā veritatē magna certitudine ac viuacitate penetrat, p̄modum visionis siue aspectus, q̄ vocamus CONTEMPLATIONEM: de qua in proximo tractatu agemus.

MEDITATIO, teste S. Augustino, est occultæ & latētis veritatis secreta inquisitio, aut iuxta Richardum, est attenta quædam ac diligens intellectus nostri applicatio ad inquirēdam & patefaciendam aliquam veritatem, aut mysteriū, q̄ latet; explicando videlicet illud, quo penetrari atq; intelligi omninò possit. Idq; à re vna in aliā discurrit, quærens & stamens præcipuè hæc quatuor; *Naturam* videlicet & p̄prietates rei, q̄ meditatur; *Causas* & *fines* eius; *effectusq;* ac *circumstantias* reliquas, quæ illam comitantur. Si.n. aspiciat librū siue speculū *creaturarum*; ex eis ratiocinando, intelligit excellentias creatoris, à quo illæ processerunt; Fines, ad quos illas ordinauit, p̄priā s. ipsius gloriā, & nostrā vtilitatē effect⁹, quos per easdem operatur; & bona, quæ p̄ eos nobis communicat; Circumstātias deniq; loci tem-

lib. de spirit. & li. de Cō templ. cap. 2. S. Bonauent. Itinere. 2. c. 2. Gerson de mystica Theolog speculatiua p. 4. consid. 27.

oris, oculis & modi, quo illæ factæ fuerãt. Si speculũ *sacrarum Scripturarum* inspicias, euoluit earum parabolas, & ænigmata, proferens in lucem occultas veritates, quas illa nobis insinuant: nam (vt ait S. Bernar.) propria lib. 1. de Consideratione. est Considerationis, extricare & euolucrare confusas recolligere dispersas, occultas scrutari, quærere veras, & fictas patefacere: quæ hac solicitudine diuinas quærit veritates, haud incidit in illas. Nec est contẽta simul & qua in confuso, fidei mysteria credere; nec ea ea, quasi iam præterita tantum, aut futura, quasi valdè distantia; sed viuacitate ac velocitate sui discursus imaginationis suæ vi adiuta ea aspicit tanquam præsentia, & iam prox Eadem ad sepulchrum descendit, ad purgatorium, & ad ipsum infernum; tendit ad Bethhemiticã speculũ, & ad montem Caluariũ p vulnera Christi crucifixi ingreditur, eiusq; lectoris interiora penetrat: ascẽdit quoq; ad empyreũ cœlum & peruenit vsq; ad thronũ ipsius Dei, & in omnibus his locis aspicit ac circũspicit quicqd in eis agitur, ab vna re in aliã deferens, donec assequatur omnia quæ desiderat.

In id Cant. 1. Adolescentulæ dilexerunt te. Hoc ipsum excellenter explicat S. Gregorius dicẽs, quod qui multum Deum diligũt, ingrediuntur ad interiora, vt illum inueniãt & quia Deꝰ, inquit, in superficie nõ iacet, cõtemplatiuis suis meditationib. pijs lectionibꝰ, & cõtinuata cogitationũ suarũ exãminatione ac ratiocinatione incessanter illũ quærere, donec inueniant. Quasi diceret: perfecta cognitio mysteriorum De-

rum Dei, qui dicitur e *Vere Deus absconditus*, non inuenitur in superficie creaturarum, aut in diuinarum scripturarum cortice, sed in internis & occultis earum arcanis, eas videlicet interiore animæ oculo penetrando per lectionem, & profundam intellectus meditationem: vnde procedit vera spiritus scientia, perfectaque rerum diuinarum æstimatio, qui est primus fructus, & meditationis maximè proprius, ex quo alij plures oriuntur. e Isa. 45. 15.

Sicvt enim simplex aliquis rusticus, qui pretiosum in platea inuenit lapillũ, quamuis eius colore & splendore illectus eum accipiat; quia tamen eius virtutem & valorem nó intelligit, non magni illum facit; sed facile pro re alia commutat, aut distrahit vili pretio: peritus autem Trapezita ex illa externa specie ex pondere, alijsque occultis signis penetrat ad eius valorem & virtutem: & quia illum benè nouit, etiam magni facit, & solicitè custodit. Ita, inquam, si superficie tenus creaturas aspicias, cognitione quadam externa, quæ te oblectat; & sis contentus, sistasque in credendis rebus fidei simul, & quasi in confuso, eisdemque cursim omninò legendis: paruam rerum æternarum opinionem habebis, ealsque facilè deseres, vt temporalibus fruaris, quod si tamen meditatione, diuina mysteria penetres, perpendens ac ponderans, quæ in illis latent, maximi ea facies; f *vendesque*, si opus erit, *vniuersa quæ habes*, vt compa- f Matt. 13. 44

absconditus, inueniſti. Et quoniam virtutes vitæ Chriſtianæ, præcipua ſunt huius theſauri pars, & meditationis materiæ, intelliges, quod *virtus in ſuperficie non iacet*, nec in extrema parte corporis, nec in operibus purè externis, ſed præcipuè in interiori & ſecreto cordis. Ac proinde cùm eas meditaris, aut conſideras, progrediendum tibi eſt ab externis ad interna: & ab iis, quæ corpus facit, aut patitur, ad ea quæ in ſpiritu geruntur. Quæ omnia voluit Chriſtus Dominus noſter nos docere, cùm

g Ioan. 15. 39 dixit, g *ſcrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me*. non enim dixit, legite; ſed: *ſcrutamini*. quia ſcrutari eſt diligenter inquirere, quod eſt abſconditum. Et quoniam vita æterna, quæ eſt Deus ipſe trinus & vnus, Chriſtusque Seruator noſter, ac ipſæ virtutes, quibus eum honoramus, eique demque ſeruimus, latent in ſecretiſſimis diuinarum ſcripturarum penetralibus, non ſatis eſt eas quomodocunque legere, ſed oportet attenta & profunda meditatione eas ſcrutari. Tunc enim certiſſimum dabunt nobis teſtimonium omniũ æternæ vitæ myſteriorũ, quæ in ipſis latent. Et propter eandem cauſam potuiſſet Chriſtus D.N dicere nobis: ſcrutamini creaturas, quia illę teſtimoniũ perhibẽt de me.

h Rom. 1. 20 ſiquidẽ Apoſt. teſte h *inuiſibilia Dei à creatura mũdi, per ea quæ facta ſũt, intellecta cõſpiciũtur*.

NON tamen exiſtimare debemus, meditationẽ hoc ſuo ſcrutinio contentam eſſe, ac ſi

ſtera

ſere in quærẽdis occultis Dei: nam quod poſſimum ſpectat, eſt ratiocinationibus & cõſiderationib. ſuis duplicẽ cognitionẽ aſſequi, quæ ſunt inſtar duorũ polorum aut cardinum vitæ contemplatiuæ, *Dei*. ſ. ipſius cognitionẽ, & *noſtri ipſorum*, in quibus mouetur tota machina contẽplationis & meditationis, trãſeũdo ab vno ad alterũ, & i *aſcendendo* ſicut *Angelus per ſcalam*, quam vidit Iacob vſq; ad eius *cacumen*, vbi *Deus ſcalæ ipſi innititur*: & deſcẽdẽdo ſtatim ad infimũ vſq;, vbi iacet Iacob dormiens; iterumq; aſcendendo & deſcẽdẽdo per gradus ratiocinationũ & meditationũ, ad profectũ aſſequendum quid ſit Deus, eiuſq; excellẽtias; ac ſimul q.d ſit homo, eiuſq; miſerias, clamando ſẽper ad Deũ, cùm S. Aug. *nouerim me, & nouerim te*. O Deus æterne, nouerim, quæſo me; idq; q̃ ex meipſo habeo: vt profunda ex eo humilitate erubeſcã; te verò nouerim tuamq; magnitudinem, vt me, ad tecũ ardẽtiſſima charitate cõiũgẽdũ, erigã. Colligatio vtriuſq; horũ cognitionis exprimitur nõe Rachelis, q̃ figura fuit vitæ cõtemplatiuæ: Idẽ. n. eſt teſte S. Hieron. ac *videns Deũ vel viſio ſceleris*, idq; fortaſſe ideo, vt intelligamus, ſpiritualẽ animæ viſionẽ in his duabus rebus debere conſiſtere, & ab vno ad alteram eſſe tranſeundum; nam in viſione ſceleris, q̃ ad propriã cognitionem pertinet, cernuntur infinita magnalia Dei, illud ſuſtinentis, & condonantis: in viſione verò ipſius Dei apparet iniquitas fœditaſq; peccati, quo Deus offenditur.

i Gen. 28. 12.

De nomin. Hebrai. in Geneſ.

SED

II. SED quoniam Deus Dominus noſter, vt peccati malum repararet, voluit fieri homo; hinc eſt, quod eius cognitio ſit bipartita: alia ſcilicet ſecundum diuinitatem, alia ſecundum humanitatem: nam in vtraque dixit ipſe CHRISTVS Seruator noſter, eſſe k *vitam æternam*. Sunt enim eius principium, mediũ, ac finis. Principiũ fuit ob fidem viuã; medium, ob deuotam meditationem; finis ob teneram & benęuolam contemplationem. & propterea fortè Rachelis nomen S. Gregorio teſte, interpretatur *videns Deum, vel videns principium*. Quis verò erat principium, niſi ille Dominus, qui interrogatus à Phariſæis, l *tu quis es*, dixit: *Principium qui & loquor vobis*. nam ipſe reuera qua Deus principium eſt omnium creaturarum; & bonorum omnium, quæ in eis ſunt: quà verò Deus & homo, principium eſt omnium gratiarum & donorum, quæ de cœlo in noſtrum commodum deſcendunt. O Saluator dulciſſime, nouerim me, vt deprehendam, quantoperè indigeam te; nouerim autem te, vt bona videam quæ collocas in me demittendo me ob miſeriam, quam ex meipſo habeo; erigendo me verò, ob ea, quæ de infinita tua miſericordia pero.

k Ioan. 17. 3.

l Ioan. 8. 25

III. EX dictis ſequitur, vitam contemplatiuam (vt benè obſeruauit Gerſon) eſſe inſtar mon- is cuiuſdam, in quo ſunt tres manſiones, ar- uarum *infima* manet cognitio propria, in

qua

qua se meritò exercere debent tyrones, scru tantes vias suas, ac meditantes peccatorũ & pœnarũ suarum miserias, vt ab eis liberari stu deant. In *media* residet cognitio Christi Ser uatoris nostri, in qua longiores moras trahe re debent proficientes, scrutantes ac medi tantes virtutes, operaque cœlestis huius magistri, ad eum studiosè imitandum. In *suprema* habitatione manet cognitio Dei, secundum e ius diuinitatem, in qua habitare debent per fecti, meditantes ac expendentes diuinas per fectiones & beneficia, vt suo creatori perfecta amoris vnitione iungantur. Et hic transfor matio fit spiritus nostri in diuinum, per con templationẽ. Quamuis singuli horum statuum ita propriam sedem teneãt, vt aliarum etiam exercitia participẽt ob connexionem, quam inter se mutuam habent. Qui enim in via pur gatiua versatur, in suis miserijs cognoscen dis occupatus, non potest non eleuare oculos, vt aspiciat, earumque reparatorem agnoscat: Qui verò in via vnitiua versatur, cognoscens diuinas excellentias; inde quoque suas vtili tates melius deprehendit. Quare ex eis dem libris & eisdem mysterijs deduci pos sunt prædictæ omnes tres cognitiones, licèt aliter atque aliter, vt in progressu declara bitur.

§. 3. Qua

§. 3.

Qua ratione Meditatio gignat affectus?

VIDEAMVS nunc, qua ratione meditatio in his habitationib. assequatur principalem suum finem vt moueat scilicet voluntatem ad exercendos nobiles suos actus tribus his cognitionibus proportionatos, id vt intellectus conuictus vi veritatis, quam agnoscit, moueat efficaciter voluntatẽ, vt virtutem velit, erga eandem afficiatur, exerceatque charitatis ac deuotionis actus, quorum in præcedenti Tractatu mentionem fecimus. Sed quoniam magna deceptio huic rei subesse potest, adferemus similitudinem, quam ibi insinuauimus silicis & excussoris ferri, quo vtimur ad ignem eliciendum. quatuor enim hic eueniunt. nam aliquando, sæpè icto silice, nec scintilla vlla prodit, nisi post multum temporis magnumque laborem: aliquando exeunt quidem scintillæ; sed in ipso aëre prius extinguuntur, quam ad fomentum perueniant: aliquando perueniunt quidem scintillæ ad ipsum fomentum, sed quod illud sit humidum, non concipit: aut certè mox extinguitur, eò quod scintillæ valdè fuerint exiles: denique aliæ scintillæ receptæ in fomento, statim ignem excitant & flammam. Sic inquam quadruplex est fla-

tus

tus siue conditio meditantium veritates & mysteria fidei. Quidam enim multum temporis consumunt, eadem mysteria quasi percutiendo meditatione & ratiocinatione, nullo interim bono affectu aut proposito concepto, manente ipsa voluntate sicca, tepida ac frigida vsque ad finem ipsius orationis; in quo aliqua tandem scintilla post magnum laborem erumpit. Quod quidem euenire solet aliqua ex tribus causis.

Prima est in pœnam peccatorum, & ob negligentias in seruitio diuino, aut in præparatione ad orationem aut meditationem: sicut Moyses (iuxta mentem sancti Cyrilli & aliorum Doctorum) non eduxit m *aquam ex petra* prima virgæ percussione, donec *secundo percussisset*: in pœnam incredulitatis ac diffidentiæ, qua silicem primò percussit: cum autem *bis percussisset, egressæ sunt aquæ largissimæ*: ablata enim culpa, maior consueuit dari gratia.

Refert Glossa ordinaria & Lyra in Num. 20. 11

Secunda causa est, ad probationem nostræ patientiæ ac perseuerantiæ, & vt nostra diligentia curaque in eo quod agimus, crescat: Ad eum modum quo n *Elisæus percutiens aquas Iordanis pallio Eliæ*, vt eas diuideret, *non sunt diuisæ* ad primum ictum, donec maiori feruore ac fiducia dicens, *vbi est Deus Eliæ etiam nunc percussit secundo aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc*: crescente enim

4. Reg. 2. 14

fiducia

fiducia ac diligentia, Deus non differt sum
misericordiam.

Tertia causa esse solet, eo quod meditatio
nis argumentum non sit accommodatum
tui & conditioni meditantis: sicut myste
diuinitatis, quamuis sint silices, ex quib
Perfecti magnum eliciunt ignem; non tam
sunt adeò apti silices pro Tyronibus & im
perfectis, ob status illorum imperfectio
vult enim Deus Dominus noster, prius il
exerceri consideratione aliorum myster
quæ eorum necessitati magis conueniant.
quoque occultior alia causa; ex prouide
Dei, qui distribuit interdum mysteria sicut
psos perfectionis gradus: ita vt quibusd
mysterium Natalis ipsius Christi talis sit
lex, vt statim atque de eo meditantur, sen
se deuotione accendit: alijs mysterium ora
nis Christi in horto est huiusmodi silex. Im
pedit autem, vnumquemque attendere ill
mysterium, in quo Deus cor eius mouet; vt
eo ordinariè se exerceat, quâuis nô propter
cætera sint mysteria omittenda: nam minim
interdum cogitanti aperietur porta ad ingre
diendum in ea.

II. ALII sua meditatione multas scintillas bo
norum desideriorum extrahunt; quæ tamen o
mnes in aëre ita euanescunt, vt cordi non
hæreant: quod etiam ex triplici alia radice
prouenit.

Prima est, quia illa sunt desideria ipsius bo
nis tantum, & non mediorum: talia sunt de
fi

sideria pigrorum; qui toti sunt in propria salute desideranda, non tamen habent illorum mediorum desideria, quibus voti compotes evadunt. Contra quos dixit Saluator, o *quærite regnum Dei & iustitiam eius*, desiderantes videlicet non solum ipsum regnum Dei, & salutem, sed etiam iustitiam bonorum operũ, quibus illa obtinetur. o Matt. 6.33

Secunda radix est, eò quod sint desideria eorum valdè vniuersalium, non descendentia ad particulare illud, quod est executioni mandandum. Sicut qui desiderant esse sancti & humiles, sed non desiderant efficaciter illa exercitia, in quibus sanctitas consistit & humilitas. Nemo enim est adeò impius, qui non vellet esse bonus: aut cui virtus non probetur, vitium verò displiceat. Sed vt tale desiderium sit homini vtile, necesse est, ipsam desiderare humiliationem, qua virtus humilitatis obtinetur, cõcipienda itaque sunt firma proposita, virtutes exercendi, superatis omnibus earum difficultatibus.

Tertia radix est, eo quòd desideria versentur circa res, quæ etsi alioqui sint bonæ, non tamen sunt meditantis necessitati conformes. Si enim plenus ille sit passionibus, expendat verò rationem in excitandis desiderijs moriendi, si opus esset, pro Christo, suasq; facultates pro ipsius amore largiendi, immemor sit interim desiderare mortem suorum vitiorum inisque inordinatis affectionibus renunciare: talia inquam desideria sunt instar scintilla-

rum in aëre volantium, quæ non exerunt vim suam in corde; & instar globorum, qui emittuntur ex tormentis in altum, murum, ad quem erant dirigendi, dejiciunt.

3. ALII sunt etiam, qui excutiunt quidem scintillas bonorum desideriorum, perueniuntque ad cor; sed citissimè extinguuntur non communicato calore ipsi cordi, alterius duabus causis: *Una* est quod ipsa desideria sint tepida, nec satis radicata: quia in ipsa meditatione, quæ illorum fuit causa, non satis profundè fuerunt concepta.

QVEMADMODVM Oseas propheta dixit, de populo suo, p *misericordia vestra, quasi nubes matutina & quasi ros mane pertransiens*, qui orto sole, statim arescit. talia bona propositа, quæ concipiuntur, exercendi aliqua virtutum opera ex aliquo bono motu, quod repentè offertur; sed facile frigescunt quacunque oborta difficultate: quia non mittunt radicem in ipsum cor. Quamobrem dixit Sapiens q *vult & non vult piger*. Nam quod modo vult, quia arridet & videtur facile, statim idem non vult, quia videtur difficile.

p Ose. 6. 5.

q Prou. 10. 4.

ALTERA causa est, eo quod scintilla cadat in cor valdè humidum ab affectionibus rerum terrenarum, quas ni deserat, succendat statim desiderium illud rerum cœlestium, accurrente mox ad contradictionem spiritu Dæmonis, r *qui delectatur in*

r Iob. 40. 18

humo-

mentibus, horret verò arida, illorum scilicet, qui prauas huiusmodi affectiones mortificarunt.

Colloca ergo te, sicut dicebat Dauid, coram Deo s *sicut terra deserta & inaquosa*, vt consideres eius virtutem & gloriam: & tunc concipies ignem ex scintillis bonorum desideriorum, quæ tibi communicabit infinita eius misericordia: sicut alij multi in sua meditatione experiuntur: qui statim atque illices diuinorum mysteriorum attingunt, magnam copiam proferunt feruentium desiderorum, & propositorum efficacissimorum, generosa adeò firmaque resultatione, vt factum putent, quod faciendum proposuerunt, & exemplo Zacchæi dicant Deo suo: t *dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus & si quid aliquem defraudauí, reddo quadruplũ.* Nõ dico dabo aut reddã, sed do, & reddo: adeò n. est firmum decretũ innitẽs diuinæ gratiæ, vt non cogitent, se promissis defuturos. Et sicut v *scintilla vna*, si adhæreat & alatur, ingens *ignis* exsurgit. Ita ab his desiderijs, quę in meditatione erũpunt, si nouis rationib. & cõsiderationibus veritatũ, quæ illa excitarunt, alatur, ingens exsurgit amoris ac deuotionis ignis, qui ad multos dies perdurat. ꝙ indicauit Dauid cũ dixit: x *cõcaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Meditatio est, quæ cor accendit scintilla boni desiderij, quę ipsa alit, vt crescat, magnaq; flamma exurgat. O Saluator dulcissime, qui dixisti: y *ignẽ te*

4.

s Psal. 62, 2.

t Luc. 19. 8.

v Eccl. 21. 34.

x Psal. 38. 4

y Luc. 12. 49

velle mittere in terram, nec aliud velle, nisi ut accendatur. Veni, Domine, in terram cordis mei, cùm tua mysteria meditor: ex quibus scintillas ignis excute, quæ illud inflamment, & qui desideras hunc ignem augeri, ita me meditatione adiuua, vt semper hic ignis ardeat.

§. 4.

De ordine affectuum.

SVPEREST iam vt declaremus horum affectuum varietatem, & ordinem in his exercendis seruandum, qui adducitur ex dulcissimis illis verbis libri Canticorum. 1 Cant. 2. 4. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.* & quæ hæc cella, nisi profunditas diuinorum mysteriorum, a diuina scriptura reuelata? quæ sunt tanquam cœlestia vasa, ex quibus Meditatio cœlesti lumine illustrata, vinum haurit feruentium affectuum, ei, quod est assecuta, conforme, amoris scilicet, laudis & gratitudinis ad Deum, gaudij aut compassionis & imitationis Christi; contritionis & humiliationis sui ipsius, aut alios quoque misericordiæ, & zeli boni proximorum. Et quamuis hæc vina propinentur interdum delibanda extra hanc cellam, cùm ea Deus repentè, & nulla præcedente causa, communicat: ordinariè tamen non propinãtur copiosè haurienda, nisi ijs, qui eam ingressi sunt per orationem, & Medi-

tionem

tionem, aut Contemplationem, sequentes scilicet Regis cœlestis impulsum, illos dirigentis ac manu ducentis, voluntatemque impellentis, vt b *os aperiat, & repleatur* cœlestibus his affectibus: qui comparantur c *vino*, eo quod *lætificent cor hominis*, repellendo omnem tristitiam; & animam corroborent ad ea, quæ sunt diuini seruitij, omni humano timore remoto, efficiuntque feruorem spiritus, dum instar musti bulliunt desiderijs rerum grandium; excutientes omnem pigritiam in eis aggrediendis; & interdum ebrietate quadam sancta, adferunt homini obliuionem sui ipsius, rerum omnium terrenarum, vt aggrediatur ea quæ ipsius vires & facultatem excedunt. Et quamuis præcipua eorum vis sita sit in spiritu: sæpè tamen is abundantiæ suæ facit ipsam carnem participem, deducens illam in eandem cellam; & propinas illi vina, quæ ipse præbibit: ita vt d *cor & caro* simul *exultent in Deum viuum*: exercente etiam inferiori parte eosdem affectus, quos pars superior exercet, sicut supra est dictum de tenera & sensibili deuotione.

b Psal. 80. 11.

c Psal. 103. 15

d Psal. 83. 3.

I.

Oportet tamen, ipsum *Regem* cœlestem, in hac sponsę in cellam introductione, *ordinare in ea charitatem*, ipsos scilicet affectus certo ordine collocando. Sicut enim vina sunt alterius coloris, & saporis, quædamque alijs pretiosiora: ita magna est affectuum varietas: quorum ordo in eo consistit, vt prius illi exerceantur, qui sunt *viæ purgatiuæ*: hau-

e Psal. 59. 5. riendo e *vinum compunctionis*, ac doloris nostrorum peccatorum, quò ab eis mundemur: postea sequantur affectus *viæ illuminativæ* hauriendo f *vinum germinans virgines*, & obedientes cum firmis propositis in omni genere virtutum.

f Zach 9. 17.

ET denique sequantur affectus *viæ unitivæ* qui sunt à vino, quod propinatur g *animabus*, & quo *inebriātur charissimi*; faciuntque illos extra se, vt vniātur Deo. hoc est h *vinum bonum* & pretiosissimum, *quod seruat Christus* Seruator noster *in vltimum locum* quando scilicet anima est iam valdè purificata. Quemadmodum enim *non mittunt* homines i *vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres & vinum effunditur*: Sic inflammati amoris affectus, & vnionis cum Deo, zelique proximorum, non conueniunt illis, qui olent sapiuntve hominem veterem: quia nec ipsi proficient, nec affectus elucebunt, aut talis esse apparebunt, Vinum itaque nouum in vtres nouos mittatur, & antiquum in veteres & vtraque seruabuntur accommodatis scilicet spiritus affectibus necessitati recipientis subiecti.

g Cant. 5. 1.

h Ioan. 2. 10.

i Mat. 9. 17

2. IDEM cœlestis Rex alium etiam ordinem in eisdem affectibus constituit, ita scilicet eos commiscendo, vt ne vni tantum tribuatur, vt eius accessus alteri noceat, propterea enim dicitur de sapientia diuina, quod k *miscuerit vinum*, fortius scilicet suauiori; & vt

k Prou 9. 2.

nam

rum timoris diuinæ iustitiæ cum vino confidentiæ de eius misericordia; & vinum zeli cum vino compassionis. Si enim purum biberes vinum compunctionis peccatorum tuorum, non admiscendo spem veniæ, incideres in defectionem animi, ac diffidentiam, quæ obstaret, quo minus ab eis minus liberareris. Immò, vt in libro Canticorum dicitur: l *misceat vinum cum lacte*, vt dulcedo & lenitas cœlestium consolationum moderentur amaritudinem & rigorem aliorum affectuum. l Cant. 5. 1.

Ponit quoque ordinem in quantitate ac duratione huiusmodi sensuum & affectuum, m *dans potum in lachrymis in mensura*, teneramque deuotionem vsque ad certum terminum: ne nimia noceat spiritualis ebrietate degenerante in sensualem; & feruore spiritus in feruorem indiscretum, rumpanturque vtres ob nimium vinum nouum in eos infusum; & Dæmonium meridianum, specie deuotionis, deijciat talem in illusionem. m Psal. 69. 6.

3.

Denique ita in his affectibus ordinem constituit, vt præ omnibus velit, eminere charitatem, iuxta illud: Et *vexillum eius super me dilectio*, elenante scilicet super cor nostrum vexillum suum amore puro Dei, qui est vinum nouum legis nouæ, & n *mandatum nouum*, proprium hominis noui n Ioan. 13. 34.

noui Christi IESV. Ex quo hauriendum tibi est copiosè, si cupis renouari ad eius imaginem & similitudinem; coniungendo hinc reliquos virtutum affectus. Et quoniam excelsus hic Dux, & Rex æternus eleuauit vexillum amoris, cùm penderet in cruce; meditatione tibi est ingrediendum in cellam vinariam, sacratissimum scilicet eius cor, per eius vulnera, vt ibi inebrietur accensis affectibus, quos producit meditatio dulcissimorum eius laborum. O Rex cœlestis, qui dilectam tuam sponsam in cellam vinorum tuorum cœlestium introduxisti (nisi enim tu introduxisses, illa per se ingredi non potuisset) introduc me etiam ad intimum eius recessum, adeoque feruentem fac me inde exire ad virtutes procurandas, vt earum per te perfectionem acquiram, Amen.

4. EX dictis deducere licet præstantiam & necessitatem altissimi huius exercitij Meditationis, quo medio Deus tot mirabilia facit, nam enim S. Bernardus ait: consideratio animam purificat, regit affectus, eorum actiones dirigit, superflua corrigit, vitam componit, mores ordinat, perfectam cognitionem rerum tum humanarum ac diuinarum scientiam generat, non vanam, quæ inflat; sed scientiam (vt ait sanctus August.) quæ affert compunctionem & deuotionem, nosque perpetua implet sanctitate. Persuadeas tamen tibi, te absque speciali cœlesti auxilio nõ posse ad p̃dictũ hũc modum, eiusq; tres mansiones peruenire; nec dis-

Lib. 1. de consider.

Lib. de spir. & lit. c. 70.

curas

rursus rectos facere ad quæsitã intelligentiam obtinendam; nec ingredi in cellã diuinorum horum affectuũ. Nam vt Apost. dixit, o *nos nescimus quid oremus, sicut oportet*, nisi ipse *spiritus pro nobis postulet*: nos. s. inducens ad petendũ *gemitibus inenarrabilibus*. Ita dicere nũc licet, nos nec legere, nec meditari, aut contemplari scire, sicut oportet; nisi ipse Spiritus S. id per nos faciat, supplens nostrã ignorantiã sua illuminatione; nostramq; infirmitatẽ sua inspiratione adiuuans. Et nisi ipsemet (vt ait S. Bonauent.) nobis inspiret *quid, qualiter, & quando de diuinis sit meditandũ* meditatio nostra (& idem dico de lectione) erit inanis, vaga, & inutilis: nec in ea accendetur ignis charitatis, sed vanitatis. Quamobrẽ inchoanda tibi esset Meditatio ab illo versu Dauidis, verbo vno, charitatis causa, mutato: p *Emitte lucẽ tuam & veritatem tuam, vt ipsa me deducant, & adducant in montem Sanctũ tuũ & in tabernacula tua*. O Deus æterne, emitte lucem tuam de cœlo, vt mediter sicut oportet tua mysteria; & Veritatem tuam, vt verè illa sciam æstimare: his enim ducibus, securus ibo, & perueniam ad montem sanctum vitæ Contemplatiuæ; ingrediarq; ad habitandum in eius mansionibus, donec perueniam ad montem gloriæ, vbi me recipias in tuas æternas mansiones, Amen.

o Rom. 8. 26.

Itinerar. æternit. dist. 5.

p Psal. 42. 3.

CAPVT II.

LIBROS SACROS, PRAECI- puè verò Euangelia copiosã præbere me- ditandi materiã, & triplicem eius cog- nitionem; & qua ratione illi sint cum fructu legendi.

PRIMVS liber, in quo discitur scientia Spiritus, sicut prædiximus, est sacra Scriptura, & nominatim Euãgeliorum liber, in quo magis expressè habentur præcipua illa mysteria, quæ sunt obiectũ nostræ Contemplationis: eadem verò Scriptura est primũ Speculũ, in quo licet videre triplicẽ faciẽ; quã supra indicauimus, Dei .s. & Christi Seruatoris nostri, nostramq. propriã. In ea.n. omnes Veritates proponuntur, & manifestantur, quæ ad perfectã horũ triũ cognitionem pertinent. Hanc ob causam Spiritus Magistri meritò affirmant primum gradum Vitæ Contemplatiuæ esse lectionẽ librorũ sacrorũ ac piorũ: quorum studium, vt ait S. Bernar. est illustrare nostros intellectus lumine diuinorum Verborum quæ in eis legimus; & prospicere Meditationi de materia copiosa, vera fixa, ac pia, ne defectu rerũ de quibus cogitet, sterilis maneat, aut brauis fit; nec defectu lucis & veritatis eorũ, circa quæ ratiocinatur, aberret; aut vagetur, ab vnare ad alteram.

S. Gregor. li. 2. Moral. in princip.

S. August & S. Bern. in scala claustral.

literam inutiliter transeundo, eo q̃ determinatũ argumentũ non habeat, quo alatur; nec arida sit & absq; succo, eo q̃ non adsit materia adrẽapta, quæ illã irriget, ac emolliat. Præterea eadẽ Scriptura nobis prospicit de remedijs cõtra vitia, de armis aduersus tentationes; de consilio in dubijs; de solatio in tristitijs; de animi robore in aduersis; de medijs deniq; ad omnium virtutũ perfectionẽ consequendam. Quæ omnia copiosius in sacris libris inueniũtur, eò quòd illi (teste S. Dionysio) sint a *illa mensa quam diuina Sapiẽtia proposuit in domo, quam sibi ædificauit*, hoc est, in Ecclesia Sancta, quæ abundat pane & vino: quia in ea est b *panis vitæ & intellectus*, firmæ. s. solidæq; veritates, ex quibus procedit vita virtutum, & intelligentia rerum æternarum. Est quoque *vinum* feruentium affectuum, *mixtum* aqua Sapientiæ salutaris, in salutem, fortitudinem, & lætitiam cordis. Est itẽ c *cella Regis* Cœlestis, & *vinorum* eius pretiosorũ, in quam ille *introduxit* electos suos satiatq; famem & sitim iustitiæ, qua laborant. est vniuersalis apotheca plena medicamentis ad omne genus morborum spiritualium; & d *sicut turris David ædificata cum propugnaculis, & omni armatura fortium* aduersus omnes tentationes. Nam, etsi e *mensa* sit delicata, *præparata* tamen est (vt ait Dauid) *in conspectu nostro aduersus eos, qui tribulant* & persequũtur *nos*. Quamobrẽ dixit Apost. f *omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docẽdũ, ad arguẽdũ*

S. Dionys. Epist. ad Titum.
a Prou. 9. 2.
b Eccl. 15. 3.
c Cant. 2. 4.
d Cant. 4. 4.
e Psal. 22. 5.
f 2. Tim. 3. 16

ad corripi-

ad corripiendum, ad erudiendum in Iustitia, v
perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum p
structus. quasi diceret: sacram Scripturam e
caciſſimam esse ad nos docendum veritates, ſ
luti nostræ necessarias; & ad eos hostes co
uincendos, qui falsis rationibus seducere n
conantur; & ad vitia nostra exceſſusque co
gendos; & nos in Virtutum & bonorum op
rum, exercitatione ita erudiendos, vt perfe
onem obtineamus, ad quam sumus vocati; a
iusque finem, qui est g *vita æterna, quam ſa*
nis Scripturis esse dicitur, eò quod eum reuel
qui est verè vita æterna, mediaq; ad eam co
parandam apta.

g Ioan. 5. 39.

§. I.

De quatuor sacris Euangeliis.

Homil. 6. in Ezech.

a Eccl. 49. 10. Ezech. 1. 18. & c. 10. 16.

HOC tamen totum singulariter co
net in quatuor sacris Euangelijs, q
tuor (vt ait S. Gregorius) rotis myſ
illius a *currus* adumbratis, quę sancta quatu
animalia, quæ quatuor significant Euāgelio
trahebant. In cuius proprietatibus, quas re
Ezechiel, inueniemus, mirificè adumbrata
as, quas Sancti Euangelistæ habent. Quam
illa est velut fundamētum quod Veritates, q
nos docent, suntque nostræ Meditationis m
teria, sint in supremo gradu certæ, excelſæ
mirandæ, terribiles, copioſę, ac profundiſſim
ad quod significandum rotæ iliæ ita deſcribi
tur fabricatæ, vt sint *firmæ, altæ, & aſpectu ho*

Statura erat rotis

rribiles.

tibiles quasi visio maris; omnes enim veritates Euangelicæ tantam habent firmitatem, & stabilitatem, vt impossibile sit eas deficere in veritate rerum, quas narrant, docent, promittũt, aut minantur. b *Amen* quippe, dixit Christus, *dico vobis: donec transeat cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Est quoque in eis altitudo; reuelant enim altissima diuinitatis arcana, excellentissimas eius perfectiones, præmiorum præstantiam, virtutum excelsitatem; & altissimam, quæ desiderari possit, perfectionem. Verum aspectu quoque sunt horribiles, & admirandæ, quatenus hinc aperiunt peccati, iudicij, & interni terribilitatem; vt profundius in propria cognitione fundemur: inde verò proponũt aspectum terribilem crucis Christi; & plurima alia, quæ tum in ea nostri remedij causa est perpessus; tum aliàs in mundo, ad nostram instructionem & exemplum est operatus. Et hinc est, quòd eius visio erat sicut maris, ob immensitatem veritatũ & mysteriorum, quæ nos docent. & ita implerur quod scriptum est, quod c *in die illa* id est tempore Messiæ, *terra repebitur scientia Domini, sicut aquæ maris eam operientes.* Et quamuis aliqua proponat mysteria facilia; alia tamen adeò sunt profunda, vt non possint penetrari, & propterea dixit Sanctus Gregorius: *in pelago diuinarum Scripturarum agnum ambulare & Elephantem natare.* Simplices enim sicut agni, multas habent veritates expeditas,

b Matth. 5. 18

& altitudo

aspectus horribilis

Visio quasi maris

c Isaiæ 11. 9.

In prol. Moral. c. 4. 5. Bern. Serm 6. paru.

ditas, quas legant & securè meditentur, transvadentes profunditatem huius pelagi per eas littus: Qui verò sunt magni ingenij, inuenient altissima mysteria in tanta profunditate, vt inueniant vbi pedem figant : non tamen periclitabuntur, si natent humiliter, subijcientes proprium iudicium, & venerantes arcana quæ non assequuntur. Quare vtrique, lectione & Meditatione, vt oportet, peractis, easdem obtinent proprietates, ita vt, si cupias stabilitas in diuino seruitio, animi magnitudinem, Sanctitatis culmen, & elevatâ contemplationem, bi fis omnia inuenturus: & si velis altas radices iacere in timore Dei, & terribilitate iudiciorum eius, libèterq; amplecti crucé Christi, bibere mare amarũ laborum eius, tua peccata amarè deflere; ad hęc omnia lectio hæc & Meditatio, animum tibi addit : ita vt nec propter altitudinem euanescas; nec propter terribilitatem timidior fias; nec tuam stabilitatem mutes ob quamcunq; amaritudinem, aut tenuadentem tentationem.

Totum corpus earum oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor.

SED quid refert, q; Sancta Euangelia tot & tantis veritatibus plena sint, si oculos non habemus ad ea videnda : Hinc igitur eorum excellentiam agnosces: quia eadem ipsa sunt nobis oculi ad mysteria diuina valde clarè, ac distinctè, & sine velis figurarum cognoscenda. Et propterea de rotis illis dicitur, q; essent plenæ oculis ex omni parte: ad ostendendum, q; sublimem lucẽ cõmunicent ea legentib. & Meditantib⁹: quia illis manifestant, quæ sunt credenda,

dēda præmia, quæ sunt sperāda; pænas quæ timēdæ; peccata quæ fugienda; p̄cepta & cōsilia quæ custodiēda; beneficia diuina, pro quibus sunt gratiæ agendæ: ac deniq; quicquid est pensandū ac meditandū. Ac proinde sunt sicut oculi fidei, Spei, & Charitatis, omniumq;, virtutū, ad heroicos earū actus exercendos. quorū auxilio clarificabuntur oculi animæ tuæ, ad imitationem *oculorum* sponsi, de quibus dicitur, quod sint *sicut ipsæ columbæ super riuulos aquarū, quæ lacte sunt lotæ, & residēt iuxta fluenta plenissima.* Et quæ sunt aquę istę Chrystallinæ (ait Origenes) nisi sacræ Scripturæ? in q̄b, tanq̄ in speculis cernere licet, culparum tuarū maculas, quas abluas lacte eius doctrinæ & institutionis? Ibi obseruabis vmbras transeuntiū auiū rapacium, quæ volāt per aëra; agnoscesq; astutias Dæmonis, vt eas euadas. Ibi oculi tui cōuertentur in columbas ob simplicitatem & innocentiam vitæ; & ob velocitatem, qua volabis, vt bonum assequaris, q̄ cognosces; fugiesq; verò malum quod vidisti.

S. Bern. Ser. ad sororem.

d Cant. 5. 2.

Homil. 3. in Ieuit.

S. Greg lib. 2 Moral.

Hinc alia excellentia oritur Sanctorū Euangeliorū, q̄nō solū sint nobis oculi ad vidēdum, sed etiam pedes & alæ ad currendum & volandum summa velocitate, sequentes Deum & Christum Seruatorem nostrum; fugientes verò peccatum. Noticia enim, quam nobis dant, non solum est speculatiua, sed etiā affectiua & practica, quæ magna vi impellit, ad desiderandū & procurandum bonum, quod manifestat. Eam enim ob causam nomen rotarū

erat

e Ezech. 10. 13 *Vocauit Volubiles*

erat *Gigel* quod interpretatur e *volubiles*, velocitatem, qua mouentur, & teste Theodoreto, etiam significat *vim cognitionis*, adsignificandum, quod Euangelia, efficacitate diuinæ cœlestis, quam intellectui communicant, præparant ad se cor, & fortitudinem imprimunt ad currendum hilariter per viam perfectionis, reddentes iugum Christi suauissimum, & onus eius leuissimum. Quare valde propriè cum parantur rotis currus, sine quibus ille moueri non potest, cùm eis tamen velociter mouetur. Nam sine lectione & Consideratione harum veritatum, graue solet esse onus præceptorum & consiliorum: cum eis tñ valde leue efficitur, leque portatur. Et sicut rotæ particulæ terræ tum quædam eaq; valde exigua terram tangunt, cum reliquum eius sit eleuatum ab ea: ita lectio faciet adeò cursim pertransire res terrenas, vt eis cor non adhæreat inordinato amore: sed tantum de terrenis accipias, quantum sit tibi necessarium ad vitam transigendam; & mox eleues te velociter ad res cœlestes.

4. SED cupies fortè scire, vnde tot bona, quæ dicta sunt, procedant, vt solidius ea fruaris, tiusque procures? ad hoc respondet idem Sanctus Propheta Ezechiel, dicens semel & iterum

f Ezech. 1. 20. 21. *Spiritus Vitæ erat in rotis,*

f *quod Spiritus vitæ erat in rotis*, qui eas mouebat & *quocunq; iret spiritus rotæ pariter eleuabantur sequentes eum.* Et quid hoc est, nisi significare, quod Spiritus S. q auctor est diuinarum Scripturarum & animarum viuificator assistat eas le-

ter legentibus & meditãtib°, eleuando eorum intellectus & voluntates, vt videant, ament, & sequantur, quod in eis latet; quò spiritualem gratiæ vitam hìc, & postea etiam æternam cõsequantur. Hic diuinus Spiritus aperit in lectione sensum nostrum, vt eas intelligamus; & in meditatione ignem accendit affectuũ, quos sequamur; & in executione cor lætitia dilatat, vt pari cum ipso passu valde velociter curramus. Et miro quodam modo (vt ait S. Greg.) veritates libri sequuntur motiones Spiritus; & *quò spiritus legentis tendit, eò diuina eloquia dilatantur*; & sequuntur bonam eius propensionem ac desiderium, quod tunc temporis habet; suggerẽs illi rationes varias, motiua & exẽpla, quæ iuuent cõseruationẽ, & augmentũ promoueant boni illius affectus. Si accedis ad lectionẽ Spiritu cõtritionis, aut affectu humilitatis: id, q̃ leges, impellet ad maiorem dolorẽ, & magis inflammatum desiderium te humiliãdi, quò perfectè humilis euadas. Quòd si prædominetur in te Spiritus amoris, aut gratitudinis, inuenies in lectione veritates, & considerationes, quibus boni hi affectus foueantur. Homil. 7. in Ezechiel.

Et hinc fit, quod sicut rotæ adeò erant Sãctis quatuor animalibus colligatæ, vt quando illa per terram *ambulabant, rota quoque ita ambularẽt*; & *quãdo illa in altũ eleuabãtur, rotæ quoq; pariter eleuarentur, sequentes ea, & cum illis starent*: Ita viri spirituales tantam habeant cum lectione & meditatione sacrorum Euangeliorum connexionem, vt, quòd de

S. Cæcilia refertur, non velint ex manibus [illegible] illa dimitte e, nec ex cordibus; sed sequantur & gressum & modum vitæ, quam illa habuit. Si enim tu ambulas per terram exercendo vitæ actiuæ actiones, etiam scripturæ sacræ sequuntur, dirigentes gressus tuos, ne [illegible] in aliquid impingas: iuxta illud Dauidis: g *lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Quòd si te in altum extollas exercendo vitæ actiuæ actiones, etiam te illæ sequuntur, mentem illustrando, vt excelsæ perfectionem consequaris. Quod si subsistis firmus stas, non tam agendo, quàm patiendo in hoc ipso illæ te comitantur, & corroborant ad omnia enim Spiritualia exercitia multum conferunt, & omnibus personarum statibus sese accommodant.

g Psal. 118. 105

h Sapi. 16. 20

SICVT enim h *Manna* vnus tantum erat cibus *omne* tamen *delectamentum & omnis saporis suauitatem* in se *habens* ita voluntati iusti, illud comedentis sese accommodabat vt saporem ei afferret, *quem vellet*: Ita (ait Sanctus Gregorius) verbum Dei quod est in sacro Euangelio, auditorum & legentium conditioni se accommodando cuique spiritualem refectionem quam eius necessitas bonumque desiderium poscebant. O Saluator dulcissime, qui gubernas gloriæ tuæ currum, tuam scilicet Ecclesiam rotis diuinarum scripturarum, sacrisque Euangeliis; illustra me eorum luce, & spiritu

Lib. 10. Moral. cap. 9.

vitæ

mifica, moue me velociter ad ipsorum gressum, vt vita mea sit ita conformis ei, quod illa mihi dicunt, vt consequar quod promittunt, Amen.

§. 2.

Quinq; documenta pro lectione.

SVPEREST vt modum explicemus, quo Sacri libri, & alij quicunque pij sint legendi, ad quod præmittendum est discrimen, quod SS. Patres faciunt inter Lectionem & Orationem: Quod in Oratione nos loquamur cum Deo, gratiasque petamus; in Lectione Deus loquatur, nobiscum inspirans nobis veritates, quas legimus: repetentes scilicet in corde nostro quod earum scriptor de eis dixit. propterea Lectio est copiosa quædam vena diuinarum inspirationum, & internarum Dei allocutionum: quare ad eam, cum eo desiderio est tibi accedendum, vt hoc ipso modo loquatur: diceseque illi cum Samuele: a *loquere Domine, quia audit seruus tuus.* loquere mihi in hoc libro, quod tibi libuerit: ego enim parebo, faciamque quod iusseris. Hac ergo animi dispositione illud cogitabis, quod grauissimè perpendit Sanctus Gregorius, dicens: *Quid est scriptura sacra, nisi quædam Epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam?* in qua arcana sua tibi reuelat, & diuinam suam voluntatem aperit, & si quis (ait) literas à terreno Imperatore acciperet, nō posset quescere

S. Augustin. in psal. 65. Isidor. lib. 3. de sum. bon. c. 3. S. Bern. Ser. 54 ad Soror. S. Ambros. & alij apud Turrecre. Tract. 14. in regulam S. Benedicti.

a 1. Reg. 3. 10.

Lib. 4.

donec legeret ; &, quod in eis scriptum est, intelligeret, vt exequeretur : cur ergo tam es piger, vt cum cœlestis Imperator hanc Epistolam tibi miserit in proprium tuum cōmodum, tu eam legere negligas cum omni perfectione. Stude, quæso te, quotidie legendis meditandis verbis tui Creatoris, exercere, *disce cor Dei in verbis Dei*, in quibus diuinum cor est sculptum : in eis enim cernes cordis tionis eius nobilitatem, amoremque erga & quid à te, ipse requirat, vt illi placeas, cipe igitur, sacrum volumen in manibus, quam Epistolam supremi tui Domini & Monarchæ, colloca illud super caput tuum, reuerenter, & stude, ita b *legere, vt intelligas*, quod si non assequeris, loquere tu illi, est enim ; ac pete, vt tibi sensum aperiat illud intelligas.

b Matt. 24. 15.

3.

HINC est quod lectio non debeat curſim & festinanter, sed cum mora & quies vt relinquatur locus illustrationi cœlesti, loquatur Deus ad cor tuum per id quod legis & interdum breui aliqua interruptione fa fistes, vt meditando expendas quod legeris ludq; amplius intelligas : aut, quod Sanctus Bernardus monet, hauries dulces aliquos affectus ad ipsum Dominum, tales ad te dirigentem; & ad Magistrum, talem te docturam docentem; aut breues aliquas petitiones inseras circa ea, quæ ibi legis : colloquere cum eo qui tibi loquitur, vt pergat, libenter tibi loqui. Quod totum non tam lectioni

Ad frat. de Mont. Dei. S. Bonauent. in speculo discip. part. 2. c. 7.

interrup-

interrumpere censendum est quam iuuare, vt illa vtilis sit ac deuota ; addereque Spiritum, vt prolixior esse possit. Licet tantus esse possit sensus internus, vt sit prudentiæ, lectionem tunc commutare, quo frui liceat pio illo affectu & c *consolatione*, ad *quam ipsa Scriptura* dirigitur; & postmodum reuerti licebit, ad lectionem prosequendam. c Rom. 15. 4.

3. vbi supra.

Hvic documento & illud adiunges, vt libros sacros, sicut S. Bernardus monet, eodem spiritu, & in eundem finem legas, in quem illi sunt scripti : Ita vt ad eorum lectionem non curiositatis & vanitatis spiritu accedas, scientiæ V.g. tantum; aut vt magni æstimeris: sed spiritum Charitatis, vt discas, perfectius amare & obedire. In quo experieris mirabilem quendam circulum: incipiens enim hoc affectu librum legere, ipse affectus exacuet te, vt, quod legis, intelligas ; & ipsa lectio affectum exacuet, quo accedis. Nam experientia (vt ait Cassianus) docet nos, quod bona cordis sensa faciant nos, maiori claritate, ac teneritate sentire sensus psalmorum, quos recitamus; & librorum, quos legimus. Et eam ob causam expedit, eum librum ad legendum eligere, qui sit dispositioni cordis conformior. Si enim magnum dolorem tuorum peccatorum sentias, aut cordis desolationem ob tuas miserias, facilius eum librum intelliges, qui de eo argumento tractet. Collat. 19. c. 10. & collat. 14. c. 9.

Prae omnibus tamen accedendum tibi est ad lectionem firmo quodam ingenuoque 4.

animi decreto, sequendi spiritus diuini inspirationem in quacũq; re, quam te ipse docuerit, sicut qui Epistolam æterni Regis aperiret, animo, vt mox ad illam responderent, nõ verbis modò, sed ipse opere: nec solum orationis affectibus, sed etiam imitationis effectibus. Et sicut qui sedet ad hanc diuinam mensam, non tam vt cibos videat, quam vt eis vescatur, atque illis alat eos sibi incorporando per amorem & executionem eorum, quæ lecta sunt. Propterea enim d *Angelus* non solum librum *expandit* coram Ezechiele, & S. Ioanne, sed etiam iussit *comedere volumen*, & intra viscera sua illud reponere, vt videbimus postea. Ex hunc finem statuit Ecclesia, Sacerdotem, cum in sacro Missæ sacrum Euangelium legere incipit, formare crucem super librum, & super seipso, in fronte videlicet, ore, & pectore ipso, quam eam lectionem finierit, accipere ipsum librum in manus & osculari in ea parte, qua crucem formauit. His cæremonijs significat librum Euangelij sancti præcipuè agere de Christo crucifixo, & crucis doctrinæ; quæ crux non debet in libro sistere, quasi contenti simus eam legisse; sed transire debet, & imprimi nostris cogitationibus, verbis, & operibus conformando nos crucis sanctæ doctrinæ, & mortificationi Christi Domini nostri idque non coactè, aut illibenter; sed magna voluntate & amore: manus statim ad opus applicando, ad exequendum promptè & libenter quicquid nobis sanctum Euangelium commendat.

d Ezech. 3. 1.
d Apoc. 10. 9.

PRAETER

PRAETER hæc omnia debes in fine lectionis aliquas veritates semper eligere, quas in tuæ memoriæ archiuo reponas, siue vt habeas argumentum Meditationis, prolixius postea habendæ; siue vt easdem interdiu rumines, fouendo eis ignem deuotionis, aut vt sint in promptu quando eis opus erit, colligendo sicut alter Dauid *ex* clarissimo hoc e *mente limpidissimos* aliquot *lapides*, veritates scilicet, easque in sinu tui cordis reponere, iacendas aduersus inferni Goliam te aggredientem, vt ad peccatum aliquod inducat: sicut eas iecit Christus Dñs. N. in deserto cũ ab ipsomet tentaretur *scriptũ* (inquit) *est, non in solo pane* &c. *Et non tentabis Dominum Deum tuum*, &c. Nec existimes te turrare in hanc *Dauiticam turrim*, vt videas eius *Propugnacula, clypeosq; pendentes: & omnẽ armaturã fortium. quæ in ea sunt*: Sed vt, arma illa accipiens, sis vnus ex *h fortissimis* illis *Veris, qui gladios tenẽt*, & sunt ad *bella doctissimis, quorum ensis super femur suũ habent propter timores nocturnos*, vt se videlicet à tentationib. tueantur, iuxta illud Dauidis: i *Scuto circundabit te veritas eius* ita vt *non timeas à timore nocturno*, protegendo te scilicet à capite vsque ad pedes. Est sicut scutum (ait S. Bernardus) ex parte superiori qua operit caput, latius est, ex inferiori verò parte, qua tegit pedes, angustum. & acuminatum: Ita Dei veritates ex superiori parte, qua cœlestia respiciunt, amplæ sunt & latæ: cor enim spe extendunt, & charitate dilatant:

5.

e 1. Reg. 17. 40.

f Matt. 4. 4.

g Cant. 44.

h Cant. 3. 8.

i 1. Psal. 90. 5. Serm. 4. & 5. in Cant.

aperientes omnipotentiam, prouidentiam, & fidelitatem Dei in ſuis promiſſis adimplendis: ex parte verò inferiori, qua reſpiciunt ea, quæ in terra, & ſub terra geruntur, ſunt anguſtiæ & acuminatæ, vt ſupplicium temporalium, & æternorum timore ac periculorum, labendi in peccata, in eaque pereundi, idem cor terreant: & ex vtraque parte hominem protegunt in tentationibus. Nam interdum rationibus ſuperioribus defendunt eos, qui ſunt tanquam capita, & melius ſe gerunt, viâ ſcilicet amoris: interdum rationibus inferioribus protegunt eos, qui ſunt tamquam pedes, & timore magis regi-

k Ephes. 6. 16 guntur. Et quamuis hoſtium k *tela ſint ignea* (vt ait Apoſtolus) in hoc ſcuto tamen *extinguuntur*, totamq. vim ſuam amittunt. Eſto armis muniendus es etiam, quando accedis ad orationem, ad meditationē, & ad ipſam lectionē: Nā & ibi impugnaberis ab his hoſtib. qb tñ eiſdem ſcutis fidei reſiſtes coniūgendo ſen alia exercitia cum alijs audiens quid loquat tibi DEVS in Lectione: vt exaudiat ille quo tu petiueris in Oratione; & vt proſit tib quod cogitaueris in Meditatione. O De-

l Iere. 23. 29. VS æternæ! l *cuius verba ſunt quaſi ignis*: concede mihi, ea tali Spiritu legere ac ruminare vt meum intellectum illuſtrent, Voluntatem inflamment, & cor à terrenis ad cæleſtia eleuent: Spiritumque meum in tuum transforment in æternum.

6 DENIQVE obſeruandum tibi eſt, ſi

diſcer-

discere velis meditari & ratiocinari circa diuina mysteria, plurimum conferre, frequentare lectionem librorum sacrorum, & piorum, facereque reflectionem circa discursus & ratiocinationes, quas in eis leges. Nam illæ fuerunt meditationes, quas Spiritus S. sacris scriptoribus communicauit; aut quas ipsi industria sua, præueniente diuina illustratione, inuenerunt, scriptisque mandarunt, ad quorum imitationem licebit similes alias disponere & fabricare. Quemadmodum enim Christus Dominus noster parabolas aliquas per seipsum declarauit vt nos duceret (quod sanctus Gregorius notauit) circa eas ratiocinari, quas ipse declarauit: ita ex ijs, quæ legeris in libris à Sanctis notata & disposita, facile erit, similia inuenire, quæ te iuuent ad eosdem fines. Et eò referentur, quæ in sequentibus capitibus proponemus.

Mat. 13. 18. 37

Hom. 15. in Euang.

CAPVT III.

LIBRVM CREATVRARVM, amplum nobis suppeditare Meditationis argumentum ad consequendam cognitionem propriam & ipsius Dei, & quid in eis sit meditandum.

SECVNDVS liber valdè vniuersalis; ex quo discens scientia spiritus, est mundus hic spectabilis, cuius folia siue literæ sunt omnes Creaturæ cœlestes ac terrenæ, à supremo cœlo vsque ad vilissimum vermem, & campi florem; quas scripsit ipsemet Deus a *tribus digitis*, quibus eas etiã conseruat, *sapientia* scilicet, *bonitate*, & *omnipotentia*: Qui liber semper est apertus ad *narrandam gloriam Dei* Creatoris sui, vt omnes homines legere possint, siue literis instructi sint, siue imperiti, sicut Magnus Antonius Philosopho cuidam, interroganti quomodo posset vitam ducere sine libris respondit: Liber meus est ordo Creaturarum, quem præ oculis meis semper apertum habeo, docetq; me quæ Dei sunt, & scire aueo. Et magnus ille Sapiens, qui vocatus est Trismegistus, dicere consueuerat: *mundum esse librum* quendam di-

a Isa. 40. 12.

b Psal. 18. 1.

a Pimãdro.

tate plenum, literis scilicet ipsam diuinitatem repræsentantibus: *& speculum diuinorũ*, in quo liceat res diuinas mentis oculis cernere. Ad quam lectionem multum se mutuo iuuant duo intellectus nostri lumina. Supernaturale scilicet fidei, fundatæ in ijs, quæ sacri libri nobis referunt de creaturis, modoque ac fine in quem fuerunt conditæ; & Naturale rationis, quæ ab his ad illas discurrit, inquirens quid hi characteres significent. Quod si legere illas & intelligere posses, breui peritus euaderes in cognitione propria, & multò magis in cognitione supremi tui Conditoris, qui in omni loco & tempore prospicit tibi de clara valdeque copiosa materia, quam legas, & mediteris, quod vtramque cognitionem possit perfectissimè generare.

Ne verò multitudine creaturarum confundaris, in omnibus & singulis earum tria præcipuè puncta legere licebit; tuas scilicet necessitates ac miserias, vt in eis teipsum agnoscas, humilies, & contemnas: Deinde beneficia Dei; ac denique excellentiam perfectionum eius: vt sic eum cognoscas ac diligas, & fideliter seruias, dicens cum Dauide: c *Quoniam nõ cognoui literaturam*, aliorum scilicet librorum, *introibo in potentias Domini*, opera scilicet eius; *Domine memorabor iustitiæ tuæ solius*, & sanctitatis. c Psal. 70. 16

(∴)

§. I.

Qua ratione miserias nostras ex creaturis cognoscamus.

1. TOTVS inprimis spectabilis hic mundus est tibi liber, in quo cognoscas tuas miserias. Omnes enim creaturæ clamant tuas necessitates, aut summè illis indiges ad tui Esse, vitæque conseruationem: quia sine eis statim perires; & quemadmodum infinitam Dei maiestatem ex eo agnoscis quod ipse sibi sit sufficiens, nec vllo alio indigeat, iuxta illud Dauidis a *Dixi Domino. Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges:* Ita etiam miseriam tuam profundissimam agnoscere poteris ex eo quod nec tibi, nec tuæ cõseruationi sufficias; sed præcisè indigeas omnibus creaturis, viualque eis subiectus, ab eisque dependens.

a Psal. 15 1.

NAM quot sunt creaturæ, tot sunt tuæ necessitates, & miseriæ; quod facilè intelliges, si discurras mente per Elementa, Cœlos, & Mixta. Indiges enim terra, quæ te sustineat; aqua quæ refrigeret; aëre, quo respires; igne, quo calefias; sole, qui te illuminet; cœlis, planetis, & stellis, quæ suis influentijs te vitificent. Plantis, & animalibus ad innumeras tuas necessitates sustentationis, vestium, habitationis, & lecti; ad medendum tuis morbis, ad iter faciendum, ad sensus tuos recreandos, ad laborum leuamen. Et quamuis non singula

Crea-

Creaturæ necessariæ sint pro tua persona: omnes tamen sunt necessariæ pro alijs, à quibus tua salus & vita dependet. Si enim tu non pascis fœnum: illud pascit ouis, bos & alia, quibus tu indiges: quorum lanam induis, aut pellem calceas. quod si tu eam lanam non induas, induunt serui tui, & alij artifices, sine quibus tuam vitam non duceres. Et quò amplius tuam miseriam agnoscas, eoque humilieris, voluit Deus, Creaturas viliores esse tibi magis necessarias, vt habere possis quid plurimi facis. Quid enim vilius ape? quod contemptibilius verme: ex illa tamen mel prouenit, quod tuum gustum plurimum recreat: ex altero producitur sericum, quo te induis, honoremque affers tuæ personæ. O superbe, vnde te iactas? ô inanis, vnde euanescis? attende, quicquid in hoc mundo habes, alienum esse, tibique commodatum: & id totum tuam prodere miseriam: siquidem indiges tot rebus ad miseram tuam vitam ducendam. Expende, quid faceres si harum Creaturarum aliqua tibi deesset: & ita deprehendes multitudinem & horrorem tuarum miseriarum: considera, quam fuisset tristis & miserabilis Adamus, si vt conditus fuit à Deo sexta die, conditus fuisset primo: cùm nihil aliud esset, quàm cœlum & terra? quid fuisset manens in tenebris absque luce, quæ primo die fuit creata: & cui vsui lux illi fuisset, nisi facta fuisset diuisio aquarum? & sine plantis & arboribus, quæ secundo, tertio die fuerunt creatæ? & quã citò

hæc

hæc omnia perijſſent, niſi adfuiſſent influentiæ, & temporum varietates, quæ luminarium motibus ſuis efficiebant, quæ Deus creauit die quarto: & quantus fuiſſet defectus rerum neceſſariarum, deficientibus auibus, piſcibus & animalibus, quæ quinto & ſexto die fuerunt producti? Deus vero hominem creauit, poſtquam prædicta omnia condiderat: id fecit vt ei patefaceret amorem, quo ipſum proſequebatur: cùm ſciret, quã fuiſſet miſer futurus ſine eis, quibus omninò indigebat. Agnoſce itaque in creaturis extremam tuam neceſſitatem, vt ex ea aſcendas, ad conſiderandam æſtimandãque magnitudinem diuinæ liberalitatis, quæ ita illi conſuluit.

2. NE tamen prius ex hoc puncto recedamus, quam noſtræ miſeriæ profunditatem penetremus: attende, quantoperè indigeas non ſolùm creaturis rationis vſu carentibus, ſed alijs etiam hominibus, quibuſcum verſaris, & quamuis omniũ ſis maximus, indiges tamen etiam minorum opera', quemadmodum dixit Apoſt. ſicut enim b *caput & oculi indigent pedibus.* Ita magni in repub. indigent paruis: & vniuerſim alij alijs indigent: & quiſque ferè omnib⁹. opus enim tibi eſt alio, qui cibos tibi afferat, & præparet: & qui veſtes conficiat & calceos: qui ędificet domũ & lectum faciat: & ferè oēs homines admiranda quadam concatenatione & connexione ita ſunt occupati, vt alij faciant; quod alijs eſt neceſſarium: & oēs aliquid eorũ, quę tibi ſunt neceſſaria, vt comedas, in-

b 1. Cor. 12. 21

dus, induas, quiescas, & viuas. Et, si aliorũ labo & occupatio cessaret, viueres in summa miseria, quam tu solus reparare non posses. Quod totum ita diuina prouidentia disposuit, ne tu contra paruulos superbires, aut te minores contenneres: cùm videas, te omnibus indigere. Quid ergo dicã de necessitatib. animæ, in quib. non minus ab alijs dependes, quam in corporis necessitatibus. Absque enim aliorum auxilio non addisceres scientiam, nec prudentiam, nec virtutem: in quibus sæpe minor docet maiorem, vt maior agnoscat, se indigere minori. Si membra corporis naturalis ratiocinari possent, & loqui, agnoscerent & faterentur, alia omninò alijs indigere: nec vnum auderet alterum contemnere, ne indignum se redderet auxilio, quod alterum illi impendebat. Sed quod linguis non fatentur, quia illis carent, promulgant operibus, quæ sunt voces te monentes, quid in membris mystici corporis agatur: vt intelligas, quo pacto erga illa te gerere debeas.

O Deus æterne, clarifica oculos animæ meæ, vt in his rebus visibilibus meam miseriam agnoscens, ita affectionem meam ergà illas moderer, vt non ad sensualitatem foquendam, sed ad occurrendum necessitati, eis vtar.

Praetereo aliam viam miserias nostras ex his creaturis cognoscendi, quarum multæ nos cruciant & affligunt: aliæ, etsi in aliquem finem sint nobis vtiles, varijs tamen 3.

men modis nobis sunt noxiæ: ignis enim calefacit quidem nos, sed etiam vrit; aqua refrigerat, sed etiam nos suffocat. Et quæ maior miseria esse potest, quam in tot periculis versari, vt quod Deus ad nostram vtilitatem creauit, idem in perniciem nostram conuertatur. Sed quoniam hoc prouenit nobis à peccato, ideo ad nostram spectat propriam cognitionem, quæ in eo fundatur: de qua paulò inferiùs dicemus.

§. 2.

Quod Deum per Creaturas cognoscamus.

EX his ascendes ad considerandum, quod totus hic spectabilis mundus sit quidam liber diuinorum beneficiorum, in quo meditanda sint bona quæ à Deo accipis, quæ tot sunt, quot sunt creaturæ, quas tu quinque sensibus percipis. Omnes enim clamant, & prædicant immensam Dei erga te liberalitatem. Sed, vt, quid dicant, intelligas, necesse est prius aures aperire, vt earum voces audias, quibus tibi manifestant, quis ille sit, qui illas fecerit, & in quem finem condiderit.

1. NE sis autem brutis animantibus ignorantior, cogitans, has res, quibus frueris, casu aliquo in hoc mundo euenisse, nullo alio eis dante esse, quod habent: a *Interroga* (inquit Iob) *iumenta & docebunt te: & volatilia cæ-*

a Iob. 12. 7.

& in

& indicabunt tibi; loquere terræ, & respondebunt tibi: & narrabunt pisces maris & quod omnia clamant, est: *quis ignorat, quod omnia hæc manus Domini fecerit? in cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis.* Quid aliud est, creaturas interrogare, an sit Deus, qui illas condiderit? nisi attentè considerare ordinem & concordiam; quæ est in omnibus simul, & in singulis componentes admiranda harmonia mundum hunc visibilem, & pulcherrimam eius fabricam? Quæ autem est earum responsio, nisi quod ex hac consideratione deducitur? quod non illæ seipsas fecerint, nec potuerint casu euenire: sed esse unum verum Deum, qui eas condiderit, semperque gubernet? Si enim pulcherrimum palatium ingredereris, in quo varias cerneres aulas, curritoria, aulas pretiosis pendentibus aulæis, & tapetibus mille modis elaboratis, figurisque valdè spectabilibus exornatas: etiamsi neminem in ipso palatio videres, statim procul dubio iudicares magnum aliquem fuisse principem, qui tale opus construxisset; & peritissimum architectum, qui illud delineasset, & ministros ac operarios valdè industrios qui eam delineationem exactè adeò essent assequuti; quia huiusmodi palatium nec seipsum ædificare potuit; nec aliquo casu in tali loco sic fabricatum est inuentum. Conijce itaque oculos per vniuersi huius spectabilis palatia, considera diuersitatem, varietatem, & ordinem Creaturarum; stellati cœli elegantiam,

solis splendorem, lunæ pulchritudinem, mutuum eorum vniformitatem, annis singulis, singulisque mensibus ac diebus singulis: aspice deinde aërem cum tanta auium diuersitate, quæ sua pulchritudine visum; cantu suo auditum, gustum sapore recreant. Aspice porterea terram tot arboribus adornatam, tot floribus intertextam, innumeris animantibus repletam, magnæ astutiæ & sagacitatis, propriam vitam conseruent. Et quando hæc omnia benè consideraueris, etiamsi corporeis oculis eum non cernas, qui illa omnia fecit, mentis tamen oculis videre illum poteris, & attentè omnia clamantia audias, ac dicentia magnũ quẽdã principẽ illa fecisse, qui sapientiæ sua infinita omnia ita delineauerit; & infinitæ potentia delineationẽ fuerit executus. Et propterea apud Iob dicitur: b *oẽs homines videant Deũ*, q̃uis *vnusquisque eũ intueatur procul*, nõ in seipso, sed in eius operibus eũ intueri.

b Iob. 36. 25.

2. POSTQVAM autem legeris in creaturis quis eas fecerit, attende quoque, vt legas, a quem finem eas condiderit. Nam si benè scrutatus eas interrogare, respondebunt illæ, Deũ ipsum eas fecisse, non propter seipsas, sed vt homo eis vteretur in obsequium Conditoris. Quis autem est ignorans, vt dicat, vineam in proprium fructum bonum esse plantatam, aut domum in suipsius vtilitatem esse constructam? aut pecora in vtilitatẽ ꝓpriã esse creata? nihil. n. horũ facere homines, nisi vtilitatẽ propriã aut suorũ requireret. In hũc ergò modũ intellige, non creatu-

Deus

Deum hoc vniuersum spectabile, & creaturas rationis expertes, propter illarum bonum, quod neque ipsæ agnoscunt, nec gratas se exhibere possunt: sed neque eas creauit Deus ob vtilitatem, quam ipsemet ex eis caperet, cùm ipse eis habeat ipse suũ esse æternũ & beatũ ipsq; vlla depẽdẽtia a re aliqua, q̃ fecerit: sed nec; eas cõdidit, ppter Angelos, qui vtpote spiritꝰ, reb. corporeis nõ indigẽt. Cũ itaq; ipse sit infinitè sapiẽs, certũ est eas creasse, ppter hominẽ, qui illis indiget; potestque eas cognoscere, ob commodum, quod ex eis accipit gratum largitori se exhibere: amando, glorificando, & seruiendo ei, qui adeò liberaliter eas ipsi dedit. Vnaquæque itaq; creatura est tanquam character quidam libri huius vniuersi, qui character tria tibi significat, necessitatem scilicet tuam, vt illa vtaris; omnipotentiam Dei, qui illam creauit; & finẽ, quem respexit reparandi per illam tuam miseriam: vt tu solicitus esses meius seruitio, sicut ille fuit liberalis tot rebus tibi indulgendo. Terra tibi dicit: Deus me condidit, non mihi ipsi, sed tibi: vt me tibi seruiẽte, tu seruires conditori tuo; cœlum dicit: opus sum Dei, non in meam vtilitatẽ, sed in tuã, vt gloriam pro me & pro te reddas ei, qui vtrumq; fecit. O Deus æterne, qui omnia creasti ad teipsum, tanquam ad vltimum omnium finẽ, & visibilia omnia destinasti ad bonũ hominis, qui illis indigebat; aperi aures meas, vt audiam, & intelligam voces, quas edunt, agnoscẽdo me & te; & humiliando me propter

meam miseriam, te verò exaltando propter infinitam tuam misericordiam. O Pater amantissime, quam notæ tibi erant necessitates meæ, siquidem antequam me creares, tot condidisti creaturas in earum remedium? prius mihi domum præparasti, vestes, alimenta, & quicquid mihi etiam ad leuamen conduceret, ut beneuolã tuam prouidentiam agnoscens eique innitens amarem te, glorificarem, ac maiori cura seruirem; sim, vtinam, ego adeò solicitus in tuo obsequio, atque tu es in mihi subueniendo.

3. HINC progredi licebit ad alias tres voces audiendas, quas edunt Creaturæ (sicut bene perpendit Hugo de S. Vict) vnaquæque enim dicit tibi: ACCIPE, REDDE, FVGE. *Accipe beneficiũ, redde seruitiũ, fuge supplicium.* ACCIPE humiliter de manu Dei *beneficium*, quo tua necessitati vult occurrere; REDDE verò illi animi *gratitudinem*, eum laudãdo, eiq; seruiendo propter bonũ in te collatum: quod si non facis, FVGE *supplicium*, quod propterea promereris: vt scilicet priueris beneficio, obtuam ingratitudinem. *Recipe* donum, quod Deus mittit summa benignitate; & illud ipsum rerum eidem offer inflammata charitate, cauebis infidelis ei, qui est in te adeò liberalis. Omnes Creaturæ has edunt tres voces: licet enim aliquę sint instrumenta beneficij per modum indulgentiæ; aliæ tamen etiam sunt per modum supplicij; quamuis & hæ censendæ sint beneficium Dei, qui nõ eas condidit, vt te castiget, sed vt

Lib. 6. de arca Mor. c. 4. tom. 2.

sed vt moneret, fugere illam pœnam, quò & beneficium accipias, & maiori securitate accepto fruaris.

SED quando Deus tibi dicit hoc verbum: 4.
accipe, hoc scilicet donum: ne existimes, vnum tantum esse beneficium. Nam in vnoquoque innumera continentur, quæ illud comitantur; aut præcesserunt, vt eo possis gaudere. Et quãdo vel minimum confert donum, eodem tacit omnium debitorem. Quod manifestè deprehendes, si ea expenderis, quæ præcesserunt vel vnum bolum antequam illum comedas. Omnes enim sementis labores, pluuiæ cęli, vt frumentum nasceretur, messis, trituratio purgatio, collectio in granaria, contritio in molẽdino, cribratio, subactio, siue pictura, coctio & alia innumera, quæ cum his omnibus sunt coniuncta, Dei sunt beneficia; sine cuius prouidentia & auxilio non potuisset hic effectus prouenire, vt panis ille ad mensam tuam perueniret, quo tuæ necessitati occurreres vitamque conseruares.

VERVM multò adhuc plura sunt perpen- 5.
denda in hac ipsa indulgentia. Nam dona etiam minima plurimi fiunt, quæ ipsemet Princeps manu sua largitur. Sicut miles ille, qui argenteum Clenodium à suo Capitaneo sibi missum contempsit; quod tamen idem ab ipsomet Capitaneo propria manu oblatum accepit, & plurimi fecit. Quod si donum sit ab ipsomet Principe proprijs manibus confectum adhuc multò pluris æstimatur: qualis esset ali-

qua imago ab ipsomet Principe depicta. Cùm igitur aliqua creatura veteris, quem existimas tibi illam offerre? num Deus in cœlo manens inde illam tibi mittet, vt ea vtaris in terra? Nihil tale: Nam ipsemet Deus, reipsa & vera manu suæ omnipotentiæ hoc donum fabricauit, & actu etiam componit & conseruat, tibique tradit vtendum, ac dicit: *Accipe* hoc donum, quod ego ipse confeci, & propria mea manu tibi offero fruendum. Deus est, qui ædificat domum, in qua habites: c *nisi* enim Dominus *ædificauerit domum, in vanum laborant, qui ædificant eam:* ipse mensam sternit tibi, quotidie cibos apponit, quibus vescaris, vestes offert, quibus tegaris: & reliqua bona, quibus gaudes: ille propriam suam manum aperit, vt te benedictionibus repleat. Cur ergo non aperis tu os tuum, vt illud laudib. eius repleas: & manus vt repleas obsequijs: & conferuentibus affectibus, amando, laudando & seruiendo ei, qui te replet tot beneficijs. d Nam (ait Sap.) *manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Si ergo aperis manum tuam vt accipias donũ Dei, aperi etiã eandẽ, vt reddas gratitudinẽ, & obsequiũ propterea debitũ. *Fuge suppliciũ.* tot.n. & tanta beneficia per ipsa si benè consideres: clamãt, tuaq; seruitia exigunt. O Pater misericordiarũ, & Deus retributionũ, qui vltionẽ proponis, vt copiosiorẽ & securiorẽ accipiamus diuinã tuã misericordiã, ego audio voces tuas, quas mihi edis per creaturas: & accipio dona tua cũ amore, eo quo-

c Psal. 126. 1.

d Eccl. 4. 36.

sint tua: reddoq; vicissim amorē propter illa, quidē amori nōnisi amore potest respōderi. cum itaq; charitatē tuam accipio, volo reddere charitatē fugiēs supplicium amittendi ipsam charitatē, quæ supremum est donum omnium, quę mihi largiris. O spiritus diuine, qui es *donum Dei altissimi*, dic cordi meo: *accipe, & redde*. accipe me, qui sum donum amoris & redde mihi eundē amorem amando me sicut ego te amo. Vtinam te amarē sicut me amas: vt bonis respōderē, quæ mihi cōmunicas.

§. 3.

De cognitione Dei creaturis coniuncta.

HINC vlterius ascendes consideratione vt legas in creaturis, earū creatoris excellētias, præcipuè verò immensitatē vnitiuam, & vnionē immensam, quam cū illis habet, cùm sit intra oēs illas, tenens, & cōseruans eas tribus illis digitis, de quibus Isaias, q̄ eis *appendat molem terræ* sapientia .s. omnipotentia & bonitate, siue charitate. Nā in spectabilis huius mūdi libro potes legere & cognoscere infinitā Dei sapiētiā, qui ab æternitate sua tantā creaturarum infinitatē intuēs, earū ordinē disposuit, nouitq; quid faciāt, quidque faciēt, aut facere possint, quādiu in suo esse quod habent, permanserint: nulla prorsus earum re ipsi Deo occultata, quātūuis interna sit & secreta. Deinde perpendēda est magni hui⁹ a Isa. 40. 12.

Architecti omnipotentia, qui, vt ſuam diſpoſitionem executioni mãdaret, nec materiali opus habuit; nec miniſtris, qui manus ſuas ad id apponerent: ſed ſola ſua voluntate in momento & ex nihilo condidit præcipuas huius vniuerſi partes; quib. tanquã materialib. vtens reliquas fecit pro libitu, vt voluit, nec opus habuit longo tẽpore, ad eas fabricandas; nec fuit vllus, qui eius voluntati reſiſtere poſſet. Et in hodiernũ vſque diem eadem ſua omnipotentia eas cõſeruat in eo Eſſe, quod vnicuique dat iuuatque eas in actionib earũ: quas nõ poſſent facere, niſi actu ipſe cũ eis concurreret. Simul etiã perpendes infinitã bonitatem & cõritatẽ Dei huius adeò ſapientis ac potẽtis, qui illum impulit exire extra ſe, vt ſe creaturis communicaret: exercendo ea, quæ de eis ſtatuerat: coniungens ſe cum omnibus realiter ac verè per ſuam eſſentiam, præſentiam, ac potentiam. Neque.n. potuiſſent eſſe, nec operari niſi ipſe tribus his digitis appenſas teneret, & cum eis cooperaretur. O altitudo ſapiẽtiæ omnipotentiæ, & charitatis Dei! Quid te Deus permouit, vt hoc totũ vniuerſum cõderes tuáque diuinitatem, & omnipotentiã non ſolum cum cœlis, & pulcherrimis ſideribus coniungeres: ſed cũ vermiculis etiam, & abiectiſſimis terræ creaturis? Et ſiquidẽ omnes illas ad vtilitatem, & ſolatium meum cõdidiſti, erit procul dubio in meum quoque ipſius bonum coniunctio, quam cum illis habes: ita vt, cũ aliquem mihi donas creaturam, ſimul cũ illa cõiunctu

venia

venias, vt conſerues donum mihi in illis datum. Et cum dicis mihi *accipe* donum hoc, quod tibi propria mea manu dono : quid aliud dicis, quam *accipe me* in iſto dono, in quo & ego ſum ? O anima mea b *intra* cum Davide *in potentias Domini*, non eas aſpicias in ijs, quæ exterius habent ; nec ſatis habeas librum hunc in cortice (vt dicitur) aſpicere, ingredere etiam ad interiora, in quibus ipſummet DEVM inuenies omnibus illis vnitum, vt tibi benefaciat, ſi illum ames ; aut puniat, ſi offendas ; aſpice inuiſibilem in hoc rerum viſibilium ſpeculo ; iunge cor tuum amore puro cum Creatore, qui intra illas eſt: venerare eius ſapientiam, admirare omnipotentiam, fruere eius bonitate : & propter eam dilige omnem bonitatem creatam, quatenus in ea emicat etiam diuina. Et hac ratione amor creaturarũ nõ aduerſabitur amori Creatoris : quia omnes erunt tibi tanquam cœlum ; manifeſtantes Dei gloriam, quam in ſe continent. Et ad eam allicientes, cuius causa in libro Canticorum dicuntur c *manus ſponſi eſſe plenæ hyacinthis* : vt nobis ſignificetur, omnia opera, quæ ab eo procedunt, etiamſi natura ſua vilia & terrena, quatenus tamen ab eius manibus prodeunt, illisq; coniunguntur, eſſe inſtar gemmarum precioſarum, quas hyacinthos appellamus : vt, quia cœlos colore referunt, erigant nos ad cognitionem, & amorem rerum cœleſtium, & diuinitatis in illis exiſtentis. O *manus* ſanctiſſimæ, *tornatiles*,

b Pſal. 70. 16

c Cant. 5. 14.

& aurea: aureæ ob infinitam charitatem, qua opera ista perficitis & torniatiles, ob summam in agendo velocitatem: quæ tamen non propterea desinunt esse perfectissimæ: aperiatis vt animam meam cælestibus vestris donis impleatis; vestraque luce illustrata, quicquid in terra aspexerit, sit ipsi cœlum, agnoscens per hyacinthos diuinitatem manuum, quæ eos sustentant; & per creaturas, digitos Creatoris easdem conseruantes.

IN hunc modum te geres in aspectu omnium Creaturarum, aspiciens in singulis excellentiam, quam habent; & mox, elevans oculos animæ ad Creatorem, qui eam illis communicauit, & quam in seipso habet infinitè perfectiorem: vt fusius in Tractatu tertio docetur.

§. 4.

De Meditatione per Creaturarum similitudines.

NVNC id solum addam: quòd possis ex visibilib. creaturis deduci copiosissima materia admodum quendam meditandi in S. Scriptura valde vsitatum, per similitudines. s. & comparationes, discurrendo per proprietates earũ, easq; ad res inuisibiles accommodas applicando in eo q̃ proportionem aliquam eisdem habere possunt. In eum. n. finem Scriptura S. manifestat secreta regni cœlestis, gratiæ, & virtutum, & ipsiusmet Dei per hæc

similitudines. Vocat. n. Deum Solem & Ignem, vt discurrentes per harum duarum Creaturarũ proprietates & effectus, quos faciunt; ascendamus ad cognoscendum quod est in ipso Creatore, sicut fecit S. Dionysius, referens multa, in quibus tanquam in speculis apparent Dei magnalia. Et ob eandem causam Christus D.N. ẽt appellatur Agnus, Leo, Lapis angularis, Vitis, & Arbor vitæ. Ipsa Gratia appellatur aqua viua & fons bulliens & saliens in altum. Regnũ Dei comparatur thesauro abscondito, margaritæ pretiosæ, grano sinapis. Et Canticorum liber his similitudinibus est refertus, quibus declaratur diuini sponsi excellentia; & animarum, quæ sunt eius sponsæ. In quibus similitudinibus aduertendum est, vt, cum proprietates rei visibilis, inuisibili attribuuntur, addatur id, in quo hæc excellit, vtpote perfectior. Sicut ipse Christus Dominus gratiam suam aquæ cõparans, vt intelligeretur, quam gratia esset præstantior, dixit: a *Qui bibit ex aqua hac sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* quasi diceret, vtraque aqua in hoc est similis, quod sitim extinguit: sed interest, quod hæc corporalis ad modicum tempus extinguit; spiritualis verò in æternum. Et comparans panem Sanctissimi sui corporis cum Manna dixit: b *Patres vestri manducauerunt Manna in deserto & mortui sunt*: at de corpore suo, addit: *hic est panis de cœlo descendens, vt, si quis ex ipso manducet, nõ moriatur.* In hunc ergo modum cum per

a Ioan. 4. 13.

b Ioan. 6. 48.

huiusmodi

huiusmodi similitudines & comparationes meditationes tuas instituas, ita ex rebus visibilibus ad inuisibilia conscendes ; vt intelligas, multo plura esse in his perpendenda, ob insignem earum supra alias excellentiam & excessum. Propterea siquidem in Canticis cum c *oculi sponsæ* dicuntur esse *sicut columbarum* ; *&* d *genæ eius sicut fragmen aut* e *cortex mali punici*, additur ; *absque eo quod intrinsecus latet* ; quod est multò amplius, quam exterior similitudo exprimat.

c Cant. 4. 1.
d Ibid 3.
e cap. 6. 6.

ADHAEC licebit in Meditatione vti variis similitudinibus, à minori ad maiorem descendendo, vt sensim rerum spiritualium magnitudo æstimetur, sicut fit in Canticis, vbi dicitur f *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.* Quasi diceret: nosse cupis, quæ sit anima iusti ? ab intelliges ex quatuor his similitudinibus quarum alia alijs est excellentior. in initio enim est sicut aurora, quasi lux exigua ; sed crescit semper. Nam postmodum est pulchra vt luna ; deinde electa est & singularis in sua excellentia tanquam Sol ; ac denique eò proficit, vt sit terribilis, & inuincibilis sicut castrorum acies benè ordinata, militum scilicet inter se & cum suo Duce benè conuenientium.

f Cant. 6. 9.

EADEM quoque ratione licebit inuisibilia, horrenda, ac detestanda meditari, qualia sunt vitia, & inferorum pœnæ, Dæmonum se-

num feritas, & aliorum peccatorum, quos Scriptura Sacra serpentibus, Basiliscis, ac Draconibus comparat; Tygridibus, lupis, alijsque feris; ventis, tempestatibus, mari, & igni: in illis eorum proprietatibus, quibus sunt hominibus infesta: additis præcipuè illis, in quibus eisdem hominibus magis sunt noxia. His similitudinibus referti sunt libri Prophetarum, & Apocalypsis. In quibus comparationibus idem quoque seruandus est ordo, vt à minus horrendis ad terribiliora procedatur, sicut sapiens monuit g *ne intuearis vinum quando flaueſcit & cum ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur enim blandè ſed in nouissimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* g Prou. 23. 31.

Nec sine magno mysterio voluit Deus vti frequenter his similitudinibus, non solùm quod hæ magis sunt nostræ naturæ conformes vt quæ inuisibilia solùm possit cernere in speculis rerum visibilium; sed etiam, vt frequens harum similitudinum aspectus, sit nobis continuum motiuum, quo recordemur rerum, quas illæ nobis referunt. & sicut eædem res, iuxta diuersas suas proprietates conferunt, ad agnoscendum vitium, & Virtutem; præmium, & pœnam; bonum Spiritum, & malum: Ita ex eisdem oportet nos excitari ad affectus diuersos, amoris, & odij; spei, & timoris; gaudij, & tristitiæ: alios alijs moderantes. Itaque in luna agnosces Iusti pulchritudinem, Deum tanquam solem

suum

ſuum reſpicientis; & Inſipientis mutabilitatẽ ſe ab illo ſeparantis: In Leone, Chriſti magnanimitatem, & Dæmonis feritatem; in igne charitatis vigorem, & ardorem cupiditatis. In meditatione itaque his rebus veteris, nunc ad vnum finem, nunc ad alterum, iuxta exigentiam & deſiderium tuum. Siquidem ipſe ea (vt inferius videbimus) in ſupernaturali & extraordinaria oratione communicat interne hunc modum ſimilitudinum, quo reuelatur altiſſimas & occultas.

CAPVT IV.

INCHOATVR TRACTATVS propriæ cognitionis, quæ obtinetur legendo, & meditãdo in libro propriæ Conſcientiæ: aperiuntur tria maxima damna, quæ ex ignoratione ipſius proueniunt, & in quo illa conſiſtat.

PRIMA cura cupientis in ſciẽtia myſtica proficere, & vitæ Cõtemplatiuæ ſubſtantiam aſſequi, ea debet eſſe, vt multum ſtudij ponãt in cognitione ſui ipſius, legendo, & meditãdo in libro ſuæ Conſcientiæ & vitæ. Hæc cognitio eſt prima litera, Alphabeti Spiritua-

lis, vt in-

lis, vt insinuauit Ieremias propheta, qui incipiens caput tertium suarũ lamentationũ ab Aleph primo Hebraici Alphabeti charactere, statim subiungit: a *Ego vir videns paupertatẽ meã.* quasi diceret: Primũ exercitiũ vitę meę, primũ ęq; visus mei obiectũ est paupertas mea, in qua meditor, & in quo ostendo me esse virũ: virilis n. animus necessarius est ei, qui videns tantam pauptatẽ, nõ animo deficiat: nec me occupo in aliena pauptate inspicienda, quæ me non concernit, sed in mea, quæ me pungit: hic n. aspectus erit initiũ mei remedii. & quamuis vir sim valde excellens, non deerit mihi paupertas, q̃ aspiciã in meipso. quæ verè est paupertas mea. Nã, si quid boni habeo, illud non est meũ, sed alienũ, & à Deo mihi ꝓuenit, cuius est totũ ꝙ est optimum. Nã ex me nõ habeo, nisi boni priuationẽ, quæ adeo ingẽs est, vt nec habeã oculos ad eã discernendã, nisi Deus illos mihi cõmunicet. Nam à Diuino Spiritu oportet venire lucem, qua me videam & cognoscam.

a Thren. 3. 1

HI oculi, quos Deus dat ad sic videndũ, nõ sũt sicut corporei, q̃ vident alios; sed seipsos & ꝙ intra ipsos est videre nõ possunt: sed potiꝰ occupantur videndo seipsos, & sua; vt posteà re ctè aspicere possint reliqua. Huius figuram ait S. Gregor. fuisse expressam in ea, quam vidit Ezechiel, quatuor Sanctorum animaliũ sequentium impetum diuini Spiritus, b *vnumquodque* (ait) *coram facie sua ambulabat.* Quid enim est coram facie sua ambulare, nisi seipsa sibi præsentia habere; sicut ambulare coram facie Dei

Homil. 4. in Ezechiel.

b Ezech. 1. 12

est De-

est, Deum sibi facere præsentem. Et quamuis vtrumque sit ad spiritualem perfectionem necessarium, primum tamen horum dispositio quædam est ad secundum: ideoque est ab inchoandum, vt monuit S. Bernardus Papæ Eugenium; à te (inquit) tua consideratio inchoet; ne frustrà extendaris in alia, te negligecto. nam licet noueris omnia mysteria, licet noueris latitudinem terræ, altitudinem cæli, profunda maris: si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento, qui laborat in structura, quæ citò ruet: quicquid struxeris contra te, erit instar congesti pulueris, ventis obnoxium. Non ergo sapiens qui sibi non est sapiens. à te proinde incipiat tua consideratio, non solum autem, sed in te finiatur. quocunque euagetur, ad te reuocaueris eam cum fructu. Quod si negligas teipsum aspicere & cognoscere, euanescet quoque à tuo conspectu Deus, & omnia bona, quæ in eius domo & eius familiaritate, & societate obtinueras: sicut ipsemet monuit sponsam horrendis & terribilibus minis, dicens ei: c *Si ignoras te pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* O tremendam sententiam, à cœlesti sponso iustoque iudice pronunciatam contra propriam sponsam; non turpem, sed pulcherrimam; non peccatricem, sed iustam; non rebellem, sed subiectam: nec animo illam è domo & societate sua repellendi, sed præseruandi ab eo, quod posset illam è domo

exur-

Lib. 2. de Consid. ad Eugeniū. B.

c Cant. 1. 8.

no exturbare. O quam horrendum est ma-
lum ignorantia suiipsius: siquidem creaturam
adeò pulcram, dignam facit tã aspera sentẽtia.
Potuisset quidem Dominus blandius illã mo-
uere, vt seipsam cognoscere studeret, noluit
tamen blandè, sed summo rigore vti, quia
vera cognitio sui ipsius, non tam in suaui-
tate & fauore, quam in laboribus & repulsa
consistit. In his enim facilius deprehendi-
tur, quid ex nobis ipsis habeamus, quidque no-
stra culpa promereamur, Ideoq; non sine ma-
gno mysterio dixit Ieremias, se agnoscere pau-
pertatẽ suam, d *in virga indignationis Dei.* Esto
enim certissimè id cognoscatur ex lectione sa- d Thren.3.1.
crarum Scripturarum, vbi supplicia, pœnæ, &
minæ referuntur; multo tamen clarius ea-
dem leguntur in propria experientia: cum
oculis proprijs videmus, & auribus prope nos
audimus, & intra nostras animas sentimus. Sed
nunc videamus harum minarum atrocitatem
in alieno capite, vt ita cauti ex ea euadamus, ne
recidat in nostra propria.

§. 1.

Tria grandia mala affert ignorantia suiipsius.

TRIA maledicta includũt hę Domini no- Serm. 27. in
stri minæ aduersus omnes, seipsos non Cant.
agnoscentes, quatenus videlicet ignoran-
tia suiipsius (teste S. Bernardo) mater est, & fo-
cus superbiæ, omniumq; filiarũ, quæ ab ea pro-

cedunt cuius prima pœna & maledictio indicatur primo illo verbo: *Egredere*, quod est dicere: Si te nō agnoscis, recede à domo mea, in qua tanq̃ sponsam recepi; discede à protectione & gubernatione mea: ego.n. nec pasco nec protego ignorantes se. Separa te à grege ouium mearum electarum, inter quas permanere non licet, seipsam ignoranti, recede ab amicitia & familiaritate mea non .n. delector cum ea conuersari, quæ non nouit quid sit, & quid habeat. Exi quoq. à te ipsa, & à proprio corde tuo. Nō enim intra seipsam quietem inueniet, quæ se ignorat. Exi de abscondito faciei meæ, & vulnerum ac foraminum corporis mei. In his enim locis non potest consistere, qui ita est cæcus, vt seipsum non videat. Denique recede procul à regno meo cœlesti, quo ingredi non possunt, qui paupertatem suam non agnoscunt. Nec fidas pulchritudini præsenti: Nam ignorantia tui ipsius conuertet eam in deformitatem, & nigredinem; nec illa me continebit, quo minus tibi dicam: *Egredere, vade.* Pulcherrimi erant Lucifer in cœlo, & Adamus in Paradyso: Sed quia seipsos non agnouerunt: nec ego illos noui, & reputi glorioso adeò loco, quem occupabant. Nam

a 1. Cor. 14. 38. — *a ignorans ignorabitur.* qui videlicet seipsum ignorat, ignorabitur nec approbabitur à me.

b Matt. 25. 12 & 14. d cap. 7 v. 1. — dicam illi in die nouissimo, quod b *fatuis virginibus & c operarijs iniquitatis: nescio vos, discedite à me maledicti.* Talis enim ignorantia hanc etiam pœnam meretur, vt non patia-

in mea præsentia consistere. O Deus æter-
e, nouerim me, vt tu me agnoscas : nec
quam desinam me in tua præsentia agnos-
re, ne mihi aliquando dicas: egredere ex do-
o mea.

SED quò mihi eundum est, si me ignorem? 2.
dis (inquit) *post vestigia gregum.* O tremen-
dam maledictionem, nec minus horrendam,
quam fuerit proxima ? Quid enim hoc aliud
st dicere, quàm abi post brutas animan-
es, mores earum inimitandos, abi post
eras passiones earum explendo desideria, va-
ta voluntas tua post id quod ei lubet; appeti-
us post suas cupiditates; sensus post volu-
tates suas; caro post suas libidines; imagina-
io post suas chymæras; & ipsum iudicium
ost suos errores, totum permittam enim in
ua ignorantiæ pœnam; te in has deuenire mi-
rias. Et quæ maior miseria pastori euenire pt,
quàm vt, qui gregem suum gubernare deberet,
& quo ipse vellet deducere, id non præstet; sed
sequatur ipse potius, trahaturq; à grege ipso er
rante, quò ille voluerit. Et quæ maior infeli-
tas rationali homini accidere potest, quàm
quod se subijciat appetitionibus brutis, ratio-
ne carentibus, quæ illi pro meritis reddant, e *e Eccle. 18. 31*
facientes eum (vt ait sapiens) *in gaudium im-*
micis suis ? Hoc damnum timebat ipsa spon-
sa, cum petijt à suo sponso : f *Indica mihi,* *f Cant. 1. 7*
quem diligit anima mea, vbi pascas, ne vaga-
ri incipiam post greges sodalium tuorum. ad
quod respondit ipse : si ignoras te, incides in

damnum quod prætimescis, & in horrendam maledictionem qua dixit Deus: g *abscondi ab oculis faciem meam & indignatus sum, & abijt vagus in via cordis sui*, viuens pro suo libitu absque ratione rationis. Ex quo prouenit, vt non solum vestigia sequatur brutorum; sed etiam (vt Sanctus Bernardus perpendit) procul & retro, tanquam illis miserior, sequatur. Nam illa miseriam suam finiunt cum morte, posteaquam supplicia non timent: tu autem nisi te agnoscas h *ligatis manibus & pedib. mitteris in tenebras exteriores*, luens pœna incredibili culpam tuæ ignorantiæ.

g Isa. 57. 17.

Serm. 35. in Cant.

h Matt. 22. 13.

3. EODEM tendit maledictio tertia, quæ extendit seueritatem huius diuinæ permissionis, qua dicit: *pasce hœdes tuos*, quasi dicens: non solum sequere bestiales tuas passiones, sed etiam illas ale, illisque multum indulge quæ etiam iam non ex sola passione, sed etiam ex malitia peccat. Pasce malas tuas cogitationes, phantasias fœdas, deprauatas voluntates, & erroneas iudicia, & operare lasciua ab his ad illa trahendo, nullo appositio limine aut termino. Hi sunt hœdi tui: tui, quia tuum est quod peccas; hœdi quia eorum causa inter reprobos computaberis. Et quæ ad dexteram iudicis manũ tanquam ouis eius gregis fuisses futura, collocaberis ad sinistram inter hœdos, qui ad gregem pertinent Dæmonis. Et propterea addidit. *iuxta tabernacula pastorum*, falsorum scilicet, faciendo quod illi faciunt; & sequendo eorum errores, falsasque doctrinas. Nam qui se-

S. Grego. ibi

qui seipsum non agnoscit, facilè decipitur; & qui vestigia Christi sequi solebat, sequitur nũc Antichristi; & qui prius cogitationes suas ac desideria in pascuis cœlestibus pascebat, nunc easdem pascit in pascuis inferni; & qui habitationem suam prope Sanctos & Apostolos collocabat, nunc associatur infidelibus & abominãdis peccatoribus, cum quibus partem suam habebit, ex DEI sententia dicentis: *Quo pulchrior es descende & dormi cum incircumcisis.* O anima, quæ iactas magnam tuam pulchritudinem: nisi te agnoscas, quò eras pulchrior, eò eris abiectior: descende ex italtitudine, dormi cum incircumcisis: morieris enim cum infidelibus, & cum gentibus perbis. O fons veræ pulchritudinis, da mihi cognitionem propriam, quæ illam generat & conseruat: aufer verò mei ipsius ignorantiam, vt pulcher sim in tuo conspectu, nec me vnquã à domo tua repellas.

i Ezech. 32. 19.

S. Grego 24. Moral. c. 3.

§. 2.

Variæ suiipsius Ignorantiæ.

VT GRAVISSIMA hæc damna ignorantiæ tui ipsius euadas, necesse erit explicare in quo hæc ignorantia consistat. multi enim ea laborant, qui tamen eam nõ nouerunt; & existimantes, quod seipsos agnoscant, vehementer in eo errant. fabricant enim conceptum quendam suipsorum, rerumque sua-

que suarum adeò à veritate alienum, vt eo imago aut exemplar sit verum eius, quod habent; sed fictum quoddam idolum propriæ ap apprehensionis. Quod vt ostendamus, scire ciet scire, hanc ignorantiam ad extrema c perueniisse, quæ magis inter se distant, quam cœlum & terra, vtrumque cæcum & stul tum. Quosdam enim adeò excæcauit s perbia, vt formarent de se conceptum quen dam diuinitatis, faciendo seipsos Deos, & collocando se tanquam idolum ceterorum ho minũ; sicut princeps ille Tyri, qui dixit a Ezech. 28. 2 *ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris.*

ALIOS in contrario extremo adeo carnalitas excæcauit, vt bestialitatis quendam conceptum de seipsis fabricarent, iudicantes scilicet animam suã mortalẽ esse, & sicut brutorũ corruptibilem, vt quæ simul cum corpore interiret. Tales illi fuerunt, qui dicebant: b *comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* Quæ ergo extrema esse possunt magis dissita & stulta quam isti duo sint errores? Quos non solum sacra fides reprobat, sed ipsum naturale lumen planè condemnat, clarissimè ostendens, neque animã esse Deũ, nec esse posse nisi Dei factura, q illã ex nihilo creauit; à quo esse acceperit, & eodẽ ita depẽdet, sicut lumẽ à sole, q illud procreauit, & cõseruat. Nec tñ mortalis est, aut peritura corpore; sed immortalis & æterna, vt ostendit ratiocinationis eius nobilitas, & ingenuitas liberi eius arbitrij, eiusq; independentia à cor

b Isai. 22. 13. b Sapien. 2. 6

in hu

in his actionibus, ac denique naturalis appetitus, quem habet ad sui memoriam perpetuam in mundo efficiendam.

SED his ignorantijs, tanquam crassioribus relictis, ad alias subtiliores veniamus. Quarum *prima* est circa iudicium bonorum & malorum, quæ intra nostram ipsam animam habemus, circa quæ sunt intolerabiles deceptiones, stultæ cogitationes, idola & statuæ insignis vanitatis. Vix enim est qui penuriam suorum bonorum, grauitatem verò malorum agnoscat. extollunt enim bona, quæ habent, & imminuunt mala, omnino aliter quam reuera sint. Multi se iustos reputant, qui tamen sunt peccatores; sapientes iudicant ac prudentes; & sunt ignari & imprudentes; credunt se humiles esse, & mortificatas habere suas passiones, qui pleni sunt superbia, valdeq; in illis viuunt inordinati affectus: peccata sua indicant fuisse leuissima, cum grauissima fuerint; persuadent sibi egregia se facinora perfeciſſe, cum valde fuerint communes, & abiectæ actiones: fingunt itaq; formantq; conceptum suipsorum rerumq;, suarum contrarium omninò ei, quem Deus de ipsis habet; ac proinde valde erroneum. Nam conceptus, quē Deus de nobis habet, verus est, ac proprius: & ille esse debet regula nostrorum conceptuum. Talis erat cogitatio, q̄ ille Episcop. habuit, cui hæc verba dixit Deus: c *dicis quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis*, quia es ignorans & insipiens? contrariū n. ego iudico & video:

I.

c Apoc. 3. 17.

videó: quia *tu es miser & miserabilis; & pauper, & cæcus; & nudus* ab omni bono, quod tu nihil cogitas.

2. QVID autem dicam de ignorantia earundem actionum, quas quotidie exercemus, in quibus similes errores passim inueniuntur? dum enim opus facimus, sæpe cogitamus esse bonum, DEOQ; placere: cum tamen prauum sit, Deique oculis displiceat. Fingimus nobis illud ex Zelo prouenire, oritur autem ex ira aut ex amore diuino procedere, quod procul à proprio; aut ita esse perfectum vt nihil ei absit perfectionis: cum tamen multis imperfectionibus ac defectibus scateat. Propterea ſepedem dixit Sapiens: d *est via, quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.* Isaias horrendum *væ* minatur *iis, qui dicũt malum bonum, & bonum malum; ponẽtes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum dulce, & dulce in amarum.*

3. NEQVE minor est ignorantia in eo quod facere possumus, quam in eo quod facimus, de nostræ naturæ tribuimus, quod est gratiæ Dei nostrisq; meritis, cp ipsius est misericordiæ, nostris deniq; viribus, quod præstamus alienis communicatis scilicet à liberalitate Conditoris. Hac ignorantia excæcati fuerunt Pelagiani, eorumq; sequaces, hodieq; excæcantur multi superbi, præsumentes ac iactantes, dicentes intra se: e *manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia*; aut f *in fortitudine manus meæ feci* hæc omnia, *& in sapientia mea intellexi.*

d Prou. 16. 25

e Deuter. 32. 27

f Isaiæ 10. 13.

Sed

SED quid mirum, si in rebus animæ nostræ secretioribus adeò cœcutiamus, cùm sint plurimæ multò clariores, quæ ipsum corpus concernunt, quæ tamen æque ignoramus, eò quod earum originem finemque & inconstantiam earundem non consideremus. cogitabis, te bona valetudine vti, fortunas in multos annos & honoré habere: & eodem tempore disponitur intra ipsum corpus morb°, vt propè iam sis ad portas mortis; aut calũnia aliqua texitur, aut lis, ob quam bonis tuis spoliaberis, sicut dives ille, qui dicebat sibi: g *habes anima mea multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare*: cogitanti autem hæc Deus aperuit illius ignorantiam & stultitiã, dicens: *stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti cuius erunt?* ô quam iustè deflebat S. Iob miseriam h *viri, cuius abscondita est via, & circumdedit eum Deus tenebris.* Nescit enim, num via, quam ambulat, recta sit; & num felicem sit sortitura finem, cùm enim omni ex parte sit tenebris circumdatus, præteritorum non recordatur; &, quæ futura sunt ignorat; & multa eorum, quæ sunt præsentia, non assequitur. Nam cùm nihil ipsi sit magis proximum, quam ipsemet, nihil tamen minus cognoscit, quam seipsum. Quamobrem ait S. Basilius; verissimum esse Homeri dictum: Quod nihil sit difficilius, quam seipsum agnoscere. Quod ipse Deus confirmat dicens: i *pravum est cor hominis & inscrutabile: quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans cor.*

4.

g Luc. 12. 19.

h Iob. 3. 23.

Hom. 18. de hum. & van. glor.

i Ierem. 17. 9

O iudex viuorum & mortuorum, doce me cor meum scrutari, ac in libro meæ conscientiæ ita legere; vt eam agnoscam, malaque ea reparem: quò in die nouissimo, quando liber aperietur, inueniatur benè scriptus, omnibus deletis malis.

k Apoc. 20. 12

EX dictis hactenus facilè intelliges, quàm sit necessarium, frequenter exercitia, & considerationes, quibus tui ipsius cognitionem consequaris, designato sufficienti tempore, quo in hanc rem incumbas, donec eam perfectè assequaris. Hæ considerationes duo rerum genera complectuntur: mala scilicet nostra, & miserias; bonaque ac dona, quæ Deus nobis tradidit, ad miserias reparandas. Primę illæ res magis propriè pertinent ad nostri cognitionem: mala enim & miseriæ sunt verè nostræ, & à nobis ipsis originem ducũt: sed bona sunt Dei, quæ si dicamus nostra, ideo est, qui ex misericordia & gratia sua illa in nobis collocauit.

HINC fit, vt propria tui ipsius cognitio in hoc consistat, vt formes conceptum quendam tui ipsius, rerumque tuarum verum, integrum, & bene plenum, separãdo pretiosum a vili, quod scilicet habes à teipso, ab eo quod habes à tuo creatore, & eius gratia. Considerans teipsum tanquam pauperem, mendicum, egenum, & ab omnibus bonis nudum: innumeris verò malis oneratum. cùm verò aspicis bona, illa considera tanquam aliena, & ex eleemosyna data gratia accepta: tribuens illa Deo largitori, eo modo, qui in sequentibus capitibus declarabi-

tur.

tur, incipiendo à cognitione miseriarum, quæ in decursu vitæ nobis eueniunt, ab ipsa natiuitate vsque ad mortem, ijs præmissis, quæ in prima parte Meditationum sunt posita.

CAPVT V.

DE PROPRIA COGNITIONE ex miserijs, quæ tum à peccato Originis, tum ab alijs actualibus nobis eueniunt; & ex nihilo, quod ex nobis ad bona opera habemus: & quod ex his ascenditur ad cognitionem Dei.

QVONIAM propria cognitio obtinetur legendo & meditando librum propriæ conscientiæ, ac vitæ nostræ, redigenda sunt in ordinem, quæ in eo sunt scripta: perpendendo & ruminando tria præcipuè genera characterum, seu sententiarum, quarum sacri libri prolixam faciunt mentionem.

QVAEDAM enim sunt sententiæ scriptæ manu primi nostri parentis Adami, per generationem scilicet carnis: alias tuipse scripsisti,

ac ve-

ac verò scribis quotidie propria manu, addens sponte tua miserias voluntarias supra naturales & hæreditarias: alias scripsit ipse Deus, scribitque quotidie, ac verò scribet, vt tuas promeritis pœnis afficiat, iuxta illud quod a Iob 13. 26. ei dixit Iob: a *scribas contra me amaritudines & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.* Sicut enim tu in hoc libro culpas, & peccata scribis; ita Deus scribit pœnas. Et ex vtroque simul disces cognitionem Dei, quoad seueritatem iustitiæ eius, & profunditatem iudiciorum, aliorumq; diuinorum attributorum huic affinium: & progrediens, peruenies ad cognitionem rerum, quas Deus scribit in eodem libro, ad reparandas tuas miserias, teque ipsum suis misericordijs implendum.

VT hæc omnia exactiùs intelligas, adhibere quoque licebit speculum siue librum aliunde præter eum, in quo continetur diuina scriptura, speculum videlicet, in quo videas, quæ cæteris hominibus quotidie euèniunt. eorum enim miseriæ clarius tuas patefaciunt. Nam (vt S. Gregorius ait) amor propius excæcat oculos animæ in rebus proprijs, vt turpe, quod Hom 4. in Ezech. amat pulchrum esse iudicet: quod idem, si videt in alio, melius aduertit eius fœditatem. Sicut Dauid proprium peccatum agnouit in alieno, quod Nathan propheta illi proponebat, dicens: b *peccaui Domino.* Necesse tamen b 2. Reg 12. 13 est, considerationem hanc esse profundam, humilem, dolentem, & cum applicatione ad reparandum malum, quod deprehendes; alioquin

quin comparaberis (vt ait S. Iacobus Apost: Iacob. 1. 23
ro consideranti vultum natiuitatis suæ in sp
culo: consideravit enim se, & abijt: & statim
oblatus est, qualis fuerit.

§. 1.

De peccato originis eiusque vulneribus.

INCHOANDO itaque à primis libri characteribus quos propria manu depinxit Adamus terrenus in ipso puncto tuæ conceptionis, deprehendes (sicut dixit David) a a Psal. 50. 7.
quod in iniquitatibus fueris conceptus: & in peccatis te conceperit mater tua. licet enim in solo peccato originis fueris conceptus: eo ipso tamen plurima accepisti vulnera, quæ inita sunt innumerabilium peccatorum. Hæc vulnera (vt ait Beda) sunt quatuor, ignorâtia scilicet, malitia, debilitas, & concupiscentia; quib. quatuor præcipuæ animæ facultates afficiuntur. Nam intellectus repletus fuit ignorantijs & tenebris. Natus enim es absque fidei lumine; naturali etiam obscurato, sine prudẽtia, sine scientia, sine cognitione veritatum, subiectus mille erroribus, illusionibus, ac deceptionibus. Voluntas accepit etiam vulnus malitiæ, ob defectum charitatis, peruersæ inclinationis ad seipsam, vt legem diuinam nihili faceret, eodem tendit concupiscibilis, accepto vulnere concupiscentiarum, & cupiditatũ, quibus quærit quæ delectabilia sunt huiꝰ

vitæ

vitæ, quæ per sensus aditum habent: de quibus
b Gen. 8, 21. propterea ait Scriptura, quod b *sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sint ab adolescentia*, & natiuitate *sua*, & pro omnium miseriarum coronide accedit vulnus infirmitatis seu debilitatis, ad quodcunq; bonum præstandum: quod vulnus inflictum est facultati irascibili, quæ esto sit audax & animosa ad prosequendum quod carnem delectat; est tamen pusillanimis ac debilissima ad ei contradicendum, & obediendum spiritui. Ingredere igitur teipsum consideratione, & incipe legere ac meditari quatuor has miserias; & quanta earum pars tibi contigerit: vt sic humilieris, nec tibi aliquid tribuas, vt qui procedas à tam corrupta radice, adeoq; infectus ab ea processeris, cum periculis perpetuæ damnationis, nisi diuina misericordia tuam intercipiat miseriam. c *Radix tua* ait ipse Deus per Ezech. &
c Ezech. 16, 3 *generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus & mater tua Cethæa & quando nata es in die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus*, nec vena tui nutrimenti fuit alligata, *& aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis, nec pepercit super te, aut misertus est tui oculus, vt faceret tibi vnum de his*, in refrigerium scilicet tui: *sed proiecta es super faciem terræ in abiectione, & periculo animæ tuæ transiens autem ego per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi: vive, dixi, inquam, tibi: in sanguine tuo viue.* O si rectè scires teipsum in hoc speculo intuerj,

vt co-

ut cognoscere s, quid sis ex tua natiuitate ; & quid fuerit Deus tibi. Si enim radicem tuam inspicias, procedis à terra Chanaan, qui fuit à patre suo Noe maledictus. Natus enim fuisti in peccato originis, maledicto subiectus, quod inde nobis prouenit. Pater tuus fuit Amorrhæus quod significat rebellem, seu amarum: es enim filius Adami, qui superbè quærens dignitatem & excellentiam, cecidit in amaritudinem culpæ, mortisque, quam sua superbia est promeritus. Mater tua est *Cethæa*, quod interpretatur stulta, aut quæ alios stultos facit. es enim filius Euæ, quæ passa est, se à serpente seduci, existimans se futuram sicut Deum: quã stulticiam suis quoque filijs communicauit, sicut Adam amaritudinem. d *Qualis* enim *Adã terrenus, tales & terreni.*

D. Hierõ & & Lyra. ibi

d 1. Cor. 15. 48.

AB his parentibus natus es filius iræ, peccatorum sanguine maculatus, & multis miseriis infectus: vt in tota natura non sit aqua salutis, potens lauare illam culpã; nec sapientiæ sal sufficiat ad subueniendũ tuæ tantæ ignorãtiæ: nec panni virtutum, quibus tua nuditas & malitia contegatur; nec est, qui ruptas tuorũ appetituũ venas alliget, ne sanguis erũpat cupiditatum: nec est, qui abiectionem tuam erigat, teque animet, vt tot miserias euadas. omnes enim creaturæ te abiectam relinquunt in terra; corde adhærentẽ rebus terrenis; inuecillem, & absque virtute, vt possis te ab eis extricare. Sic itaque constituto quid aliud tibi sperandũ erat, nisi æterna dãnatio? aut certè

dic

dic mihi quid infelix ille homo ſpe habere
t Luc. 10. 30. poterat, qui è *deſcendens ab Ieruſalem in Iericho incidit in latrones, qui diſpoliauerunt eum, & in multis partibus vulnerarunt, & ſanguinem* ex vulneribus fundẽs in eam animi defectionem venit, vt *ſemiuiuus*; aut ſemimortuus *relinqueretur*. & ſupra hæc omnia illud accidit mali, vt à *ſacerdotibus & leuitis*, qui illum viderunt & *tranſiuerunt*, deſertus fuerit, & abſque vllo remedio relictus, ſine vllo dubio mortuus fuiſſet, niſi pius *Samaritanus accedens, & curam eius geſſiſſet*. Tu autem es ille infelix, qui dum in voluntate Adami peccaſti, in manus infernalium latronum incidiſti, qui iuſtitia & ſanctitate ſpoliatum vulnerarunt, tuaſque facultates quatuor prædictis vulneribus fauciarunt, ſemiq́ue viuum reliquerunt. Quia nihil aliud in te viuum remãſit niſi ſenſitiua rationis ac liberi arbitrij, adeò tamẽ debilitati, vt neque ipſum poſſit ſe ſanare; ac reparare vitam, nec ſit vlla Creatura, ad eam reparationem ſufficiens. Quid ergo ſtulte ſuperbis, ſicut mater tua Eua? ô ſuperbe, quid quæris famam & honorem, ſicut pater tuus Adamus? ô miſer, cur te non abijcis, cùm tot in te cernas miſerias, tot vulnera, tot pericula & exiguum eorum remedium.

SED poſtquam quis ipſe ſis cognoueris, ex animo deijciaris, & aſpecturei adeò abiectæ ſtomachumq́; mouentis affligaris: elena oculos ad videndum, quid ſit Deus, & qualem ſe exhibuerit erga te, in miſero illo ſtatu iacẽtẽ

Tunc

Tunc enim magnus ille misericordiarum Pater, pericula tua & miserias videns, commiseratione tui permotus dixit tibi: *viue, dixit, viue, viue.* Et quoniam ipsius dicere est facere, simul restituit tibi vitã gratiæ magnaq; præstitit auxilia, vt culpæ tuæ reliquias abstergeret. Aqua salutis te lauit in Baptismo, mundans à peccato originis, infudit sapientiæ cœlestis salem cum lumine fidei, quâ tuam exemulit ignorantiam; induit te vestimento charitatis aduersus malitiã dedit tibi supernaturales virtutes, quibus tuarum cupiditatum vepres ruptæ, ligarentur, deiectæque tuæ vires erigerentur: certum etiã præbens pignus, quod ex parte sua sit subsidia præbiturus suæ gratiæ, ad consequendam vitam æternam. Pius enim hic Samaritanus, non solùm alligat vulnera; sed etiam infundens vinum & oleum suorum sacramentorum, restituit sanitatem; teq; collocat in hospitio Ecclesiæ suæ, alium tibi assignans patrem, & aliam Matrem, non terrenos sed cœlestes, qui curam tui gerant: multosq; ministros suos constituit, qui te iuuent, vt perfectè sanitati restituaris. Laudẽt te, Deus meus Angeli & creaturæ omnes benedicant, ob tot beneficia in ade[illegible]dignum collata: nouerim me, & quid sim ab origine meæ carnis, vt me humiliem: nouerim & te, & quod à te accepi in spirituali regeneratione, vt resumam spiritum ad tibi constanter seruiendum, donec cõsequar coronam gloriæ. Amen.

§. 2.

De peccatis actualibus aliisque miseriis.

POSTQVAM legeris, meditatusque hæc ris characteres in te scriptos, tum à pri reno Adamo; tum à cœlesti, ad repara dum; quæ ille destruxerat, poteris aggredi quæ tu ipse propria tua manu scripsisti, lib tate tua vtens, ad innumera actualia pecca admittenda, per totũ vitæ tuæ progressum eũ modum, quo id faciebat S. ille Rex, qui

a Isa. 38. 15. dicebat: a *recogitabo tibi oẽs annos meos in maritudine animæ meæ*: his verbis significans hanc cogitationẽ debere esse profundam, q scrutetur secretissima quæq; per omnes ætat & exercitia totius vitæ, cum dolore cordis in ipsius Dei conspectu: vt maiorem tibi adf rat pudorem, & inde ascendas ad cognitio eius Domini, qui tam diu te sustinuit.

INCIPE igitur recogitare omnia pecca quæ à quatuor prædictis vulneribus à cuiq origine inflictis, processerunt: Et inuenies esse peccata ignorantiæ, [illegible]inaduertentiæ, oblionionis, vt nec numerare ea sufficias; nisi

b Psal. 24. 7. c Psal. 18. 13. Dauide dicere possis: b *delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris*: c *& ab occultis meis munda me*. Quomodo ergò enume rabis peccata passionũ, quæ fluxerũt ex vulne rib. effreniũ cupiditatũ? & ea, quæ ex infirm

tate admisisti, ob timiditatẽ & pusillanimitatẽ tuã? & quis numerus erit peccatorũ malitiæ, q̃ prava tuæ volũtatis inclinatio, produxit? Hęc n. est d *sanguisuga*, cuius ait Sap. *duas* esse *filias ducentes, affer, affer*. Hæc. n. bestiola duo habet ora, quæ Sap. appellat filias: alterum in capite, alterum in cauda: quibus carnem arripiens, sugit sanguinẽ tanta auiditate, vt videatur nũquam satura futura. Ita ait S. Bernard. voluntas propria, originis culpa sauciata, duas habet vehementes inclinationes, alteram superiorem, ad honores & excellentias; alterã inferiorẽ, ad delicias seu voluptates: & vtraq; est insatiabilis: quia nec animus vnquã vanitatibus satiatur, nec voluptatibus caro: quas vt assequantur, eisque fruantur, sugunt & hauriũt innumera peccata, quibus cruentant & maculant animam: quia semper dicunt: affer, affer.

d Prou. 30. 15

Iansen in eum locum. in declamat *ecce nos reliquimus omnia.*

NAM admissa vna vanitate & voluptate, alterã mox appetit; & statim atq; vni culpę cõsentit, pro altera suspirat; & post minorẽ, cõcupiscit maiorem; & sic vsque ad supremam: ad quod facit continuato tempore, die ac nocte. Statim enim atque homo euigilat a somno, illa quoque euigilat, aperitque ora sua, apperens escã & sanguinẽ suũ sugens. Statim atq; videt honorẽ aut voluptatẽ, illis adhæresci, & affectione arripit, cupiens sibi sugere: imò etiam bona opera arripit, vt aliquid vanitatis, sensualitatis, aut interesse, siue vtilitatis sugat. Quibus ita eam maculat, vt omnes tales e *iustitiæ tanquam pannus menstruatæ sunt*

e Isa. 64. 6

& ſtomachum moueat vel ipſe eorum aſpectus.

2. ET vt ſemel concludam; ſi ad fundum veræ velis propriæ cognitionis exiſtimare debes te eo eſſe inſatiabilē maledictæ huius ſanguinis ſitim, cum vtraq; ſua filia: tantumq; ſanguinem peccatorum, quem vtroque ore haurire cupit, vt, niſi diuina miſericordia ea clauderet gratia ſua, maledicta illa inclinatio te deduceret eoque abijceret, vt omnia peccata, quæ in mundo fiunt, admitteres. & quotquot vides in libris hominibus, & audiuiſti aut legiſti in libris crisac prophanis. Et cùm tu adeò ſis debilis vt ſolis viribus ruis nec has filias mactare, neque ora hæc claudere poſſis: tibi ipſi attribuere potes omnia peccata, quæ poſſes admittere quò altiùs in humilitate funderis; & ſimilēr omnes pœnas, quæ propter illa peccata ſunt cōſtitutæ, ſiue temporales ſiue æternas, exiſtimare potes te eſſe promeritum: vt magis Dei amore eiuſq; iuſtitia proficias. Quòd pertingere poſſes, ingrediq; in abyſſum diuinæ ſapientiæ, & in profunditatem occultorum eius iudiciorū, intelligeres peccata, quæ Deus in te nouit, ſiue quæ hactenus admiſiſti, ſiue quæ admitteres, ſi manum ille ſuā à te retraheret: & in quæ fortè incides, permittendo id ipſo in pœnam tuæ ſuperbiæ & negligentiæ & hæc conſideratio altius te fundabit in cognitione tui ipſius, vt ſtudeas, magis te coniungere Deo, a quo vides te omninò depēdere.

QVÒ verò clarius adhuc aliquid horum per-

perſpicias, ſtatui ponere tibi oculos quendam librum, quem oſtendit Angelus Zachariæ prophetæ, tanquam magnam membranã, quæ per aërem volabat: & f *longitudo eius erat viginti* f Zach. 5. 1.
cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum: cuius titulus & argumentum erat. *Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur. & omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur: Ego educam, ait Dominus exercituum illud in lucem: & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & conſumet eam, & ligna eius & lapides eius.* O ſi tuum tui conſilij angelus oculos tibi aperiret, vt huius libri ſcripturam legeres & intelligeres, & eius longitudinem & latitudinem, & titulũ ſiue inſcriptionem, & modum, quo deſcendit de cælo: locum, ad quem tendit, & in quo moratur: & ſtragem, quam ibi facit: Non enim eſt in hoc volumen, quam diſtincta notitia, quã Deus habet eorum peccatorum, quæ homines ſcribunt in libris ſuarum conſcientiarum: & ſuppliciorum, quæ propter illa merentur, vt eos iudicet tempore ſuo, & cuique infligat pœnam, culpæ eius proportionatam: & in illo libro deſignata & conſtituta eſt pars pœnæ, quæ ei continget.

ELEVA igitur oculos mentis ad legendum quod in eo libro continetur: & inuenies horrendas quatuor miſerias culparum & pœnarum.

Prima miseria est, quod peccata sint innumera, ideo enim libri latitudo erat decem cubitorum, denario illo numero significans, iuxta scripturæ sacræ consuetudinem, innumeram multitudinem. Quamuis enim propheta solum dicat, scripta ibi esse furta & peritura, quia illa tunc magis in vsu erant; per illa tamen duo vitia, quorum alterum est recta contra proximum, alterum contra Deum, intelliguntur cætera peccata cogitationis, verbi, & operis: quia Deus non obliuiscitur scribere in libro suæ memoriæ aliquid eorum, quæ tu scribis in libro tuæ conscientiæ: simul verò cum ipsa culpa scripta & notata est pœna, quæ tibi inferetur, nisi pœnitentiam egeris.

Gen. 31. 7. Apoc. 2 10.

2. HAEC miseria crescit multum, accedente secunda, duratione scilicet continua & perpetua, quam pœnæ illæ ex seipsis habent. Propterea enim liber ille duplo plures cubitos habet in longitudine, quã in latitudine, vt significetur, quod ibi scriptum est, æternum duraturum: nisi Deus, ob nostram pœnitentiam illud deleuerit, quæ in sola ipsius misericordia fundatur. Peccatum enim, quod semel admisisti, quantum est ex parte tua, esset æternum, & gratiæ vita, quam semel amittis, æternum esset amissa: quia non habes facultatem ad illam reparandam. Sicut violentas tibi manus inferens, occidere te potes: te autẽ resuscitare non potes. Et propterea pœna, in mortali peccato decedentis, est æterna: quia eius culpa semper durabit in inferno, vbi nõ est locus pœnitẽtiæ.

Et

ET quamuis hæc duo mala adeò sint gravia, additur tamen illis tertia miseria, celeritudo videlicet & velocitas, qua veniunt, quæ exprimitur per volatum: volumen enim erat volans, magno scilicet impetu. Nihil enim est in mundo certius, facilius, ac velocius, quam labi hominem in peccata, & mittere DEVM de cœlo ei debitas pœnas. 3.

QVID verò dicis de strage quã adferunt? nam etsi mala illa volent, non tamen citò transeunt, sed in illa infelici anima commorantur, quasi ex instituto: & sicut peccatum semel admissum instar pestis, inficit omnes potentias, & omnes destruit virtutes: sic à Deo constitutum supplicium destruit postea animam & corpus horrendis inflictis cruciatibus. 4.

ET propterea non est sine mysterio, vt quod translatio vulgata vocat volumen; alia, quam sequitur S. Chrysostomus vocet *falcem volantem*: ad significandam atrocitatem, infallibilitatem, & festinationem horum supplicio-rum & pœnarum. Quod si me interroges, quibus personis hæ minæ dicantur? Titulus voluminis ad id respondet: *hæc est maledictio, quæ egredietur super faciem omnis terræ.* Omnes enim ei subijciuntur, & omnes comprehendit, cadetque super omnes, nisi diuina misericordia eam prohibeat. Hom. 15. 19 & 27. ad pop. Theodoret. & Patres Græci.

Ingredere itaque ô miser, intra teipsum & attentè lege ac meditare, quicquid liber hic detinet, priusquam Deus in die nouissimo illum in lucem proferat. Aspice illam partem, quæ iam prodijt in peccatis, quæ hactenus admisisti, & in pœnis hactenus tibi inflictis: & stram illam aliam, quæ iã imminet: & attende, quod liber & falx diuinæ iustitiæ venit volans, & fortè prope est, vt super te sedeat: sentiasque ictum eius cum id minime cogitas: & siquidem tot miserijs subiectus es, agnosce illa & humiliare.

5. NE tamen animum omninò abijcias, potes ris per hunc eundem gradum propriæ cognitionis, ascendere ad cognitionem infinitæ misericordiæ & omnipotentiæ; vt eum diligas, laudes, & fideliter eidem seruias. Ipse enim est Deus, qui vtrumque maledictæ hirudinis sanguisugæ os occlusit; ne totum sanguinem peccatorum, quem vehementer cupiebat, exsugeret. Idẽ Deus est, qui ex eiusdem sanguisugæ ventre sanguinem, quem illa iam exhauxerat, extraxit: cùm te ad veram pœnitentiam permouit. Hic Deus est, qui ostendit tibi librum, & falcem per aëra volantem, vt videas, legas, & contempleris, priusquã descendat, perriatque terram, vt fugias, & ictum præuenias. Hic Deus est, (ait S. Gregorius) qui ob oculos tibi ponit scripturam diuinam, significans etiam per hoc ipsum volumen, volens eleuatum super terram: vt legens & meditans quæ in eo scripta sunt, eleues cor tuum à terrenis ad cœ-

Lib. 15. Mor. c. 8.

ad cœlestia; fugiasq́, peccata, quæ prohibet; & euadas pœnas, quas minatur; ames verò seruiasq́; fideliter iudici adeo beneuolo, qui tanquã pater monet in tempore, vt teipsum malaque tua agnoscens remedium adhibeas. O pater misericordiarum? *nouerim me, & nouerim te.* Nouerim innumeras miserias meas, vt me humiliem; & ex eisdem cognoscam seueram tuam iustitiam, vt te timeam; & immensam misericordiam, vt te diligam; tibiq́ obediam.

§. 3.

De mensura peccatorum vniuscuiusque.

SED adhuc supereſt multo amplius, in quo possis profundius descendere in cognitione tuorum peccatorũ, si verè desideres cognoscere teipsum. Nam vel in vno solo peccato lethali latentes inuenies, tanquam in semine, omnes miserias temporales, & æternas, quæ euenire tibi possunt, cum modo quodam tremendo: & quandocunq́; illud admittis, exponis te periculo eas subeundi. Nã, quod in te est, omnibus illis te subijcis.

QVOD vt intelligas, diligentius attende magnum Deum, æternum & sapientissimum, *qui omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit*, ab ipsa sua æternitate vidisse, ac limitasse numerum annorum, mensium, dierum, & horarum, quo velit sustinere & expectare omnes peccatores; mensuram quoq; peccatorum, 1. 2 Sapi. 11, 21.

& pondus ac grauitatem eorum, quam velit permittere: quo numero expleto, & qua mensura impleta, eos castigat vltimâ miseriâ, mortis scilicet temporalis, & æternæ. Et, ob secreta sua iudicia, numerus ille maior est, & latior mensura, interdum verò & numerus est paruus, & mensura angusta. Nam sint aliqui prædones qui ad primum furtum incidunt in manus iudicis, & in patibulo culpam suam luunt; alij verò perueniunt ad senectutem post multa latrocinia, & tunc incidunt in manus Iudicis, eandemque subeunt pœnam, quam alij propter primum latrocinium: Sic inquam occulta diuinæ iustitiæ ordine euenit, vt aliquis peccator primis vitæ suæ annis, & cum paucis peccatis, & fortè vnico solo impleat destinatam mensuram: & qui vix dum viuere incœperat in mundo, repente transferatur ad infernum. Sicut miserandus ille puer quinquennis, de quo refert Sanctus Gregorius quod blasphemans in vlnis sui parentis, raptus fuerit à Dæmonibus ad infernum: eò quòd tãtum haberet vsum rationis, vt cognosceret se malefacere blasphemando. Alios verò suffert Deus vsq; ad senectã, & tunc admittunt aliquod delictum, quo implent suam mensuram; inciduntq; in manus diuinæ iustitiæ, à qua b *quantum glorificauit se, & in deliciis fuerunt, tantum accipiunt tormentum & luctum.* sicut euenit miseris illis senibus, qui S. Susannam concupiuerunt, quibus Daniel dixit: c *inueterate dierum malorum venerũt peccata tua*, & numerus eorũ impletus est, vt ſ-

Lib. 4. Dialo cap. 18.

b Apoc. 18. 7.

c Dan. 13. 52.

ē, vt simul omnia luas. Et quamuis in primo casu emineat magis diuina Iustitia, admixta tñ esset misericordia, quæ præuenit peccata Iuuenis, vt leuiores ferret pœnas in inferno. Cõtra verò, licet in secundo casu resplendeat misericordia diuina, tam diu expectans peccatorem ad pœnitentiam; eidem tamen admiscetur seuera Iustitia nam, vt dicitur in libro Machabæorum: d *expectat Deus patienter alias nationes, vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat.* d 2. Machab. 6. 14.

HINC licebit colligere, quòd cum nullus hominum nosse possit numerum & mensuram a DEO constitutam, fortè primum lethale peccatum, quod admiseris, erit tibi vltimum huius numeri, & quid deerat ad implendam mensuram, post quod sequatur æterna tua damnatio: inuadente te morte in illa culpa; aut minimum, deserente te Deo, propter eā; ita vt (Isaias aliā ob causam dixit) e *de radice colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem*, siue, (vt LXX vertunt) *serpentes alati*, qui auem deuorent, siue animam tuā in eas culpas labentem serpentes infernales. Quomodo ergo non horreas quodcunq; peccatum, quod esse potest semen adeo horrendi & æterni mali? Quomodo potes de te præsumere, multumq; tibi fidere, cum hinc adeò sis procliuis ad lapsum in culpam; inde verò nescias, nũ illa vltima sit, quæ deerat ad implendum numerum & mensuram, qua causæ tuæ finis infeliciter imponatur. O cæce, agnosce te ipsum: e Isai. 14. 29.

2.

& atten-

& attende diligenter, te semper versari prope serpentem qui possit te mordere, tali morsu qui tibi afferat mortem æternam; aut quos ex eo basiliſci nascantur, & dracones, qui tuis venenis te in æternum mactent.

3. VT AVTEM maiorem vim apud te habeant hæ veritates, audi admirandam quandam visionem, quam habuit Zacharias, qui vidit in aere amphoram quandam, qua liquores mensurari solent. &, cum interrogaret Angelum, qui ei ostendebat, quid sibi illa vellet, respondit Angelus: f *Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.* Hæc scilicet est mensura in quam vniuersæ terræ homines oculos suos coniectos habent, vt illam impleant, *& ecce* repente *talentum plumbi portabatur* per aëra, quod erat necessariũ, vt amphora occluderetur. *et ecce mulier vna sedẽs in medio amphoræ, cuius nomẽ erat impietas & proiecit Angelus eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius,* qua illam clausit: & mox *accesserunt duæ mulieres, quæ habebant alas milui,* à malo spiritu ductæ, *& leuauerunt amphoram inter terram & cœlum vt eam deferrent in terra Sennar,* quæ est Babylonia, vbi collocetur in propria domo & *stabiliatur* in æternum *super basin suam.* Quæ visio etsi ad literam intelligatur de peccatis, & pœnis Iudæorum, quibus Christus dixit: g *implete mensuram patrum vestrorum: genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ:* potest nihilominus cuiuis peccatori accommodari eo modo quo iã diximus. Cogita itaq; frater, te

f Zach. 5. 6.

S. Cyrillus S. Hieron. & alij Patres.

g Matt. 23. 32.

ter, te esse illum, qui oculos tuos in eam mensuram coniectos habeas, vt illam impleas; & quod iã impietas cęperit in eam intrare: quæ licet interdum vno quasi impetu ingrediatur; eamque Deus ita concludat, vt nũquam exeat; ordinariè tamen intrat pedetentim, imponens primum pedem, de quo Dauid: h *ne veniat mihi pes superbiæ* interioris. & quoniam habet mores inciuiles plane & rusticanos, vt si ei pedem porrigas, mox arripiat manum: statim atque pedem imposuerit prauæ affectionis, introducit manum mali operis, & multorum malorum, quod Apostolus appellat i *corpus peccati* mox verò atq; ingressa est, *sedet in medio amphoræ*: neque enim satis sibi esse putat, in medio cordis stare, tanquam transiens; sed sedet, quiescitque prauam inducens consuetudinem: statim inducit caput, oculos, & omnes sensus; oblectando in se ipsa, & in rebus suis; vt multis alijs peccatis mensuram impleat; in quam, iusto Dei iudicio, cadit massa illa plumbea, vt inde non exeant: sed permittit, miserum peccatorem excæcari, & cor eius indurari, obstinatione Diabolica: subito verò accurrunt spiritus maligni, in forma *duarum mulierum cum alis milui*, referentes figuram, quam induerant ad decipiendum, & inducendum eum ad vanitates & voluptates: quem rapiunt ex propria terra & præsentant ante tribunal Dei, à quo damnatum transferant ad terram Sennaar, quod fœtorem significat. vbi ædificata fuit turris Babel, quod significat confusionem. finis enim

h Psal 35.12.

i Rom. 6.6. Psal. 1. in via peccatorum nõ stetit: neque in cathedra pestilentiæ sedit.

Isaiæ 6. excæca cor populi huius: & aures eius aggraua.

s Greg li. 14 Mor. c. 16.

enim eius est terra miseriarum, cooperta vmbra mortis: in qua est fœtor intolerabilis, & æterna confusio, cum mensura æternorum cruciatuum, mensuræ peccatorum proportionata. O mensura horrenda, ô tremenda miseria? O DEVS æterne, ne sinas me de numero esse horum miserorum, qui oculos suos statuerunt, ad implendam hanc mensuram meos, quæso ita clarifica, vt meipsum cognoscam, & peccata, quæ hactenus in eam amphoram inieci; studeamque ea inde extrahere, & ita pœnitentia dissoluere, vt liberer à tam horrenda miseria.

§. 4.

Quod sine Deo nihil simus ad opera bona facienda.

HINC ascendere poteris ad vltimum & perfectissimum gradũ cognitionis tui ipsius; quando nihil ex teipso habes ad bona aliqua opera faciẽda. Perpẽde itaq; Deus D. N. æterna sua sapientia & prouidentia, quam de suis electis habet, designasse etiam eis numerum & mensuram meritorum, quæ in hac vita sint habituri, vt ea remuneret in futura, ea gloriæ mensura, quam ipse appellat a *bonam, & confertam, & coagitatam & superfluentem*: Sed in hoc extremam tuam miseriam potes aduertere, quod cùm sola tua voluntate, proprijsq; naturæ viribus implere possis mensuram peccatorũ, ac proinde in æterna tor-

a Luc. 6. 38.

menta

menta incidere; non tamen possis per teipsum mensuram implere tuorum meritorum. Et quid dico implere? nec vel vnum meritum, etiam solius cogitationis, potes per te ipsum habere, nisi adiutus ab ipso Deo, qui dixit: b *perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum*: & Apostolus, c *non sumus sufficientes cogitare aliquid* boni *à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est*: & d *ipse est, qui operatur in nobis & velle & perficere*, quod valeat ad meritum æternæ vitæ. A Deo itaque auxilium & fauorem venire oportet, vt impleas mensuram & meritorum, & præmiorum, quæ speras in gloria; & cum eius gratia scribendi tibi sunt in libro tuæ conscientiæ characteres, qui illi placeant, & opera bona, quæ sit remuneraturus, quando librum aperiet, ex quo te iudicet. Adeoq; es miser, vt eadem ipsa bona, quæ accipis, agnoscere nescias; & multo minus æstimare, nisi ex gratia & fauore eiusdem Dei. quod falsus est sapiens ille, qui dixit: e *Sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat Sapientia, scire cuius esset hoc donum.* Et quamuis à Deo petendum tibi sit hoc donum, tanta tamen adhuc tua est miseria, vt f *quod ores, sicut oportet, nescias*, nisi *Spiritus ipse* Sanctus *adiuuet infirmitatem tuam, & postulet pro te*, aut postulare faciat, *gemitibus inenarrabilibus*. Quid amplius de te dicam, vt bene, quis sis, agnoscas? tu q. ad peccandũ es gigas, es ad benefaciẽdũ infans. es sicut g *palmes qui* nõ

b Osee 13.9.
c 2. Cor. 3.5.
d Phil. 2.13.
e Sap. 8.21.
f Rom. 8.26
g Ioan. 15.4.

potest

potest ferre fructum illum *à semetipso, nisi manserit in vite* ; quæ est Christus ; à qua virtutem accipias, ad fructum proferendum, et
f Isa. 10, 15. tanquam f *securis, aut serra,* ita vt nullum bonum motum habere possis, nisi Deus dederit. Es sicut aër, qui ex seipso est tenebrosus, ita nec lucem vllam, aut splendorem veritatum aut virtutum cœlestium habere possis nisi à iustitiæ sole tibi communicentur, & continuè conseruentur. Nam quemadmodum aër, etiamsi iam à sex millibus annorum à sole quotidie illustretur, nunquam tamen habitum aliquem fecit, quo lucem sibi absque præsentia solis, eam communicantis, retineret : (nam ipso recumbente in eisdem manet tenebris) sic tu, etiamsi magnos fauores donaque recipias à Deo, etiamsi per multos annos illa in te perseuerent, non tamen potes ea tibi tribuere, & tanquam propria vsurpare : Nam, si Deus manum subtrahat ab eorum conseruatione, remanebit in propria tua miseria, & in tuo nihilo : in quod oculos tuos conijcere debes, vt teipsum bene cognoscas ; & in ea cognitione ac sensu tota vita tua perseuerare, vt mensuram implere possis. Etsi enim nihil ex te ipso sine eo valeas, habes tamen tam ad manum tuam & in promptu eius auxilium & fauorem, atque si per te ipsum solum idem fuisses facturus : Ita vt nunquam Deus defuturus sit, nisi tu tibi desis. Et hinc licet mentem eleuare ad infinitam liberalitatem, bonitatem, & omnipotentiam tui conditoris cognoscendam, qui adeo est paratus ad iuuandum

vilem

dem adeo creaturam, qualis tu es. siquidem certum est, nihil te per teipsum posse, ita certum est, te omnia posse cum Deo. O DEVS animæ meæ, in me quidem nihil, in te vero omnia possum, nouerim me, & nihilum, quod ex me habeo, vt me humiliem) nouerim etiam te, & plurimum quod per te possum, vt te glorificem in æternum. Amen.

CAPVT VI.

DE PROPRIA COGNITIONE ex miseriis, quæ tempore mortis euenire possunt.

SI CVPIS miserias tuas perfectè cognoscere, necesse est, te legere & studere in quodã libro in quo retegu tur deceptiones quẽ De⁹ quotidie tibi a te oculos ponit, mortẽ scilicet, in quo lege e possis & euidenter cognosce re corporis tui miserias: siquidem omnia mortuorum ossa clamant: a *memor esto iudicij mei, sic enim erit & tu mihi heri, & tibi hodie.* Sed animæ miseriæ adhuc sunt occultiores, ad quas cognoscendas, fidei lumen est necessarium. quarũ summã intelliges legendo & meditando tria illa tantũ verba, quæ ipsemet Deus scribi iussit

a Eccl. 38. 23

b Daniel 5.6.

coram magno illo peccatore, Regeb Balthaſa-
re, qui in grandi illo conuiuio, quod fecit optima-
tibus ſuis mille, in eadem hora, apparuerunt digi-
ti quaſi manus hominis ſcribentis contra candela-
brum, in ſuperficie parietis aulæ regiæ: & rex
aſpiciebat articulos manus ſcribentis. Tunc fa-
cies regis commutata eſt, & cogitationes eius
conturbabant eum: & compages renum eius
ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collide-
bantur. qui, cum ſcripturam legere ipſe non
poſſet, conſuluit Magos Chaldæos & aruſpices,
qui cùm nec legere nec interpretari poſſent.
Vocatus eſt Daniel, qui Dei ſpiritu legit ſcri-
pturam, quæ ſic habebat: MANE, THECEL,
PHARES. cuius hæc erat interpretatio. DO-
MERAVIT, APPENDIT, DIVISIT. Quæ
verba mox declarauit in hunc modum. Do-
numerauit regnum tuum, & compleuit illud: Ap-
finis eius peruenit: appendit, ſiue appenſus es in
ſtatera, & inuentus es minus habens. & diuiſum
eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Per-
quòd ita omnino euenit. eadem enim nocte in-
terfectus eſt ipſe Rex Balthaſar ab hoſtibus ſu-
is. Et quamuis miſer ille hac lectione rem non
ſciuerit, quia nihil de eius pœnitentia legi-
tur, tu tamen ea vti potes, ſi in exemplo hoc
viſibili conſideres, ac mediteris, quod inuiſibi-
liter in hora mortis eueniet tibi, ſi te in aliquo
lethali peccato, quodcunque illud ſit, deprehe-
henderit. manus enim diuinæ Omnipotentiæ
in pariete conſcientiæ tuæ, has veritates ſcribet
tam clarè, vt lumen, quod eſt in candelabro

intellectu

intellectus, illas plane videat ac intelligat; tales tremores & horrores in misera tua anima efficiet, quales nec imaginari quidem posses in hac vita. Tunc aũt lectio quidem earum veritatum erit clara, sed tibi inutilis: quia tunc remediũ nullũ erit. nunc autem etsi lectio obscuritatem habeat fidei, erit tamen certissima, tibique vtilissima. potest enim esse principium excellentis cuiusdam vitæ, fundatæ in profunda tuipsius cognitione, ob miserias, quibus subiaces. Quod si tam es ignorans atque rex Balthasar, pete à Deo lumen, quod Prophetæ Danielis concessit, vt & legere possis, & intelligere in eo sensu, quo eas iam, obeuntes Danielis prophetæ officiũ, declarabimus, ob oculos tibi ponentes, quod in ea scriptura latet.

§. 1.

Quòd Deus numeratos habeat dies vitæ nostræ, rerumq; nostrarum.

PRIMVM illius scripturæ verbum fuit. MANE, cuius germanus sensus, pro ijs q̃ ad horam mortis peruenerunt, hic est: numerauit Deus dies vitæ tuæ, qui iã sunt cõpleti. Nõ potest in hac cõputatione vlla esse deceptio q̃ calculator est infinitè sapiens, c *& omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit.* Nec appellatio ad aliud Rationum consilium admittitur: quia ipsius consilium est supremum. nec est, qui cogere illum possit, vt vel vnum diem decretis ipsius addat: quia omnipotens

c Sap. 11. 21. 1. part Medit. 7.

est & immutabilis. quod si quando preces admittit, & propter illas aliquos addit annos, sicut d *Regi Ezechiæ*; hos ipsos iam numerauit, habebat, & cõprehendebantur definitiua ipsius sententia; e *qui* quando implentur, (vt habetur apud Iob) *præteriri non possunt*. Quid ergo faces, miserrime peccator, in illa tristi hora, quando velis nolis aperientur oculi animæ tuæ, qui eousque fuerunt clausi; vt hinc videas scripturam, & vltimam audias latentiam, subscriptam à Sanctissima Trinitate. Qui enim scribit, est ipse pater; eius manus est filius; & digiti significant Spiritum sanctum omnesq; tres personæ vnanimi cõsensu talem sententiam ferunt. Quid in illa angustate positus respondebis? quos habebis adiutores? quis tibi poterit aliquod solatium dare? num regem Balthasarem magnates regni eius; qui cum illo ad mensam epulabantur, defendere valuerunt? num consolari poterunt vxores & concubinæ, quæ illum circumdabant? num aliquod leuamen illi attulerunt egregia illa vasa auri & argenti, quibus vtebatur? aut cibi delicati, & pretiosa vina, quæ in mensa proponebantur? sciuerunt ne consilium aliquod illi dare sapientes magni, & aruspices aulæ ipsius? omnes illum in ea hora deseruerunt. &, quod prius erat sensualitatis eius & superbiæ, cæpit ipsius afflictionem & cruciatum alere. *O mors, quam amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis?* Quod si memoria

d 4. Reg. 20. 6.

e Iob. 14 5.

f Eccl. 41. 1.

tua ad

tua adeò est amara, quantò erit amarior ipsa præsentia? Hoc solum inuenio discrimen, quod tua præsentia malis sit amara, absque spe remedij; tua verò memoria, amaritudinem adferre potest cum vtilitate, si ex ea permoueantur ad amarè flenda sua peccata, statuentes ita vitam suam instituere, sicut hora illa mortis vellent inueniri. Perpende itaque, frater, vim huius scripturæ, quando DEVS inspiratione sua eam suggerit memoriæ tuæ. cogita quotidie, quod inuisibilis Dei manus, in conscientia tua scribat illud verbum: MANE, hoc est computati sunt dies tui, & forte hodie complebuntur. & hoc sensu excita in te sanctum quendam timorem, & dolorem de tuis peccatis, qui te iuuet vt ab eis libereris. cogita quotidie instituere vitam tuam, atque si dies ille vltimus esset. Agnosce benè eius breuitatem, & inconstantiam; & ita statue, quasi iam præterijsset. Nam ipsimet damnati qui sunt in inferno, etsi eam aliquando longam putauerunt, instruentes nunc te dicunt *nos nati continuò desimus esse*, tardè aduertentes, se valde fuisse deceptos. Sapient. 5. 13

SED supereſt adhuc, quod legas in eodem verbo: MANE: quod est *numerauit Deus regnum tuum & compleuit illud*: quia scilicet finis eius adest. non enim solum DEVS vitæ tuæ dies numerat; sed etiam illos, quibus res tuæ, quas possides, sunt duraturæ. Numeratos habet Deus dies regni tui, si es Rex; & prælationis, si es prælatus; diuitiarum tua- S. Gregor. li. 7. 14.

rum, si es dives; & quibus durabit tuum matri-
monium, si es coniugatus. quæ computatio ad-
eò est infallibilis, sicut præcedens: vt impossi-
bile sit, vel diem vnum, vel horam vnam con-
stituto ad eam numero addi. qui numerus in-
terdum est minor, quam ipsius vitæ: eò quòd
decreuerit Deus res illas ante mortem nobis
auferre, in pœnam scelerateæ nostræ vitæ, aut
ob alios fines, quos prouidentia sua secreta in-
tendit. Ex quo prouenit, vt repentè hic facul-
tates suas, & ille honorem amittat; hunc à
officio suo deijciant, illum à suo regno: &
quod peruentum sit ad terminum, quem Deus
in æterno suo consilio definiuit. Aliàs com-
putatio hæc æqualis est ipsi vitæ, nunquam ta-
men illam excedit. vt enim dixit Dauid: hu-
h Psal. 48. 18 *interierit diues, nō sumet secū omnia, neq; descen-*
i Iob 1. 23. *det cum eo gloria eius*. i *nudus egressus sum de ut-*
tero matris tuæ, & nudus reuerteris illuc: nul-
la secunda mater, terra scilicet tibi sit nouer-
ca adeo crudelis non contenta nudum te recipe-
re ab omnibus externis bonis; exuat quoque
pelle & carne, quæ ossa tua tegebant. Et hoc
totum incipit repente. nam sicut Rex Balthasar
numquam minus credidit, peruenisse finem re-
gni sui, & vitæ, quàm cum hæc sententia in
illi in mediis epulis intimata: Ita cum maxime
k Matt. 24. 44. cogitaueris, & k *qua hora non putaueris filius*
k Luc. 12. 39. *hominis venturus est*, Christus iudex supremus,
qui nocte domum tuam ingressus, auferet
quicquid tibi accommodauerat; quia peruc-
nit terminus illius commodationis, & quòd

quidem Dei manus non cessat quotidie pulsare, prudentiæ erit deceptionem tuam tempestiue resexere, & externarum rerum mutabilitatem agnoscere, & ita eas possidere (vt ait Apostolus) *quasi eas non possideres*, existimans, illas tibi esse à DEO commodatas: ideoque paratus esse debes ad easdem ei reddendas, quando illi placebit repetere: nihil earum occasione faciendo, quod eum offendat, qui tam liberaliter eas tibi commodauit. O DEUS æterne, qui sapiétia tua m *gressus meos dinumerasti*, fac tales illos esse, quos tua approbet misericordia, remuneret verò Iustitia, Amen. 1 Cor. 7 10 m Iob. 14 16

§. 2.

Quod Deus appendat opera nostra.

SECVNDVM scripturæ huius verbum est, THECEL; cuius interpretatio fuit: *appensus es in statera, & inuētus es minus habens.* Qua sententia significatur nobis seuerum examen, strictumq; iudicium, quod facit DEUS de nostris actionibus in hora mortis, quod iudicium in eadem S. Scriptura, appellatur a *pondus & statera.* Sicut enim statera duas habet lances, in quarum altera collocantur ponderà, sigillo regio aut reipub. notata, in altera vero res, quæ ponderantur, vt deprehendatur eorum pondus sit iustum, an aliquid desit. Ite cogitare licet, stateram diuinæ Iustitiæ, duas a Prou. 16. 11

quoque habere bilances; in quarum altera col-
locentur cogitationes, ac desideria, verba & o-
pera, quæ libere feceris, à tempore, quo ra-
ne vti cœpisti, vsque ad illud punctum, quo e-
piraſti; in altera verò pondera, ex quibus dis-
nendus sit valor & pondus, cui opera respon-
dere debent, vt iusta sint. Hæc pondera sun
præcepta legis Dei & Ecclesiæ sanctæ, statu-
que tui; quod si opera tua cum his ponderib
momento stateræ respondebunt, vt sint illis co
formia, & fundata in diuina gratia approbe-
tur, tu sententia iudicis, iustus declarabe
remunerabitur q; Deus te corona Iustitiæ, q
illis es promeritus. hanc securitatem habe
Sanctus Iob, innixus testimonio bonæ suæ co
scientiæ, cum dicebat: b *ipse Deus consid*
vias meas, & cunctos gressus meos dinumera
ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo p
meus, appendat me in statera iusta, & sciat
simplicitatem meam. hoc est, declaret senten
sua meam puritatem, & fidelitatem in ser
eius: qua meas actiones omnes direxi
eius mandata. Quod si actiones tuæ non
runt benè directæ iuxta regulam diuinæ leg
& quando DEVS eas in iusta sua statera co
locauerit, inuenientur minus habere, pon
deris scilicet, quod habere debebant; Qu
non fuerunt diuinis præceptis, regulisque
tutum conformes: quibus ponderibus
examinandæ iudicio diuino notabuntur ta
quam prauæ, ac minus habentes, & tu ip
uoque earum causa. Ex nunc igitur in

b Iob 31. 4.
S Greg li. 22
Mor. c. 4.

pond

ponderare id, quod in hora mortis tibi eueniet: tum intra conscientiam tuam Deus multas accendet *e lucernas*, quibus *scrutetur Ierusalem*, animæ scilicet tuæ angulos, vt tu ipse clarè videas quicquid in ea est, & intelligas, quousque pondus tuarum actionum peruenerit, defectumque & malitiam earum. Tunc seriò incipient timores, ac tremores; anxietates, & agoniæ ipsa morte terribiliores, quam atrocitatem nemo intelligere potest, nisi miser ille, qui eam patitur: quamuis interdum ipsum corpus indicia det eius, quod infelix anima intus patitur: sicut Rex Balthasar, iuxta aliquorum Doctorum sententiam, solus vidit digitos manus scribentis in pariete; qui vero aderant, ex horrendis regis tremoribus, & clamoribus ingentib. coniecerunt, Regem terrificas aliquas res vidisse: Ita solus peccator videt quas Deus *d scribit contra eum amaritudines* in illa hora. Sæpè tamen ex hoc eius sensu prodeũt horrendi motus, & corporis gestus, quibus manifestatur rigidum iudicium, quod intra miseram animam geritur: Id ita disponente Deo nostro (vt notat Sanctus Gregorius in multis casibus huius argumenti, quos ipse refert) ad cautelam eorum, qui adhuc viuunt, Et præcipuè vt cogitent de suis operibus ponderandis, & cognoscendis in vita; &, antequam dies rationis reddendæ adueniat, corrigendis.

Memor quoque esto similis alterius scripturæ, quam in modum cuiusdam Epistolæ, misit Christus Dominus noster cuidam Episcopo in

e Soph. 1. 12

Medit. 11. part. 1.

Nicolaus Lyra.

d Iob. 13. 26.

Lib. 4. Dial. c 37. & 38.

e Apoc.3.1

Apocalypsi dicens: e *Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas. & mortuus es: esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant. non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo, in mente ergo habe, qualiter doctrinam acceperis & audieris, & serua, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur,* vt rationem exigam, *& nescios qua hora veniam ad te.* quasi ei diceret: Attende quod sis ignorans, nesciens quid sis, nec vanitatem operum tuorum, quæ tu non pondera sicut ego: ex quibus ego hoc deduco, quod cū tu nomen habeas quod viuas, opera tamen sunt mortui; titulum habes Christiani, opera vero hominis mundani; in statu es Episcopali, sed vita tua est sæcularis. Nam tua opera etsi coram hominibus iusta videantur, coram Deo tamen non sunt plena, sed vacua, inania, & plena defectibus; & in statera meæ iustitiæ multò minus habent, quam tu existimes, & illa habere deberent. Quamobrem agnosce teipsum, memor esto doctrinæ fidei, quam audiuisti, præceptorumque legis, quæ tibi ist promulgata; & iudicij seueri, quod te expectat: Et hac memoria teipsum excita, & anima ad faciendam pœnitentiā: vt me ad iudicandū te adueniente, opera tua inueniantur plena, & absque vllo defectu: & obtineas præmium, quod tibi ꝑ eis reddā. ô iustissime viuorū atq; mortuorū Iudex; siquidem talem ad nos mittis Epistolā vt nos agnoscamus, ac reformemus, & ad ratio em reddēdam præparemus: cōcede nobis

copio-

copiosam tuam gratiam, qua opera nostra ita impleamus, vt in tua iusta statera posita, non inueniantur minus habere.

§. 3.

Quod Deus malos diuidat, regnoq; suo spoliet.

TERTIVM verbum prædictæ scripturæ erat, PHARES: cuius sensus pro peccatoribus, cum in morte versantur, est: *diuisum est regnum tuum à te, & hostibus tuis traditum.* pro cuius maiori intelligentia, est aduertendum, quatuor esse regna, quibus peccatores in sua morte priuantur. *Vnum* est extra ipsos in terra: *Secundum* propè ipsos: *Tertium* intra: *Quartum* supra eosdem in cœlo.

Primum regnum, quod est extra ipsos, est mundus hic spectabilis: in quo fuit homo conditus, vt a *præesset*, instar regis, *vniuersis creaturis terræ*, in quo regno numerantur parentes, fratres, & amici, quos habemus: principatus, dignitates, diuitiæ, & bona reliqua, quæ possidemus à quib. omnib. separamur, atq; diuidimur oēs in morte. sed interest, quod iustus agnoscens vanitatem & mutabilitatem huius regni, non habet illud pro suo: sed cū Christo Seruatore nostro dicit: b *regnum meum non est de hoc mundo*: ideoq; absq; vllo dolore illud relinquit: qa non diligit illud: at peccator, qa inordinato amore illud diligebat, at possidebat, nō relinqt sine magno dolore: & interdū

a Gen. 1. 26.

b Ioan. 18. 36.

deue-

Greg. 31. Mor. c 8. Iob. 27. 19

deuenit ad hæredes, maximos eius hostes. Ad hoc propositum dixit S. Iob. c *diues cum dormierit, nihil secum auferet; aperiet oculos suos & nihil inueniet; apprehendet eum quasi aqua inopia; nocte obruet eũ tempestas; tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo auferet eum de loco suo.* Nulla potuit magis propria similitudo afferri, ad exprimendam primę huius reparationis infelicitatem. Cogita diuitem aliquem, & potentem, qui nocte aliqua recipere se in domum aliquam recreationis in villa cum magno famulorum comitatu, quiq in domo mera aliqua pulcherrimè ornata; & in lecto pretiosis ac delicatis stragulis strato, somno se dederet: ad quem profundo somno immersum, multi latrones ingrederentur, qui omnes famulos in fugam conijcerent, & omnes eius diuitias deprædarentur: ipsum verò extrahere ex lecto, & domo sua proijcerent in campum, vbi repentè exorta tempestate aquæ, & grandinis, cum vento frigidissimo, malè ilhum tractaret, & à profundo illo lethargo excitaret, quando miser ille homo, aperiens oculos, videret se solum absque famulis, absq; diuitijs extra domum & lectum, & absque vllo subsidio, in medio horrendæ adeò tempestatis: quo inquam hunc diuitem stupor inuaderet, quæ timores & anxietates, afflictum eius cor premerẽt? Hoc igitur idem (ait S. Iob) euenire tibi, bona huius vitæ inordinatè amanti. dum enim viuis, lethargus tuorum peccatorum, & cupiditates oculos tuos claudunt, ne te ipsum agnol-

agnoscas; & pericula, quibus expositus es, videas; neque de imminentibus tibi malis plus cogites, quam si fidem de eis non haberes: sed, cum primum mortuus fueris, aperies oculos etiam nolens; & videbis te solum, pauperem, desertum. Mors enim latronis instar crudelis, & furentis, spoliabit te omnibus quæ habebas, & separabit omnes amicos & famulos. Ventus verò vrens diuinæ iustitiæ extrahet te ex loco honorato, delicijsque pleno quem occupabas in hoc mundo, proijcietque in horribilem inferni cloacam, vbi tantum erit fletus & stridor dentium in tremenda illa vmbra, ex repentina adeò mutatione, quæ eò erit grauior magisque sentietur, quo fuit minus præcogitata eoque amarior, quo minus spei superest obtinendi remedium.

Hoc ipsum verò melius intelliges, si perpendas diuisionem reliquorum regnorum, quę tunc fit.

Secundum itaque regnum, quod anima nostra prope se habet, est dilectum ipsum corpus cui præsidet, gubernando omnes eius facultates, ac sensus, ipsaque membra externa, cuius imperio parent omnia, alia instar mancipiorum, alia instar ciuium liberorum. Hoc regnũ diuiditur, in hora mortis, imò propriè mors non aliud est, quam hæc separatio animę à corpore, prouenies violenter ex morbis, humoribus, & rebus alijs externis, quæ tanquã hostes miserum hominem aggrediuntur, animamq; compellũt cedere regno corporis sui. 2.

Et sic-

Et sicut absente rege à suo regno, subditi, qui prius erant concordes, incipiunt inuicem dissentire; & hostes accedere, vt illud expugnent eiusque spolijs ditentur: Ita, anima discedente, incipiunt corporis partes diuidi, & ab inuicem seiungi; ac in elementa, ex quibus erat compositæ, resolui, vt sententia illa in Adamum eiusque posteros lata executioni mandetur: d *puluis es & in puluerem reuerteris.* & mox hostes illi accedũt, Medis Persisque crudeliores, quibus iustitia diuina regnum hoc diuisum tradit. Sunt enim (vt ait Sapiens) e *serpentes, & bestiæ, & vermes*, qui corpus ipsum lacerant, eiusque spolijs impinguantur, rabidam suam famem carnibus illis laturantes, donec illas omninò consumant. Et quamuis reges sint & Monarchæ, hæc tamen sors misera illis quoque continget, sicut eorundam illorum dixit Isaias: f *detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Huius regni diuisio priori est 3. amarior, quia est rei magis dilectæ. Sed vtraque est terribilior diuisio *tertij regni*, quod est intra ipsum hominem, de quo dixit Christus Dominus: g *regnum Dei intra vos est.* & Apostolus, quod *regnum Dei non sit esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.* qui nomine iustitiæ omnes virtutes comprehendit, quæ nos faciunt iustos: quarum charitas est instar reginæ, illas gubernantis, & dirigentis ad suos fines; & ipsemet Deus, qui

d Gen. 13. 19.

e Eccl. 10. 13.

f Isa. 14. 11.

g Rom. 14. 17

charit-

charitas est, vt supremus rex omnium iustos gubernans, adiuuat ad earum conseruationem & augmentum. Hoc virtutum regnum diuidere à se incipit peccator, in vita sua cum peccatis suis fidem & spem diuidit à gratia & charitate, illas retinendo, has dimittendo sed in ipso mortis momento, iusto Dei iudicio ac sententia, etiam quod reliquum erat, illis auferetur. vt suo loco diximus. 1. p. Med. 30. punct. 4.

Per totã itaq; æternitatẽ nec Christus habitabit in dãnato per fidẽ; nec Deus regnabit in eodem per gratiam, nec spes vlla supererit ad eius amicitiã redeũdi. Nã, vt ait Sap. h *mors tua homine impio, nulla erit vltra spes, & expectatio solicitorũ cũ ipsis peribit.* Hac diuisione facta sequitur vltima regni quarti, cœlorũ. s. 4. in quo regnãt electi, fruentes cũ eterno suo rege, præmio æterno laborũ suorũ. in illo. n. insãti, sonabit in aurib. peccatoris treméda illa sententia: i *separetur impius ne videat gloriam Dei: & qui in terra sanctorũ iniqua gessit,* repellatur ab eorũ societate, ne videat, quod illi vidẽt; nec fruatur eo, quo illi fruuntur. audiet simul & illam aliam tremendam sententiam, quæ dicit: k *foris* manean t excluſi ab hoc regno *canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat, & facit mendaciũ: ego Iesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis.* Denique iudex supremus, æternæ huius diuisionis sententiã pronunciabit: l *discede à me maledicte in ignẽ æternũ, qui paratus est Diabolo & Angelis eius,* h Prou. 11. 7. i Isa. 26. 10. iuxta L X X. k Apoc. 22. 15 l Mat. 25. 41.

quorum

quorum opera es imitatus. Huius sententiæ virtute, tradetur infelix ille hostibus suis dæmonibus, qui trahent eum ad carceres æternos, in quibus æternum diuisus à iustis omnibus; & bonis, quibus beati fruuntur. O quàm tremor, quantæ angustiæ, rabiesq; furiosæ occupabunt infelicem animam, cùm experiri cœperit æternæ huius diuisionis damna? O anima mea, agnosce reipsam; & attentè cõsidera diuisionem, quæ tibi imminet ab his quatuor regnis; & animare, vt mundi huius regnũ contemnas; sanctoque odio regnum tui corporis prosequaris: m *destrue* magna animi fortitudine regnum & *corpus peccati, vt vltrà non seruias peccato.* caue verò diuidas regnum vestrum; ne eò deuenias, vt eas amittas: ne n *diuidas cor tuum*, eiusque affectiones inter Deum & creaturas, *ne intereas*; & separaret te Deus ab æterna sua societate. recollige, quæ à te sunt diuisa; recupera charitatem, amissum ignem feruorem, vt in die mortis tuæ, & si diuidaris ab hoc mundo, & à corpore tuo, non tamen excludaris à requie, & regno æterno,

Amen.

m Rom. 6. 6.

n Osee. 10. 2.

CAPVT

CAPVT VII.

VARII AFFECTVS, ET VTilia exercitia, quæ peccatorum & miseriarum nostrarum cognitionem comitantur.

CVM finis Meditationis, vt prædictum est, sit ingredi animam in cellam Dei vinariam, feruentium scilicet voluntatis eius affectuum, operæ pretium erit exponere, quomodo id præstent meditationes miseriarum nostrarum, aut vt magis propriè loquamur, quomodo id faciat Deus per eas; siquidem ipse est a *rex qui introduxit* in eam *cellam*, non solùm dilectam sponsam, sed eos etiam, qui his miserijs & difficultatibus implicantur, iuxta illud Dauidis: b *ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino cõpunctionis: dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.* Quid est Deum ostendere nobis *dura*, nisi miserias nostras nobis patefacere? tum permittendo, vt illas experiamur, & ipsa experientia agnoscamus: tum lucem cœlestem nobis communicando, qua eadem in Meditatione videamus, ac sentiamus? Et quid est,

a Cant. 2. 4.

b Psal. 59. 5

potare nos vino compunctionis, nisi nobis communicare in hac recollectione affectus doloris, & pœnitẽtiæ, qui cor nostrũ pungant contritione, magnoq; nostrorũ peccatorum sensu? & hæc præcipua est *significatio*, quam nobis dat, vt *fugamus arcum* iræ: & seueræ ipsius iustitiæ, arcumque hostium nostrorum, quem in nos intendentes, tentationũ sagittas iaculantur: ne illis succũbamus. Et hoc fauore eos prosequitur Dñs, qui ipsum timẽt: & amicos quasi ipse diligit. talis enim lux, tale vinum, talis significatio, & fuga talis, salus atq; libertas, magnæ amicitiæ sunt indicia inter Deum & animam, quæ serio de eo agit, vt se cognoscat, quo suo dilecto securius vniatur.

SED, vt magis in particulari modum intelligas, quo id fieri debeat; conijce oculos in propriũ finem cognitionis tuarum miseriarũ in purificationem. s. cordis tui, ab omnib culpis & imperfectionibus eius. Propterea enim Deus illam communicat etiam perfectiorib in sua contemplatione, sicut fecit cũ Isaia, cui manifestauit gloriam suam in medio Seraphinorũ, Simul enim ei manifestauit defectũ puritatis, quo laborabat, cumq; ipse conqueretur de ea, ac diceret: c *Væ mihi quia vir polutis labijs ego sum, & Regem Dominum vidi oculis meis: statim ad eum volauit vnus de Seraphin, & tulit calculum*, siue prunam, *quem tulerat de altari*, tangensque eius labia, dixit: *Ecce, tetigi hoc labia tua & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur*. Ita nobis

c Isa. 6. 7.

significans, proprium esse spiritus diuini, mittere inflammatos Seraphinos, feruentes scilicet inspirationes, quæ ponant in corde nostro ardentes prunas valdè feruentium affectuum, cum quibus purificemus nos à culpis omnibus nobis in meditatione patefactis. & quoniã hęc purificatio non est Seraphinorum tantũ opus, sed nostri etiam ipsorum: ei est tibi attendendum in ipsa meditatione: sicut Dauid faciebat, cum dixit: d *Meditatus sum nocte cum corde meo anxieq; exercitabar, & scopebam spiritũ meum.* quasi diceret: recipiebam me de nocte ad ea meditanda, quæ habeo intra meipsum: meque ipsum magnis affectibus excitabam, & spiritum scopebam, ab omnibus sordibus culparum, quæ in eo erant. Et ne existimaretur hæc scopatio esse rudis, tantumque in superficie, alia versio dicit *sarriebam vel limabam spiritum meum*, euellendo scilicet inutiles herbas affectionum inordinatarum, quæ ipsa consuetudine radices iam miserant, & *limabã* lima mortificationis, vt vitiorũ ferruginẽ imperfectionesq; euaderẽ, quãuis tenaciter inhærerẽt.

d Psal. 76. 6

Vide Genebrardum.

MEDITATIO itaq; producebat affectus viæ purgatiuæ: & illi seuerè, exacteq; purificationẽ spiritus exequebãtur. & in hoc consistit excellentia nobilissimi illius exercitij, q̃ examen cõscientiæ appellamus, estq; modus quidã orandi, & meditandi circa propriã cognitionẽ, vt spiritus purificetur, *sarriendo limãdo & scopando*, ac demũ accendendo eum pijs accensorũ affectuum, qui ex altari, Christo i.

excussi recipiuntur in altari cordis nostri, sicut inferius declarabitur.

§. I.

Qua ratione quis iudicium de seipso ferat in conspectu Dei.

1. PRAESTANTEM huius exercitij praxim delineauit S. Iob in seipso dicens: *Quis mihi tribuat, vt cognoscam & sciam Deum, & veniam vsque ad solium eius? ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus, vt sciam verba, quæ mihi respondeat: & intelligam, quid loquatur mihi.* Planum est, Iob hic non esse locutum de iudicio nouissimo, quod fit in morte: hoc enim timetur potius, quam desideretur. Locutus itaque est de iudicio, quod fit in hac vita; vt euadamus illud, quod fiet in eius fine, aut in futura. Mos enim est delinquentium, cùm noverint, iudicem esse misericordem; legesque & pœnas agnoscentes & confitentes culpas suas esse leues ac pias: accedere per seipsos ad ipsum tribunal, priusquam ab alijs accusentur; sperantes, hac via, se aliquo modo sui delicti veniam impetraturos. Et quamuis hoc in humano tribunali sæpè deficiat, nunquam deficit in diuino, in quo infallibiliter obtinebis tuorum peccatorum veniam, si te humiliter huic tribunali præsentaueris, vt in eo iudiceris. Nam (vt ait Apostolus) *si nosmetipsos diiudicaremus,*

2 Iob. 23. 3.

b 1. Cor. 11. 31

non

non vtique iudicaremur & idem Iob: c *iudicate coram Deo. & expecta eum*, scilicet confidenter, quando venerit ad iudicandum. eò enim securius (ait S. Gregorius) expectat quisque aduentum Dei ad iudicium, quò maiori curâ examinat quotidie vitam suam: vt cùm venerit, iam iudicatum inueniat. Iudicabo (inquit S. Bernardus) mea opera, mala & bona; & scrutabor vias meas, vt cùm venerit Dominus *scrutari Ierusalem in lucernis*, nihil inueniat, quod non ego scrutatus fuerim ac iudicauerim. Scriptum est enim d *non iudicabit bis in idipsum*: condemnans scilicet postea eum, qui è hic condemnauerat, & pro peccatis suis satisfecerat: quin magna potius fiducia dicere poterit cum Dauide: e *feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me.*

c Iob. 35. 14.

Lib. 25. Mor. c. 5.

S. Bernard. Serm. 55. in Cant. & ser. 4. de aduēt.

d Nah. 1. 9 iuxta LXX.

e Ps. 118. 121

Hac igitur firma fide magnum concipies desiderium, sicut Iob, tuum iudicem cognoscendi, cognoscendi inquam eius bonitatem, & misericordiam, liberalitatem, & benignitatem, in recipiendis peccatoribus, cum visceribus paternis. Hæc enim Dei cognitio animabit te in hoc examine, ne animo dejciaris, etiamsi multas inuenias miserias; animabit quoque ad eiusdem Domini præsentiam quærendam, locumque in quo ipse habet tribunal suum, hoc est in ipsomet corde tuo. Ibi poteris illum intueri millibus Angelorum stipatum, sicut eum vidit Daniel; aut Seraphinus, sicut vidit Isaias: & humillimè feruenterque illi supplica, vt conscientiæ tuæ angu-

los omnes illustret lucernis illis, quas adhibebit, quando veniet, ad iudicandam Ierusalem: vt lumen earum tum intellectum illustret, tum voluntatem ita inflammet, vt nullum te effugiat peccatum, quod non charitas vrat & consumat. Huiusmodi petitiones, efficacissimæ esse solent ad propriam cognitionem impetrandam. Nam (vt sanctus Gregorius ait) *sæpe melius scrutamur conscientiam nostram orando, quam inquirendo*: erecta enim anima in altum, cum spiritu compunctionis plus penetrat, quod in se habet, vt tegrè de eo iudicet.

Lib. 1. Mor. c. 17.

3.

FORMA huius iudicij hæc erit summatim & compendio, vt cùm ingressus fueris in aulam tui cordis, cogitatio tua primum accusset delicta, quæ admisisti; tua conscientia satisfit, affirmetque ita esse: ratio officium præstat iudicis, ad pœnam te damnando, quia propterea es promeritus; Timor sit tibi tanquam compedes, quæ te supplicio subijciant; dolor sit carnifex, qui cor tuum cruciet, & conterat; lachrymæ sint pro sanguine; & proposita efficacia satisfaciendi sint pro executione, donec veniat tempus illam præstandi.

1. Greg. 25. l. Mor. c. 5.
2. Aug. apud S. Tho lect 7 in 1. Cor. 11.

HIS peractis, offer tuam sententiam ante tribunal Domini, qui præsens adest, allegationes & titulos quos habes, vt tibi parcat, mundet te ac sanctificet: Ipse enim dixit: *dic me in memoriam, & iudicemur simul. narra si quid habes, vt iustificeris.* Sed quid ego pe-

f Isa. 43. 26.

ter-

tero pro me afferre, Deus meus, vt tuo conspectu iustificer? nolo excusationes prætendere, vt culpam imminuam; sed multas rationes afferre, ad eam exaggerandam: est enim multò maior, quam mea mens assequatur. Verùm quo maior est mea miseria, eò eminebit magis tua misericordia, eidem subueniendo: g *propter* gloriam *nominis tui Domine propitiaberis peccatis meis*, quæ plurima sunt, valdéque grauia. Tu mihi dicis, Domine: *narra, si quid habes vt iustificeris*. plurima certè habeo, quæ ad hoc possum allegare: non tamen ex parte mea, sed ex parte filij tui. Allega itaque eius incarnationem, natiuitatem, vitam passionem, ac mortem, totum sanguinis eius pretium: sufficientes hæ sunt rationes, vt ego iustificer, & tu permouearis, ad me liberum pronunciandum in tuo iudicio, renumerans in peccatore pœnitente, innocentis filij seruitia; acceptans pœnam, quam luit filius, pro ea, quam meritus erat seruus.

g Psal. 24. 11.

SI hoc spiritu te reprehenderis, animamque tuam; h *repleberis increpationibus*, licebit tibi, cum Iob, dicere: i *si vias meas in conspectu eius arguam, ipse erit Saluator meus:* loquetur enim ad cor tuum verba salutis, remittendo tibi tuas culpas, & eripiendo te à tuis miserijs.

h Iob. 21. 4.
i cap. 13. 15.

§. 2.

Ratio spiritualiter confitendi in conspectu Dei.

HINC deduci potest vtilis quidam modus faciendi sub ipsa oratione, spiritualem quandam peccatorũ nostrorũ confessionem, quæ vicem suppleat sacramentalis, quẽadmodum de cõmunione spirituali dici solet, faciendo quod dixit Dauid: a *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Nam (vt ait sanctus Augustinus) *cessat vindicta diuina, vbi confessio precurrit humana.*

a Psal. 31. 5.

Apud Gos. 1. Cor. 11.

1.

CONSTITVTVS itaque in præsentia huius Domini, *statuo tibi* (vt ait Ierem.) & conscende b *speculam, pone tibi amaritudines tuas* coram te. & quæ hæc est speculа, nisi profunda tui ipsius cognitio, coniuncta cognitioni altissimi Dei tui, in cuius conspectu es constitutus? & quæ illæ sunt amaritudines, nisi culpæ & miseriæ tuæ, quas constituere debes coram tuis oculis & Dei, *cogitando* sicut Rex Ezechias, *omnes annos tuos in amaritudine animæ tuæ*, easque confitendo, sicut Daniel, cum pudore & d *confusione faciei tuæ*, nulla prætermissa cogitatione, verbo, aut opere, quod non manifestes, atque si facienda confitereris: non, quò Deus illa sciat, qui etiam te tacente, omnia nouit: sed quò tu cum

b Iere. 31. 21.

c Isa 38. 15.

d Dan. 9. 7.

ctas ea exprimendo: deinde (iuxtà morem Ecclesiæ in generali confessione) ter: *mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa*: qui si dicens, non conijcio culpam in dæmonem, qui me tentauit: neque in carnem, quæ me impulit; neque in occasionem externam, quæ occurrit; neque in defectum auxilij cœlestis: sed in solã meam voluntatem, quæ acquieuit, & voluit: ego enim culpa mea consensi in malam cogitationem; & culpa mea protuli malum verbum; & maiori culpa mea malum opus commisi, & statim subiunges: plura esse peccata, quæ nõ inueniſti, & accusabis te de ipsa radice & causis, cur illa sint tibi occulta: quæ sunt tres, ignorantia videlicet, obliuioque eorum, quæ teneris scire & meminisse, illusio ac deceptio dæmonis, proprijq; iudicij, quod cooperit vitium pallio virtutis; & desidia incuriaque tui profectus. eò quod parui faciens culpas, quæ tibi videntur, quas tamen cõs Deus optime nouit, & *e conditas habet in thesauris* memoriæ suæ, quas tempore suo patefaciet. Quamobrẽ dixit Apost. etsi *f nihil mihi conscius sim, sed nõ in hoc iustificatus sum: qui quia iudicat me, Dominus est*, qui facilè inueniet culpas, quas ego non assequor. O Iudex iustissime, & sapientissime, coram te propono non solùm meas culpas, quas ego inueni & agnosco; sed illas etiã, quas me non agnoscente, tu nosti: quas si & ego noscerem, etiam confiterer. dimitte vtrasque vt mundus sim in oculis tuis, quamuis sim vilissimus in meis.

e Deut 32.34

f 1.Cor.4.4

2.

POSTHAEC excitandus est affectus perfectæ contritionis ac doloris de ipsis peccatis: & hoc est vinum compunctionis, quod in cœlesti cella hauritur. qui affectus excellentissime exprimitur verbis illis Dauidis: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* quod fere est idem cum eo, quod dixit filius prodigus: *pater peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* qui enim dicit, se peccasse in Deo, aut *in cœlum*, manifestè ostendit, se ea non tanti facere propria incommoda, aut humanos, terrenosue respectus; nec moueri amoribus inferni, aut aliarum pœnarum, aut incommodorũ temporalium; nec, quod ipsum peccatum fuerit contra honorem suum aut facultates, aut contra inanes suos fines, aut contra alios homines, quibus cupiebat placere, sed quod esset contra Deum, & solum Deum. Nam respectu huius motiui, nihil curat reliqua. Incipe itaque considerare; & expendere, contra quem peccaueris: & inuenies innumera grauissimi doloris motiua, propterea quod peccaueris. Peccaui, dices, contra Deum trinum & vnum; contra patrem æternum, qui me de nihilo creauit; contra Dei filium, qui suo me sanguine redemit; contra Spiritum S. qui me in baptismo sanctificauit; contra totam sanctissimam Trinitatem, quæ suam mihi dedit imaginem, & in suum habitaculum elegit; peccaui contra infinitam eius bonitatem, quæ se impendit ad mihi benefaciendum; cõtra eius charitatẽ, quæ me gratis dilexit; contra misericor-

g Psal. 50. 6.
h Luc 15. 21.

diam

diam quæ ex gratia mihi peccata remisit; contra omnipotentiam, quæ me iuuat in omnibus, quæ facio; & contra eius omnes perfectiones peccaui, eas conculcando, vt propriam meam sequerer voluntatem: peccaui etiam contra Deum, qui est meus pater, meus magister, meus pastor, rex meus protector meus, & benefactor infinitus: & contra beneficia, quæ summo amore mihi contulit: & hoc nomine peccaui in cœlum, quod me illuminat; in terram, quæ me sustentat; in reliquas creaturas, quæ mihi ministrant; in Angelos, qui me custodiunt; in animam meam & corpus meum, quæ sunt factura mei creatoris. Peccaui item in lumen ipsius rationis & fidei, quas conculcaui; contra gratiã Dei, quam destruxi; contra dona Spiritus S. quæ abieci; contra virtutes, quas aboleui aut obfuscaui; sed in his omnibus tibi soli Deo meo peccaui: creaturarum enim iniuriæ redundant in iniuriã Creatoris; iniuria autem Creatoris adeo est infinita vt iniuria creaturæ censeatur, quasi non fuerit. Sed attẽde te nõ solũ in Deũ peccasse, sed ẽt corã Deo, & ipso aspiciente, te verò infinitam eius maiestatem contemnente; non in eius absentia, sed in ipsamet eius præsentia. peccaui coram diuina eius sapientia, quæ me aspiciebat; coram eius infinita Charitate, quæ mihi indulgebat; coram summa liberalitate, quæ me ditabat; & coram ipsa omnipotentia, quæ me adiuuabat. O cæce, cur non attẽdisti contra quem, & in cuius præsentia peccares? ô Deus æterne, iam non sum dignus

vocari

vocari filius tuus, non sum dignus nomine hominis; nec ipso esse, quod habeo. Si quidem ipsum offendi, qui mihi illud dedit: eratque iustissimum, vt illud auferret, antequam illum offenderem. mallem non esse, quàm te offendisse; & potius vniuersi mundi, omniumque creaturarum iacturam facere vellem, quàm te vel vnico peccato amplius offendere. Parce Domine, dimitte quod feci contra te, & contra te; vt eluceat infinita bonitas & tua misericordia, condonando tantam iniuriam, meque à tanta miseria liberando.

Hac ratione licebit multiplicare innumeros doloris affectus, discurrendo per diuinas perfectiones, earum perfectiones, officia, donaq; & per omnia beneficia, quæ in te contulit, & in omnes creaturas; dolendo de iniuria, quæ in horu singulis includitur.

§. 3.

De variis affectibus, sanctoque sui ipsius odio.

EX HOC dolore & tristitia secundum Deum, varij alij affectus oriuntur, quos Apostol. vocat a *solicitudinem, defensionem, indignationem, timorem, desiderium, æmulationem, & vindictam: Solicitudo* est in adhibendis medijs, quo ad possibile sit, ad assecurandam veniam peccatorum, cum proposito Sacramentalis confessionis suo tempore instituendæ; *Defensio*, non qua tuam culpam, sed

a 2. Cor. 7. 11

qua De

qua Dei honorem defendas, eius scilicet causam iustam pronuntiando; *Indignatio*, non contra alios, sed contra teipsum, ob iniuriam Creatori tuo à te illatam; *Timor* relabendi in easdem culpas; *Desiderium* proficiendi in omnibus virtutibus; *Aemulatio*, vt alios in eisdem virtutibus excellat; *Vindicta*, quam sumas de teipso, eo quòd peccaueris: satis faciendo pro culpa; castigando eius autores, proprium scilicet voluntatem, appetitum, sensus, & carnem: iuxta illud Dauidis: b *in matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* quasi diceret: in primo ortu diei, & statim atque illuxerit mihi lux propriæ cognitionis, firmiter & efficaciter statuo, interficere ac destruere, ex terra animæ meæ, omne peccatum & iniquitatem: Quod propositum meum adeò est virile & efficax, vt reipsa factũ putem, quod propono: nullum scilicet peccatum permittere vt in me viuat. Et sicut qui habitãtes in aliqua ciuitate interficiũt gladio, non eo sunt contenti, quod eos interfecerint: sed interfectorum corpora eijciunt è ciuitate, ne suo fœtore illam inficiant: Sic ego non sum contentus, quod ipsa peccata interficiam, per dolorem & contritionem; sed etiam pergo donec destruam & expellam ex anima mea, malos habitus, vitiosas consuetudines, omnesque earum reliquias: ne me inficiant, & ad noua peccata prouocent. Totum enim hoc amplectitur perfectum c *vinum compunctionis*, quo

b Psal. 100. 8

c Psal. 59. 5.

Deus

DEUS *nos potat*, vt plenè purificemur. Nam sicut materialis vini duplex est vsus: alter principalis, vt scilicet hauriatur & in stomachum traijciatur: Alter ad lauandum, & confortandum, siue ad curanda vulnera externus; ad eum modum, quo prius ille d *Samaritanus* ea curauit, *adhibendo* simul, *vinum & oleum*: Illud vinum hoc compunctionis præcipuè penetrat animæ interiora, affectibus & propositis seruientibus & efficacibus; producit vero exterius admirandos quosque effectus, satisfactionis & pœnitentiæ, ad e *sanandum* & confortandum *totum hominem*, interiorem & exteriorem in suis operibus.

d Luc. 10. 34.

e Ioan. 7. 23.

SED omnes isti actus originem ducunt ab vno, qui est valdè perfectus, Sancto scilicet odio suiipsius. Nam sicut perfecta Dei cognitio, cum nos in cellam pretiosorum vinorum introduxit, inebriat præcipuè amore diuino, in quo tanquam in origine reliqui affectus continentur, ad quos felix hæc nostri ipsorum cognitio impellit. Ita etiam, quando propria cognitio in cœlestem hanc cellam nos introducit, inebriat sancto odio nostri ipsorum: ex quo reliqui affectus oriuntur, qui ex hac luce procedunt, & iure optimo statim atq; peccatorem te agnoscis, debes te odio habere, quatenus es auctor peccati; tuāq; voluntatem detestari, vt quæ suo consensu illud admiserit; tuamq; sensualitatē, quæ sua cupiditate ad illud admittendū induxerit, & sensus tuos, qui portas aperuerint, per quas tentationes aditū inuenerunt; carnem denique; tuā, quæ suis ut-

suis delicijs illas fouit & aluit; Et præteritam vitam malè actam; desidiosam præsentem; & quicquid in te est, quod te possit in posterum disturbare. Quid est autem, odio te habere, nisi te, vt hostem tuum tractare? teneriq; interno cordis desiderio interficiendi & mortificādi in te, quicquid est Deo contrarium; & concipere efficacissimum propositum abnegādi teipsum in omnibus quæ tua voluntas inordinatè voluerit, concupiuerit sensualitas, caroq; ipsa cū suis sēsib. appetiuerit. Sed hic modus & ratio odij, potius est amor valdè intens[a]: non solum Dei cuius causa ea facis; sed etiā tui ipsius: nunquam. n. tantum te amas, atq; quando te ita odisti. Amare, n. est velle alteri benè: quando autem maius bonum vis tibi, quam cum in specie tibi vis malè. Siquidē, vt ipse Saluator dixit: f *qui sic odit animam suam in hoc mundo: in vitam æternam custodiet eam* Si mactas propriam tuam voluntatem, viuet in te diuina: Nam g *vita tua in voluntate eius.* h *si carnem tuam crucifixeris cum vitiis & concupiscentiis* eius, viuet in te Christus cum suis virtutibus & gratijs. O i *fortis vt mors dilectio*, quæ diligendo occidis, & occidendo diligis: & in hoc magnam tuam fortitudinem manifestas, odiendo & mactando in te quicquid ei displicet, quem diligis: vt vehementius illum ames. O Deus æterne, nouerim ego me. vt oderim; oderim verò me, vt te diligam; diligā te, vt me odio prosequar, eo gradu, quo tu vis: vt summum bonum impetrem, quod mihi promittis.

f Ioan. 12. 25.

g Psal. 29. 6.

h Galat. 5. 24.

i Cant. 8. 6.

§. 4.

§. 4.

De quodam alio modo noſtra opera examinandi.

1. LEVANDI faſtidij cauſa per aliquam varietatem ponam hic aliam praxin ad propriam cognitionem aſſequendam in examinatione operum noſtrorum, ex moral. licet ſenſu, quem S. Gregorius poſuit circa ea quæ diuina ſcriptura refert de Gedeone, qui *cum excuteret atque ſpargaret frumenta in torculari*, vt munda ſecum acciperet, & fugeret Madiam hoſtem ſuum *apparuit ei Angelus Domini*, & conſolatus eſt eum; *qui cum hædum coxiſſet, vt ſacrificium offerret, iuſſit Angelus ponere carnes & azymos panes, & ponere ſuper petram, & ius deſuper fundere. cumque Angelus Domini extendiſſet ſummitatem virgæ, quam tenebat in manu & tetigiſſet carnes & panes azymos, aſcendit ignis de petra, & carnes azymos panes conſumpſit.* in hac iucunda Hiſtoria deli- neatum perſpicies quendam modum, tua opera cognoſcendi & examinandi. cuius finis debet eſſe, fugere furorem Madiam, qui eſt Dæmon, vt ſi *acceſſerit* te, vt ſcrutetur tua, *nihil inueniat quod ſit eius*, ex quo poſſit te accuſare & damnare.

Lib. 3. Mor. c. 22. in Iudic. 6. 11.

Ioan. 14. 30

AD ID autem faciendum, recipies te ad locum aliquem ſecretum, & ab omni ſtrepitu expeditum: quamuis nullus aptior ſit & comodior ipſo torculari paſſionis Chriſti, collocan-

te in

DUX SI
PTIS PON

re in Spiritu prope crucem; & in conspectu Christi crucifixi, tuiq; causa cruciati: attendẽdo, quo pacto dura illa crux, trabis instar *torcularis* compresserit diuinum illum botrum, e Isa. 63.3. expresseritque sanguinem ex venis eius corporis, in pœnam tuorum peccatorum, vt eo exemplo te ad eorum pœnitentiam induceret. Cur enim non studeis tu animam tuam à vitijs purificare, si mortem aspicias, quam tuus Saluator sustinuit, vt ab eis te liberaret? & cur non castiges tu carnem tuam ob eius excessus, si videas carnem Christi à trabe illa crucis fuisse oppressam, quò te ab eis eriperet? Et siquidem ille crudelissimis cruciatibus sanguinem ex suis venis emittere voluit: quid magnum, si tu peccatorum tuorum sanguinem à te separes, lauando illa pretioso illo sanguine, quem Christus, vt ea curaret, effudit?

Ingredere itaq; torcular illud, & examinare incipe omnes cogitationes, & desideria, verba, & opera, quæ feciſti: sicut qui excutit & purgat triticum secernit granum à palea, & nœuis: abiectaque palea, mundum granum retinet: sic tibi curandum est, omnia tua opera cognoscere, & precioſum à vili, granumque virtutum à palea vitiorum; & nœuis tuarum imperfectionum separare: cumq; id cognitione tantum feceris, perge etiam, vt separes affectu, detestando mala opera; & dolendo, quod ea admiseris, addito efficaci proposito ad ea non redeundi sed excutiendo illa à te tanquam paleã, quæ ad aliud non valet, quam vt ignem alat in- 3.

ferni aut purgatorij. Quod si bona aliqua inueneris, retinenda sunt tibi, & approbanda gloriaque Deo reddenda, quod talia grana tritici tibi dederit ad tuam sustentationem: & maiorem animum concipies progrediendi semper in eius seruitio. Quod si feceris magno spiritu, veniet tibi (vt ait S. Gregorius) Angelus de cœlo, vt te comitetur, & consoletur, sicut Gedeonem. Angeli .n. accedunt inuisibiliter & ipse Dominus Angelorum ad eos iuuandos, qui seriò de sui cognitione & vitæ emendatione agunt, dirigendo eos in hac exercitatione, vt maiori cum fructu in ea pergant.

4. HINC fit, vt ijdem diuina inspiratione, in hoc eodem examine seriò agant de sacrificandis Deo appetitionibus & perturbationib. canis, per *hædum* significatis; & omnibus desiderijs & cogitationibus rerum delectabilium huius vitæ, per *ius*, in quo coquitur hędus, significatis: si .n. seriò agnoscis ac detestaris miserias tuarum culparum, statim adijcies animum, ad cognoscendas ac detestandas earum occasiones & radices: nihil permittędo in te viuere, quod te prouocet ad recidiuam. Ita vt materia propriæ cognitionis, & huius examinis non solùm sit ipsum opus malum, sed eius quoque radix, & origo tam interior, quam occasio exterior: vt offeratur Deo perfectissimum quoddam ex his omnibus holocaustum.

5. SED quo igne holocaustum hoc est offerendum? non alio quam amoris Dei, igneque feruentium affectuum, qui prodeunt ex petra, quæ est Chri-

est Christus Dominus noster. Nam, examine tuo peracto, conceptisq; desiderijs & firmo proposito, id totum ponendum est super hanc viuam petram, innitendo potius virtuti eius & gratiæ, quam tuę industriæ ac diligentiæ. Virgâ quoque meditationis & considerationis, à diuina omnipotentia præuentæ, quæ tecum est, vt te adiuuet, tangẽda est petra prædicta, considerando plurima, quæ ipse pro te tulit, & passus est: id *ponens*, vt ipse dixit *faciem suam, vt petram durissimam*, quo ictus sustineret crudeliũ suorum hostium. Ex his considerationibus proibunt, in virtute huius petræ affectus amoris & doloris adeo accensi, vt omnino exurant & consumant totum sacrificium, quo tuus Spiritus, & caro, omnesque tuæ potentiæ maneant totaliter sacrificatæ & oblatæ seruitio tui Creatoris. d Isa. 50. 7.

Quid verò dicemus de animi illa fortitudine, quam recipit Spiritus ex hoc modo examinis, ad resistendum dæmonibus & omnia vitia inposterum vincenda? Videtur enim tunc dicere illi Deus, quod Angelus Gedeoni: *vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madiam.* quasi diceret: ante fugiebas Madiã cum timore: nunc aggredieris illum cum fortitudine; antea contentus eras, si te liberares à tyrannide Dæmonis & peccati; nunc spiritum & animum tibi dabo, vt alios quoque omnes, & liberentur. nam qui adeò fortem se ostendit circa sui cognitionem, & huiusmodi holocausti oblationẽ, dign⁹ est, qad res maiores diuini ser- 6.

uitij eleuetur. In cuius testimonium mutatum fuit nomen c *Gedeonis* in nomen *Ierobaal*. Gedeon enim significat circumeuntem in vtero. Ierobaal autem, idem est quod fortis contra dolum Baal. Nam qui prius tanquam infans timidus erat, aut intra seipsum incluſus propria tantum profectui attendens, prodit iam cum magna animi fortitudine, ac destruendum Demonem, & peccatum, in se & vniuerso mundo. O Saluator dulcissime, qui postquam incluſus fuisti in vtero Virginis Sanctissimæ, existi inde magna fortitudine ad destruendum peccatum & spoliandum infernum: doce quæso, me colligere in tua præsentia; taleq; examen meaum actionum instituere, vt ingens amoris ignis accendatur, quo perfectum omnium eorum holocaustum tibi offeram.

c Iud. 6. 32.

Gloſſa inter linea. S. Isidorus & Lyra.

§. 5.

De frequentia harum examinationum.

VT AD tantam perfectionem, qualem proposuimus, perueniatur, necesse est magno spiritu frequentare excellsum hoc propriæ cognitionis exercitium, quod esse debet tanquam panis quotidianus, de quo singulis diebus aliquid sumas; inserendæ tamen sunt aliquæ meditationes et ipsius diuinitatis: Non in omnib. occasionem inuenies ac fundamentum ad id instituendum. Propterea n. dixit S. Iob *cum oculus meus vidit te, ipse me reprehendi & ago pœnitentiam in fauilla & cinere*: agnoscēdo

a Iob 42. 5.

nihilum

nihilũ suũ & miseriã. Et eã ob causam est cõsuetũ salutare, vt collecta oratione inchoetur ab aliquo breui exercitio propriæ cognitionis, examinatis scilicet admissis defectibus in illa die, aut nocte præcedente: & humiliando te, ac deeisdem coram Deo accusando: Sicut insinuauit Ieremias, cum dixit: b *Scrutemur vias nostras, & leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos.* quasi diceret: prius scrutemur & culpas nostras defleamus, vt in contẽplatione liceat affectus nostros puros ad Deum leuare; & Sapiens dixit: c *Iustus prior est accusator sui.*

1.

b Thrẽ. 3. 40

c Prou. 18. 17. 2.

Praeterea vtile valde est, quadrantem saltem temporis in hoc exercitio singulis noctibus, antequam incumbatur, consumere: studendo scilicet cognoscere, qualis illa die fueris, & qualia tua opera omnia in memoriam reuocando, nullo prætermisso: & exigendo, vt fiat S. Chrysostomus, à te ipso rationem, sicut à famulis tuis exigere consueuisti ad finem diei, petendo librum Dati & Accepti. Ita inquam, tu quoq. librum habere debes rationum, tuam scilicet memoriam & conscientiam, in quo singulis noctibus legas beneficia, quæ à Deo acceperis in illa die: & operum expensas, quæ feceris, bene examinando, quid mali in eis fuerit: teque accusando, quæ acceptis beneficijs male responderis: tantoque feruore culpas tuas lugendo, vt rationes feliciter expediantur. Modus hoc examen instituendi positus fuit Med. 27. partis primæ.

Homil. in id Psal. 4. Iratscimini, &c. & hom. 1. in psal. 50.

QVOD si tamen multum proficere cupias in propria cognitione, frequentius adhuc, hoc scilicet aut ter in die hoc examen instituas; sicut monuit Sanctus Bernardus, videlicet antequam incumbas, & ante prandium, & mane circa ea, quæ in nocte tibi euenerunt. Sicut qui bis terue horologij pondera trahit, vt à continuo motu nō sistat. nam, si te bene cognoueris, inuenies; quod sicut pondera horologij dum mouent horologium descendunt ad terram, ita vt ait S. Gregorius, continuo bonorum operum exercitio sensim vis tepidior, & pondera affectionum inclinas ad res terrenas. Quāobrem necesse est, frequenter scrutari vitam tuam, & attrahere pondera ac desideria tua ad res cœlestes.

Ad frat. de monte Dei col. 12.

Lib. 19. Mor. c. 16. & lib. 18. c. 5.

4.

QVOD si maiorem perfectionem desideras, amplectere consilium, quod Christus Dominus noster dedit S. Brigittæ in quadam reuelatione dicens, vt singulis horis diei examen instituereret suæ conscientiæ, quod exactissimè seruabat Beatus Pater noster Ignatius: ita vt si non liceret aliqua hora illud facere ob necessariam aliam occupationem, statim atque ab illa se expediebat sese examinaret: & cum nocte excitabatur, idem breuiter faciebat. Hoc idem suadebat Abbas Pastor, (vt refert Sanctus Ioannes Climachus) dicens proprium esse feruentium negociatorum in tabellam aliqua notare singulis horis, quid in eis esset profectum: & Sanctus Dorotheus addit: *singulis horis, & per qualibet temporum momenta exa-*

In regula Saluatoris.

Lib. 5. c. 1. in manuscript.

cap. 4.

Ser. 10. & 11.

xamen operum nostrorum esse instituendum: tanta scilicet frequentia, vt statim reparesculpam tuam eiusque obliuionem : teque ipsum semper tibi præsentem habeas, vt bene quis sis agnoscas. Propterea siquidem de d Iusto dicitur, quod *septies cadat in die, & resurgat.* Non itaque expectat noctem, vt resurgat; sed statim atque ceciderit nec absque causa dicitur (vt Sanctus Bernardus notat) quod cadat non de nocte, sicut cadunt improbi non agnoscentes suum lapsum, sed *in die* & in lumine, aduertentes statim suam miseriam, & de eius remedio soliciti. Et hoc, ait Sanctus Basilius, voluisse Dauidem, cum dixit: e *in matutino interficiebam omnes peccatores*: Nam diem atque lucem habuit, qua in anima sua peccatum aliquod deprehenderet, pœnitentiâ illud iugulabat, iuxta consilium Apostoli, dicentis: f *sol non occidat super iracundiam vestram*; nec vel ad momentum patiamini, hostē vestrum superuiuere, qui domum vestram euasit. Nec existimes, inanem esse laborem, tot ies in hac examinatione occupari. inuenies enim, verissimum esse quod Sanctus Bernardus de se dixit: *quo diligentius me ipsum examino, eo plures defectus in conscientiæ meæ angulis reperio.* hoc enim feruore lux crescit, quæ mihi manifestat, quod antea non videbam: quanto autem culpa valde sentitur, ipsemet sensus oculos aperit, ad eam melius cognoscendam ac deprehendendos malos ramos, qui ab ea procedunt.

d Prou. 24. 16.

Serm. 57. in Cant.

e in psal. 100

f Eph. 4. 26.

In Med. c. 12. & c. 5. Ex S Grego. lib. 6. Mor. c. 13.

5. HINC est, quod alij feruentiores non solùm singulis horis, quid egerint examinant; sed in singulis actionibus suis, præcipuè quæ alicuius sunt momenti examinant num aliquis defectus interuenerit. Sicut murarij non differunt regulam siue amussim suam adhibere ad finem diei, nec post vnam horam; sed cum primum lapidem vel magnum quempiam lapidem collocarunt, adhibita amussi experiuntur num rectè sit collocatus, & in loco suo; & si quem defectum aduertunt mox rectificant: Sic deberet in hoc Spirituali bonorum operum ædificio statim illa regulare, & videre num sint conformia primæ omnium regulæ, quæ est diuina voluntas: vt, quod inuenitur curuum, rectificetur, & statuatur à simili curuitate in posterum abstinere.

O DEVS æterne, qui in ipsa mundi creatione super singula tua opera reflexionem faciens, tanquam bona approbabas, cum ad hoc vt illa bona essent, sufficeret, quòd essent tua; doce me cognoscere & examinare mea, quibus ferè semper aliqua mala misceantur, vt meam in eis miseriam agnoscam; & ita reparem, vt g *cum tempus acceperis, vt iudices iusticias*, inuenias iam iudicatas & purificatas, earumque præmium reddas. Amen.

g Psal. 74. 3.

PROPTER ea, quæ hactenus diximus, ne accipias occasionem in eorum extremum incidendi, qui totam vitam consumunt in Meditationibus pœnalibus suorum peccatorum &

miseriarum

miseriarum, nondantes locum luci diuinarum misericordiarum, quos sanctus Bernardus reprehendit, monens, vt interdum auertentes oculos à suis culpis se in diuinis laudibus & gratiarum actione exerceant, cùm ipse Deus dulci hoc h *laudum* suarum freno *infrenare nos* velit, *ne intereamus.*

Serm. 11. in Dant.

h Isa. 48. 9.

ET QVAMVIS deberemus semper lapsus nostros defiere, id tamen (vt monet Cassianus) non debet fieri semper euoluendo fœtidam vitæ nostræ præteritæ cloacam: ne exhalans ex ea fœtor, nos inficiat: sed ob alios excelsiores & nobiliores respectus, qui dolorem afferunt sine huiusmodi animi dejectione; & tristitiam cum lætitia coniunctam, ob fiduciam, quæ illam comitatur; & considerationem bonorum, quæ DEVS nobis contulit. De quibus proximo capite agetur.

Col. 20, c. 9. & 10.

CAPVT VIII.

DE PROPRIA COGNITIONE circa bona quæ habemus, per quæ ascendimus ad cognitionem Dei, per heroicos humilitatis & gratitudinis affectus.

VENIAMVS nunc ad aliam propriæ cognitionis partem; quæ versatur circa bona, quæ habemus naturalia vel supernaturalia; corporalia aut spiritualia: ad quam ipsemet Deus, qui ea donauit, nos impellit iuxta illud Apostoli a 1. Cor. 2. 12 *Nos non spiritum huius mundi accepimus*, qui cœcus est & fallax; *sed spiritū qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* hæc enim cognitio, quæ à tali spiritu procedit non potest non esse vtilis: imò aliquo modo est necessaria, nisi enim ea cognoscere-mus, quomodo largitorem eorum diligere-mus? Quomodo gratos nos pro eis exhibere-mus? Quomodo studiosè conseruaremus? quomodo eis vteremur in obsequium eius, cuius illa sunt? quomodo in afflictionibus animique deiectionibus respirarenus; & fidu-ciam haberemus, in rebus magni voti cõpotes euadendi? & quomodo Deum agnoscere-mus ex do-

ex donorum experientia, quæ nobis largitur. Hæc & similia commoda nobis cessarent, nisi agnosceremus bona spiritualia, quæ habemus; cùm dixerit Sapiens: b *thesaurus inuisus, quam affert vtilitatem?* aliundè verò, nisi valdè cautè in hoc agamus, periculum immineat superbiæ, vanæ gloriæ, præsumptionis & in graues errores incidendi, cum iniuria ipsius Dei, & proximorum: & cum iactura eorundem bonorum, amissa videlicet recta eorum cognitione. Sicut ille superbus, de quo dixit Propheta c *perdidisti sapientiam tuam in decore tuo.* ad hæc incommoda aduertenda consulit S. Gregorius, vt scientes, nesciamus. Studendo scilicet cognoscere ex eis, quantum sit est, ad prædictos fructus percipiendos: ex cœcando verò nos sanctè ad id, quod est prædictorum incommodorum occasio.

b Eccl. 20. 32.

c Ezec. 28. 17.

Lib 9. Mor. c. 13.

AD cuius declarationem aduertendum est: propriam cognitionem circa bona nostra ad duo potissimum respicere posse: ad originem scilicet & fontem, vnde illa promanant, qui est ipse Deus; & ad alios homines, qui similium bonorum sunt participes.

ET ita duo procedunt gradus humilitatis' alter erga Deum Dominum nostrum, alter erga omnes proximos: & vterque est necessarius iuxta illud Apostoli Petri: d *omnes inuicem humilitatem insinuate, & humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in die visitationis.* Inter quos hoc interest, quod secundus impedit illa incómoda, eò q; bona sua ita agno-

d 1. Pet. 5. 5.

scat,

scat, vt recta æstimet ac minima: & quà rectà æstimamus, grati simus Deo; quà verò minima nos alijs hominibus humiliamus, vltimum inter omnes locum eligentes. de quo in 4. Tract. fusiùs; nunc solum ad nostrum institutum de prima cognitione primoque gradu humilitatis dicemus, qui gradus non reputat, num, quæ habet bona, sint magna, vt paruа; maiora, aut minora, quam reliquorum; sed qualiacumque illa sint, transit ad considerandas, & expendẽdas tres veritates, quibus ille innititur.

Prima veritas est, quod homo ex seipso sit nihil, nec bonum vllum habeat magnum aut paruum.

Secunda, quod quicquid boni habet, originem habeat à Deo, auctore naturæ & gratiæ, qui ex bonitate & misericordia sua illa ei largitus.

Tertia veritas est, quod teneatur homo, quicquid habet, Deo reddere: gloriam scilicet propter illud Deo reddendo, & eidem obsequium præstando. Quæ tres veritates ita sunt connexæ, vt vna sine altera satis expendi non possit.

1. PRIMVM, si vis te radicitus omninò cognoscere: oportet benè penetrare nihilũ, quod ex te ipso habes, in quatuor partes illud diuidendo, quas licet quatuor nihila appellare.

Primum nihilum est in Esse, cui innituntur bona naturalia, quæ fundantur ex nihilo, quod eras antequam Deus te crearet; & in eo eidẽ reuertereris, nisi ipse in eo Esse, quod tibi dedit,

te con-

te conseruaret. Sicut Iob dixit, quod Deus e *appendit terram super nihilum*: quia eam ex nihilo condidit, & nullo alio fulcro illam sustentat, quam sua omnipotentia, qua illam tenet appensam. e Iob 26.7.

2. *Secundum* nihilum est, meritorum, cui innitũtur bona supernaturalia & gratiæ dona: absque vllis enim tuis meritis, ex sola meraq; gratia Deus incipit illa tibi communicare. Propterea enim dixit Dauid: f *pro nihilo saluos facies nos* grates scilicet & nullo à nobis obiato precio quod vocationem & gratiam quâ nobis dat promereatur. f Psal 55.8.

3. Hvc accedit *tertium* nihilum circa actiones, quod valdè se extendit. Nam, vt superius expendimus, sine Deo nihil sumus, ad faciẽda quæcũq; opera siue naturalia; siue supernaturalia, siue magna, siue parua. In hac cognitione horũ triũ nihil, tũ datur heroica humilitas animę Christi D. N. eiusq; Matris sanctissimæ, Angelorum, & Sanctorum, qui non peccauerunt.

4. Sed est *quartum* aliud nihil, scilicet peccatum, quod S. Augustinus appellat nihilum, sic intelligens quod S. Ioannes dixit: g *sine ipso factum est nihil*; culpa scilicet, siue peccatum. Et in huius nihili cognitione fundatur humilitas sanctorum, qui fuerunt aliquando peccatores; de quo hactenus diximus. g Ioan. 1.3. & ib. S Aug.

1. Ivxta hæc quotiescunque aliquod bonum, quod habes, consideras, demittere debes oculos ad illud nihilum, in quo illud bonum fundatur, & in eodem nihilo teipsum fundare

cum

cum profunda humilitate contemnendo te sicut ipsum nihilum, & iudicare de te quod non sis dignus, cuius maior ratio habeatur quam eius quod nunquam fuit: & quod est nihil. Hoc siquidem tantum habes ex teipso. Dices ergo coram Deo, magno humilitatis spiritu: nihil sum, nihil mereor, nihil possum, ex meipso propendeo in nihilum, quod est peccatum, propter quod adhuc me reddidi deteriorem ipso nihilo. In hoc mei nihili abyssо viuam & me contemnebo, vt securiora sint mihi bona quæ habuero.

2. Mox eleuandi sunt oculi mentis ad videndum & considerandum fontem primum, et quo bona omnia oriuntur: quæ huic nihilo sunt addita. qui fons est ipse altissimus Deus, creator & sanctificator tuus: vt ames illum ob infinitam bonitatem & charitatem quam ostendit erga te, cui talia bona impertitur immeritò; gratiasque illi propterea agas, & illum laudes. Ab eodem enim oritur principio, quod te humilies ob defectum bonorum; & quod ames laudesque benefactorem, qui illa tibi dedit: obuiantibus sibi sese que coniungentibus humilitate & charitate ad implendum quod dixit Isaias: h *mittet id, quod saluatum fuit de domo Iuda,* (quod significat confessionem & laudem) *radicem deorsum* (confitendo humiliter suum nihilum) *& faciet fructum sursum,* laudando scilicet Deum ac diligendo, eique cum charitate ser-

h Isa. 37. 31

uien-

uiendo. Et vtrumque horum præstant in oratione quando agunt de propria cognitione de qua hactenus.

3.

Ex his fit, vt omnia hæc bona sint eorum largitori reddenda, offerendo ei fructus, quos ex manu eius acceperunt. *Quis* enim (ait Apostolus) *plantat vineam & de fructu eius non edit?* i 1. Cor. 9. 7. Cùm ergo Deus in medio huius mundi suæque Ecclesiæ, animæ tuæ vineam plantauerit, cùm omnibus vitibus & palmitibus potentiarum, virtutum, ac bonorum, quæ habet corporalium & Spiritualium. Aequum est, DEVM ex eius fructu edere; neque omnia ea collocare & occupare in eius obsequio & ad maiorem ipsius gloriam dicere cum sponsa: *k omnia poma vineæ meæ noua & cætera, naturæ & gratiæ dilecte mi, seruaui tibi*: quia tua sunt potius quam mea. accipe illa ad gloriam tuam, quia illa tibi offerre magnum mihi est lucrum. k Cant. 7. 13. *Omnia flumina* (inquit Ecclesiastes) reuertuntur *ad mare, vnde exiuerunt, vt iterum fluant*: Ita omnia bona, quæ habeo, exierunt ab immenso tuæ diuinitatis mari: vt æquum propterea sit, ad eandem redire, vt copiosius iterum fluant, & iterum ad te reuertantur, qui principium & finis es vitæ meæ in quo sita est tota mea beatitudo. l Eccl. 1. 7.

§. 1.

Declaratio prædictorum ex oratione & excessu siue extasi Dauidis.

TRIA hæc proxime posita puncta, docuit ipsemet Deus Dauidem quæ mirifice ipse in praxin deduxit in altissima quadam contemplatione, quam appellant excessum, cuius fecimus mentionem in præcedente Tractatu, ad quam peruenit, postquam dixit: *Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.* quasi diceret: multum in actibus fidei exercui, & in clamoribus orationis: & in multis humiliationibus, quæ mihi ob mea peccata acciderunt: quasque ego ipse elegi, vt magis propter illa me humiliarem. Propter quod totum eleuauit me Dominus ad excessum quendam lucis & cognitionis admirabilis, ac feruentis: in quo mihi tres admirandas veritates manifestauit, quas easdem idem Dominus manifestabit tibi, si te ad eas, eisdem exercitijs præparaueris, quibus Dauid.

cap. 13.

1 Psal. 115. 1.

S. Dionys. c. 4. de diuin. nomin. p. 1. S. Thom. 2. 2 q. 175. a. 3. ad 1. & 2. 2. q. 28 a. 3.

1.

PRIMA veritas fuit illius nihili & miseriæ quam, quod homo esset, ex seipso habebat, eo enim Spiritui S. familiare, excessus lucis suæ inchoare à manifestatione nostrarum miseriarum, quodam excessus modo, quem declarauit ipse Dauid dicens: *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax*: quasi diceret primum, quod in meo excessu cognoui, & aperte intellexi, fuit

quod

quod omnis homo, nullo excepto, ex seipso sit res quædam inanis, mẽdax, inconstans, & mutabilis. cùm enim videatur aliquid esse; & firmitatem quandam, & in suo esse stabilitatem præ se ferre; nihil tamen ex seipso habet, ipseque sibi ipsi mentitur, si aliquid se habere existimet. Nam vt dixit Apostolus) b *si quis existimat se aliquid esse cùm nihil sit, ipse se seducit*: Quia alium se existimat, quam reipsa sit: & alia translatio habet (vt aduertit S. Chrysostho.) *omnis homo est mendacium & nihil*. Nam quicquid habet fundatur in nihilo, transitque instar vmbræ & fumi: estque c *vniuersa mundi vanitas*; nihil habens soliditatis, & substãtiæ; sed ex se inclinat ad mendacium, quod prouenit à dœmone, qui d *cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur*. O prophetа sancte, attende benè quid dicas, quamque illud sit verum. Si enim omnis homo mendax, ergò & tu talis es, qui hæc dicis: siquidem es homo, quomodo ergo mendaci fidem adhibebimus, qui in hoc ipso, q dicit mẽtitur? Sed non sum homo (respondebit ipse) quando hæc dico, sed supra hominem; meipsum enim excedo, & in hoc excessu loquor, Deo meo coniunctus; cuius luce agnosco, me ex meipso nihil esse, & mendacem; & quicquid boni habeo esse ab excessu diuini amoris, qui à se exiuit, vt mihi benefaceret, meque ex abysso mei nihili educeret, bonisque me repleret, quæ excedunt totum quod est meum, quantum ipsum esse excedit non esse; quantum veritas

b. Galat. 6. 3

In eundem Psal. 115.

c Psal. 38. 6.

d Ioan. 8. 44

S. Greg. l. 22. Mor. c. 20.

S. Dionys. supra.

excedit mendacium, vanitatem & vmbram. O Deus æterne, veritas summa, tu es, qui es ita, vt non possis desinere esse: illustra me, vt agnoscam ego, me esse qui non sim; & esse nihilum ex meipso; omnemque hominem idem habere ex seipso. ne mihi ipsi innitar, aut brachio carnis, sed tibi Deo omnipotenti, à quo torum esse procedit, Amen.

2. HINC eleuat spiritus diuinus mentem, vt cognoscat bona, quæ Deus posuit in hoc nihilo, & mendaci, ac inani homine: manifestans illi luce sua, quicquid boni in se videt, id non à se habere, sed à Deo: qui & ipsum esse, & quicquid cum ipso esse est, ei dedit, conferens. que mendacium, quod ex se habet, cum bonis quæ à Deo accipit, exit extra se excessu quodam amoris, laudis, & gratitudinis; addens: *ego dixi in excessu meo: quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi.* secundum quam, dixi in excessu meo: *quid retribuam?* O Deus cordis mei, qui fieri potest, vt me videns bonis plenum, sciensque, ea non esse mea, sed tua, non te amem, laudem, ac benedicam pro illis omnibus. *Quid* ergo *retribuam* tibi pro tot beneficijs? quomodo gratias agam? quæ obsequia præbebo? excessus vnus alterum excessu compensatur, tu exis à te per amorem, vt te manifestes in bono, quo me afficis: ego exibo à me per amorem, vt tibi seruiam propter bonum, quod accipio. Magnum mysterium (ait sanctus Augustinus) latet in illo verbo *quæ retribuit mihi*, siue *reddidit mihi*.

In Psal. 115.

Quæ

Quæ enim obsequia ego præstiti Deo, vt mihi daret ipse, quod dedit, ita vt ipsum donum solutio esset aut retributio? Quid ego illi dedi, nisi peccata, mendacia, & grandes offensiones? Sed eius misericordia tanta, vt *retribuat ipse bona pro malis, cui homines retribuũt mala pro bonis*. O excessus diuinæ charitatis erga homines? ô excessus humanæ malitiæ aduersus Deũ? quæ malitia maior esse potest q̃ afficere iniuria eũ, qui tot me cumulat bonis? & q̃s charitatis excessus cò pertingere poterit, vt beneficia cõferat in eũ, à quo accipit iniurias? ô excess? amoris Dei mei, q̃d tibi dabo? q̃d tibi reddã p bonis, q̃ mihi semel & iterũ cõfers, naturalia scilicet, & supernaturalia, quæ non merebar, & quorum me indignum feci? Fateor, me hoc non assequi, victasque propterea trado manus. Te, diuine spiritus, interrogo te, supplex oro, vt mihi dicas, quid retribuam Domino pro his bonis, quæ video in me, sed à te tũ profluxerũt in me. Ad feruentẽ hãc interrogationem idem spiritus diuinus respondet, & inspirat ea, quæ à nobis requirit, vt gratias pro beneficijs in nos collatis agamus, exercentes in profunda hac contemplatione affectus feruentissimos, & generosa valdè proposita, sicut Dauid exercebat, cùm adiecit: *calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota meo Domino reddam coram omni populo eius.* Quis iste calix est? & quid in se continet, nisi vinum illud pretiosissimum, quod deducitur ex cœlesti cella, in quã

Rex cœleſtis ſuos electos introducit? & quàdo tales illis communicat exceſſus, hoc vino illos inebriat, & extra ſe facit: ingentique amoris exceſſu totoſque transfert in ipſum Deum.

e Pſal. 22. 5. Nam e *Calix meus inebrians* (vt idem Dominus ait) *præclarus eſt.* O dilecte cordis mei, quid tibi reddere potero pro bonis, quæ me poſuiſti; niſi vt accipiam calicem ſalutaris, precioſis amoris tui vinis plenum? ego te diligam ex toto corde meo; laudabo perpetuo ſanctumque nomen tuum inuocabo: ego offeram me ad bibendum calicem, quem Saluator meus bibit; & ad patiendum pro te, quod ille eſt pro me paſſus. accipiam calicem diuiniſſimi Sacramenti, quod ipſe inſtituit in actionem gratiarum propter collata mihi beneficia: dabo tibi quicquid habeo: totum ſiquidem eſt tuum, non meum: à te accipio, quod tibi reddo: & quod illud minus habet, propterea quod ego offeram: ſuppleatur propterea quod tu ſis, qui illud mihi dederis. O dilecte animæ meæ, parum mihi omninò videtur, ſi tamen ex omnibus viribus meis: quia illæ ſunt valdè debiles. Eleua ergo me ſupra me, vt excedam ſupra id quod poſſum, & augeam vires, & poteſtatem ad amandum iuxta vota mea. *Hæc ſunt vota ex-proſita, quibus oſtenditur gratitudo, propter bona quæ nobis dat Deus: quæ non ſumus promeriti, vt ſupra eſt fuſiùs declaratum.*

§. 2. De

§. 2.

De cognitione Dei, quæ hinc eruitur.

POSTQVAM agnoueris, Dei esse omnia bona quæ habes; per eadem ascendes, ad eiusdem Domini excellentias agnoscendas. ad quod tutò licebit pro argumento Meditationis accipere bona corporis & animæ, quæ cæteris quoque hominibus sunt communia. conijciendo ex eis infinita magnalia & perfectiones Creatoris ex ijs, quas in hac nobili creatura posuit, quæ ab eius omnipotentia prodijt. Propterea siquidem dixit Dauid: a *mirabilis facta est scientia tua ex me*, & ijs quę in me video, quæ ita tamen excellens est, *vt nõ possim ad eam* peruenire. hoc inquit S. Gregorius significat illud Ezechielis, quod in templo Dei b *ostium esset contra ostium* è regione scilicet alterius, quò alterum transitum præberet ad alterum. Duæ enim sunt portæ, quibus aditus est ad perfectionem, & ad intimum vnionis diuinæ. altera est suijpsius propriæque animæ suæ, cognitio, qua excellentias & dona naturalia, quæ accepit à suo creatore cognouit: altera est cognitio Dei, & infinitorum magnalium, quæ in ipso sunt. Prima porta siue cognitio est contra alteram, siue è regione alterius: cognitio enim suijpsius aditum præbet ad cognitionem Dei: vt cùm ingressus fueris perfectè primam portam; statim tibi

a Psal. 12.6.

Hom. 17. in Ezech.

b Ezec. 40.13

præluceat, quod est intra secundam: vt idem contempleris in Deo cum infinito excessu, quod in teipso cognoueris. Sicut anima tua est purus spiritus; ita Deus est spiritus purissimus absque vllius rei corporeæ aut materialis admixtione: illa tota est in tuo corpore, & tota in singulis eius partibus: Deus est totus in hoc mũdo & in singulis cęli & terræ angulis: anima tua, cum sit vna in toto corpore, operatur per illud res valdè diuersas: videt enim per oculos, per aures audit, & operatur per reliquas potentias, & sentit: anima tua est immortalis, independens a corpore; quo pereunte, ipsa tamen permanet.

AT Deus est ipsa immortalitas, ab hoc vniuerso & creaturis suis omninò indepẽdens, quibus omnibus pereuntibus, ipse permanet absque vlla mutatione. Anima tua ita est vita corporis, vt sine ea sit mortuum, omnino ad impotens ad aliquid faciendum: Deus, exercitiori quodam modo, est vita viuentium: sine quo omnia iacerent mortua; est vita ipsarum animæ, quæ sine illius concursu rediret in nihilum. Anima tua manens in corpore, discurrit, aspicitque ea, quæ sunt intra & extra se, superiora & inferiora: de quibus omnibus iudicat pro vt sentit. Deus autem sapientia sua infinita omnia penetrat, ac de ijs ita iudicat euidenter, vt nulla ipsum latere possint. Anima tua rebus omnibus corporeis est superior, & per rationem omnibus præsidet: At Deus

sanctus Gregorius) omnibus præsidet creaturis, & mirabiliori alio modo est intra & extra, supra, & infra res omnes. Intra illas est, quia eas implet; extra est, quia eas circumdat; inferior, quia sustentat; superior, quia gubernat.

Quod si tanta est creaturæ vnius adeò paruæ excellentia, vt comprehendi non possit: quis comprehendere sufficiat infinitam excellentiam, & maiestatem Creatoris? O Creator sapientissime, introduc me luce sapientiæ tuę per portam primam, cognitionem scilicet mei ipsius: vt aditus mihi pateat ad secundam, cognitionem scilicet tuæ diuinitatis: & introduc me ad intima eius, vt interna cordis charitate tibi coniungar.

Hac eadem ratione licebit ex bonis, quæ propria industria tibi comparasti, aut ex diuina gratia accepisti, ascendere ad cognitionem infinitarum Dei excellentiarum, ex quibus, quæ tu habes tanquam riuuli ex immenso mari prodierunt. Sed attendes, ex quocunque bono, quod in te deprehenderis quantumuis magno, debere te deducere motiua, vt crescas in propria cognitione, & heroica humilitate erga Deum tuum: c *coram quo omnes gentes quasi non sint: & quasi nihilum, & inane reputantur.* c Isa. 40. 17

Ac proinde omnia bona tua cum ipsius Dei bonis comparata sunt tanquam nihilum,

quod nihilum coniungere poteris quatuor illis nihilis initio huius capitis positis. cum cognitione animæ Christi Domini nostri, & sanctorum, qui sunt in cœlo, sunt humillima, etiamsi præstantiam videant bonorum, quæ habent. Vident enim clarè bona, quæ sunt in Deo: quorum comparatione, sua iudicant esse tanquam nihilum: & apertè fatentur, quod scriptura dicit: solum Deum esse bonum, sapientem, & sanctum. O sancte sanctorum, & sapientum sapiens, quam est infinita sanctitas & sapientia tua: siquidem angelica & omnis humana sapientia, ad eam comparata est quasi non esset? Doce me agnoscere dona, quæ mihi contulisti tali moderatione, ut neque ignorantia faciat me ingratum, neque cognitio tumentem & vanum. Amen.

HAEC Dei cognitio ex ea, quam de supernaturalibus bonis, quæ in nobis sunt, habemus, securius & perfectius obtinetur, si meditemur in quarto *libro* scientiæ *mysticæ*, Ecclesia scilicet, & sanctis eius: de qua in proximo capite dicetur.

CAPVT IX.

ECCLESIAM ET EIVS SANCtos librum esse viuum, ex quo discitur scientia spiritus, & propria, Deique cognitio.

SICVT Deus Dominus noster, quà est autor naturæ scripsit manu sua librum visibilis huius vniuersi, cuius characteres sunt omnes creaturæ in eos fines, quos supra indicauimus: Ita quà est sanctificator & author gratiæ, scripsit alium librum intra ipsum vniuersum, suam videlicet Ecclesiam, cum omnib⁹ suis ornamentis in qua disci possit valdè exactè mystica scientia, & cognitio propria ac Dei. Si enim hanc Ecclesiam iuxta ea, quæ ex se habet, intueamur, illa est congregatio quædam hominum subiectorum innumeris calamitatibus, & miserijs corporis & Spiritus; & indigentium multis medicamentis & antidotis ad illas expellendas. Sin eandem consideremus iuxta ea, quæ habet à Deo, & Christo Seruatore nostro, qui eam fundauit & ex latere suo eduxit, est congregatio hominum admirandis gratiis & virtutibus ornatorum, in qui-

bus elucent perfectiones diuinæ. Itaq; ipsamet de se dicit: a *nigra sum sed formosa filia Ierusalem: sicut tabernacula Cedar.* sicut ipsa videlicet nigredo & tristitia: sed pulchra tamen, *sicut pelles Salomonis* sicut ipsa videlicet pax & pulchritudo. nigra propter ea, quæ ex me ipsa habeo, & exterius apparent iudicio huius sæculi: sed pulchra propter ea quæ habeo per gratiam in occulto, & in iudicio & æstimatione ipsius Dei, qui infinita sua sapientia magis admirabili quam fuerit Salomonis, nouit coniungere in sua Ecclesia cum tali nigredine talem pulchritudinem, vt in illa, agnoscens seipsam, in humilitate fundaretur; in hac verò, agnoscens suum benefactorem, radicaretur in charitate: diligendo eum, a quo adeò fuit dilecta, vt fieret homo, & se ipsum morti offerret pro illa b *quam* (vt Sanctus Apostolus ait) *ipse sibi exhiberet gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi*, mundando eam ab omnibus maculis, quas habebat, *vt sit sancta & immaculata.*

1 Cant. 1. 5.

b Eph 5. 26.

QVOD si clarè vtrumque videre velis, conijce oculos in septem res admirabiles quas habet Ecclesia instar septem foliorum huius libri.

1. *Prima* res est admirabilis eius doctrina, in qua omnia sunt reuelata, quæ ad hominis miserias, Deique & eius operum magnalia pertinent, quæ in sacris libris continentur.

Secunda

Secunda res est puritas diuinæ & Euangelicæ legis in omnibus eius præceptis & consilijs, cum maxima, quæ vel concipi possit, sanctitate: in qua neque admittitur, neque approbatur minimus culpæ odor, aut imperfectio: Sicut in doctrina nulla est erroris aut mendacij species. 2.

Tertia est excellentia & efficacitas septem eius Sacramentorum ad omne genus particularium morborum curandum & prospiciendum de omni genere gratiarum, ad exercitationem omnium virtutum. 3.

Quarta res est præstantia & excellentia Sacrificiorum & oblationum eius. in vnico enim habet quicquid posset desiderare. quo offert rem optimam & efficacissimam, quam posset, ad ea quæ intendit, offerre: cui coniungitur. 4.

Quinta, magna scilicet efficacitas orationum, & postulationum ob infallibilia promissa Dei, quod assistet eis audiendis & expediendis. 5.

Sexta est stupenda varietas graduum, officiorum, & ministeriorum, quæ conficiunt hierarchiam Ecclesiasticam ad eius conseruationem & augmentum, cum non minori connexione & harmonia in mystico hoc corpore, quam habeant membra corporis humani. 6.

Septima est omnium harum rerum, perpetuitas, & ipsius Ecclesiæ, etiamsi innumeris persecutionibus & contradictionibus oppugnetur à potestatibus huius mundi, & inferni: quæ vt hactenus nõ potuerũt, sic nec in posterũ *præua-* 7.

c Matt. 16. 18

nalebunt

ualebunt aduersus eam: quia prouidentia diuina eam defendit ac protegit.

§. I.

Qua ratione has septem excellentias meditemur.

CVM leges aut meditaberis septem has Ecclesiæ notas & excellentias, tria puncta in omnibus & singulis erunt tibi pẽdẽda: extrema scilicet tua necessitas, qua illis opus habebas; beneficij magnitudo, quod tibi contulit Deus, cum eam tibi communicauit; & infinita ipsius largitoris bonitas. Exprimes enim cognosces, qui tu sis; ex secundo, qui Deus sit erga te: qui adeo liberaliter accurrit, vt tibi subueniat: ex tertio agnosces, qui Deus sit in seipso, à quo tantum bonum promanat: Hinc ergo agnosces tuam ignorantiam 1. sine hac doctrina; tuam malitiam, sine hac lege: & tuas necessitates, sine his sacrificijs, & orationibus, & absque huiusmodi ministris ac ministerijs, tua denique magna pericula, nisi hæc tanta bona sint tibi perpetua. Imaginare quoque, hæc omnia clamare ac dicere tibi tria illa verba, quæ omnes creaturas dicere superius attigimus: *Accipe, redde, fuge.*

2. ACCIPE hanc doctrinam & hanc legẽ. & REDDE hoc donum, vt vitam tuam illis conformes. quod nisi feceris, caue, & FVGE supplicium, quod tibi imminet. Accipe item sacramenta hæc & Sacrificia, & redde pro eis de-

bita

Dita seruitia, nisi magnos velis experiri cruciatus. Accipe donum tot ministeriorum, eisque vtere cum magna animi gratitudine : & fuge supplicium & pœnam eius, qui talentum suum fodit. O anima mea, ne ad has voces obsurdescas: cum tua vita in eis audiendis consistat: mors verò reijciendis. doctrina & lex Euangelica, est lex gratiæ, quam abundè communicat, vt impleri possit, quod præcipit. Sacramenta sunt anditota, quæ vitam, salutem, & virtutem, quam significant, impertiunt. in statibus ac ministerijs assistit Spiritus diuinus, auxilium præstans, ad ea, vt oportet, præstanda: & in tribulationibus ac periculis nunquam tibi eius protectio deerit, quæ te ab eis eijciat.

HINC perges perpẽdẽda ad Dei magnalia, quæ in septẽ his rebus resplendent. In *doctrina* 3.
in. fidei, quam sacra Scriptura cõtinet, animaduertes infinitam Dei sapientiam, cognoscentis præsentia, & absentia : præterita & futura, & occulta cordium, quæ figuris & modis stupendis mysteria manifestat operum suorum. In Euangelica *lege* cognosces immensam bonitatem, & sanctitatem supremi huius legislatoris ac Iesu Christi Seruatoris nostri, qui eam promulgauit : & ex virtutibus suis exemplaribus, eas deduxit, quas in suis præceptis & cõsilijs commendat. In septem *Sacramentis* legere licet excellentissimam eius charitatem, & misericordiam: qua nos regenerat, confirmat, ac nutrit in esse gratiæ: nosque à peccatis omnibus, eorumque reliquijs liberat, ac remediũ

affert

affert contra noſtras concupiſcentias ordinem conſtituit in *miniſteriis* noſtris in quorum varietate ac diſpoſitione ſtupenda, licebit tibi altiſſimam eius prouidentiam legere quæ multò ampliorem tibi admirationem afferet, quàm habuerit Regina Sabba, cum vidit ordinem domus, familiæque Regis Salomonis. Quod ſi efficacitatem aſpicias *ſacrificiorum & orationum*, ibi leges immenſam liberalitatem DEI, qua diuitiarum ſuarum theſauros cuncunque impertit, qui eſt Eccleſiæ coniunctus. Nam plus ipſe deſiderat dona ſua largiri, quàm homines deſiderent accipere. Denique in *perpetuitate* rei adeò fragilis, in medio totius pugnationum, diuinam legere poteris omnipotentiam, quæ rem tam infirmam adeò corroborat, vt vel fortiſſimis reſiſtere poſſit, & in deſpectum tyrannorum & Dæmonum firma ſtat eius domus, eò quod *fundata ſit ſuper* Prou. 9. 1. *viuam petram*. Hæc eſt domus illa admirabilis, de qua Salomon, quod *Sapientia ædificauerit ſibi domum*, vt ſcilicet infinitas ſuas perfectiones in hominum vtilitates manifeſtaret. Diuina enim Sapientia propoſuit in ea menſam doctrinæ; eius bonitas excidit præcipuas columnas præceptorum & conſiliorum, quibus illa innititur; eius miſericordia panem poſuit & vinum ſacramentorum, quibus nos nutrit; eius liberalitas diſtribuit vnicuiq; portionem quam petit; eius charitas immolauit victimas ſacrificiorum, quibus nos ſibi reconciliat; eius prouidentia diſtribuit mittitque ancillas ſuas,

per quæ-

per quarum ministeria homines vocat ad arcem, & mœnia ciuitatis, vt ipsi seruiant; omnipotentia sua totum ædificium sustentat ita, vt nunquam destruatur, aut deficiat, quod in se continet.

4.

QVOD si beneficij huius magnitudinem, & reliqua, quæ in his tribus punctis sunt dicta, clarius videre velis, conijce oculos in *arcem* illam quam *diuina sapientia* fabricauit, vt paucos electos à morte, quæ per diluuium imminebat liberaret: extra quam nullus homo aut bestia potuit vitam conseruare; sed omnes diluuio perierunt: in arca tamen seruatus est Noë cum sua familia & animalibus, quæ eius industriâ & angelorum, eum adiuuantium, ministerio, in eam intrauerunt: ipso DEO, vt ait Sapiens, *per contemptibile lignum iustum gubernante.* lignum enim vocat ipsam arcam ex ligno fabrefactam, tum quod illud ex se esset vile; tum quod eius temporis homines ipsum Noë contemnerent, & irriderent, quod talem arcam fabricaret, in eamque cum sua familia ingrederetur; & quod ipsos moneret, quòd essent, veniente diluuio, perituri, qui extra illam inuenirentur. Sed breui, deceptione propria retecta, viderunt se illusos, qui ipsum Noë irriserant. Nam in contemptibili hoc ligno suos Deus saluauit electos, mirificè eos gubernans absque arcæ, & in ea habitantium detrimento. Deducebatur arca inter scopulos & rupes securè; quia Deus erat eius gubernator: nec aquæ gutta in eâ ingrediebatur, quia ipsemet

Genes. 6. & 7. 1. Pet. 3. 20.

Sapi. 10. 4.

aforis

aforis eam clausit; eamque vt opus erat, vnius nunquam illis defuit alimentum, quia intus erat sufficiens pro hominibus & animantibus; non fuit pugna, aut discordia, quamuis multæ essent feræ & aues, quæ sua naturâ erant inimicæ: gubernatio enim Dei, & eius Angelorum, eas continebat & ordinabat: nulla ibi infirmitates, nec mors vlla toto tempore, quo in arca fuerunt, diuina misericordia eas præseruante: magnus semper fuit ordo & concordia, quia diuina sapientia assistebat cum Noe ad omnia in loco & ordine continenda. ac denique omninò integra & absque vlla corruptione tota arca perseuerauit vsque ad diluuij finem. O clarissima Ecclesia, quam commode tibi omnes mysticæ huius arcæ proprietates adaptantur. Si enim aspicio, quod ex temp habes, lignum es contemptibile: vt quæ tot composita sis ex infirmis, vilibus, corruptibi que subiectis hominibus; & fundata in cō

1 Cor. 1. 23. temtibili ligno crucis Christi, quæ *Iudæis scandalum, gentibus* autem *stultitia*: vtrisque irridentibus fideles ad te confugientes, & per Baptismi portam intrantes, vt tui fierent habitatores. ridebant enim, cum illis prædicaretur, omnes, qui extra te essent, peccatorum diluuio perituros, & ad infernum deuenturos; irridebant, cum diceretur, in te inuenturos vitam, sustentationem, pacem & requiem; extra te mortem, famem, bellum & tormenta. Verum hoc ipsum, quod *Iudæis* erat *scandalum & gentibus stultitia*, Electis fidelibus per tuas portas

ingres-

ingressus fuit *Dei virtus & Dei sapientia*, quia Deus ipse in se recepit, per hoc contemptibile lignum eos gubernare, donec ad æternæ quietis portum peruenirent. O arca nobilissima, quam prosperè per tot scopulos, rupesque tribulationum per tot persecutionum fluctus & horrendas tribulationes nauigasti? contra te insurrexerunt potestates inferni, tyranni huius mundi, & astutiæ carnis: sed non potuerunt prævalere: quia Deus est gubernator tuus, qui & clausit, & bitumine suæ protectionis ita liniuit, vt vndique sis munita ac defendaris. Nam quamuis oculis tuis videas diluuium errorum & peccatorum, quo mundus submergitur; tuisque auribus percipias strepitum miseriarum, quæ illum conturbant: hæ tamen aquæ te non ita penetrant, vt submergant: Dominus enim omnes rimas tuas ita occlusit, vt his omnibus prævaleas, & ab eisdem te defendas. Intra te fames esse non potest, eo quod gubernator tuus de pane doctrinæ, de aqua sapientiæ, de vino charitatis, de Sacramentorum nutrimento, paneque illo Angelorum, qui de Cœlo descendit pro mundi vita, tibi prospexerit: qui panis, quamuis in multos diuidatur, vnicuique tamen tantum datur, quantum omnibus: nec vnquam consumitur, quamuis semper comedatur. Et quamuis in te habitent homines, qui vel nationis vel naturalis constitutionis occasione sint inuicem inimici, si tamen secundum tuas leges vitam instituant summa concordia, paceque fruen-

Isa.11.6.& c. 65.25

tur : de te enim dictum est, quod habitabit *lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit ; vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur ; & puer paruulus minabit eos.* vnusquisque enim prælatus, etiamsi conditione sit paruus & simplex : in virtute tamen Dei sufficiens erit ad gubernandum gregem, charitate gratiaque adeo vnitum & concordem, sicut prius diuisus erat, ob deprauatam inclinationem, prauosque mores. Non erunt contra te nec morbi neque mortes, si tui filij voluerint medicamentis præseruantibus, quæ Deus prouidit, ne in eos inciderent ; aut incidissent, ab eis liberarentur. Quicquid in te est, summa concordia ordineque constitit : quia diuina sapientia rem ita direxit, vt alij maiores sint, alij minores ; alij subditi, alij prælati, qui illos gubernent ; singulos adiuuans, vt officio suo digrè fungantur.

In c.11. Isai.

ET VT verbo concludam, cum Sanctissimo Hieronymo dico : *quod arca in diluuio hoc Ecclesia præstat in mundo.* In ea enim omnes viuere possunt : extra eam necesse est omnes perire ; in ea facietas esse potest. extra eam necesse est esse famem, in ea pax esse potest, sine solatium & vera requies : extra eam nihil tale solidum esse potest, sed quasi in cortice & perfunctoriè. Felices filij Ecclesiæ, quæ talem habent matrem, talem habent gubernatorem & Patrem. O supreme pater, gratias tibi, quod me in hanc arcam induxeris, quam

fabricati

fabricasti ad gratiæ tuæ diuitias, & infinitæ sapientiæ thesauros ostendendos : guberna me Deus in ea ita, vt ad desideratum gloriæ portũ tandem perueniam. Amen.

§. 2.

De ratione meditandi gesta Sanctorum.

TRANSEAMVS nunc ad legendos viuos Ecclesiæ libros, sanctos scilicet homines, in quibus Spiritus diuinus, ipsis cooperantibus, scribit excellentias sanctitatis prædictas, imprimens in tabulis cordium eorum doctrinam fidei, viuosque virtutum characteres; charitatis legem, cum præceptis & consiliis suis; fructus Sacramentorum, & Sacrificiorum, & constantiam in laboribus, & persecutionibus. Quamobrem dixit Sanctus Gregorius : ***viuam lectionem esse vitam bonorum***, lectionem scilicet Sanctitatis & mediorum, quibus illa comparatur; & magnalium Dei illa inspirantis. In qua lectione, ne qua sit deceptio, est obseruandum, tria rerum genera in his libris considerari posse, tanquam tria genera characterum : quosdam enim ipsi Sancti scripserunt proprijs tantum manibus; alios manu Dei adiuti, alios denique DEVS ipse sine ipsis sculpsit, vt iam explicabitur. Lib. 24. Mor cap. 6.

Prima Consideratio.

PRIMVM aliqui Sanctorum, quoniam natura sua filij fuerunt Adami terreni,

imitati parentem, scripserunt in libro suarum conscientiarum grauia aliqua peccata propria sua manu tantum: peccare enim nostrum est tantum) quæ peccata in duobus temporibus scripserunt. 1. *Primum* fuit ante suam conuersionem: in quo laxissimè vixerunt, sunt Maria Magdalena, Matthæus, Saulus & similes, qui in primis librorum suorum foliorum characteres culparum carbone nigriorum inscripserunt, vt aliqui eorum fassi sint, eas recedere a *arenas maris*, b *& capillas capitis*. Sed huiusmodi characteres non permanserunt libro inscripti: quia eos pœnitentia deleuerunt; licet non ipsi soli sed manu principue DEI potens, ob IESV CHRISTI filij sui merita, manifestans infinitam misericordiam suam in hoc, quod in charta adeo maculata superscribere voluerit illustrationes inspirationes suas cœlestes, gratiamque vocationis efficacissimum, qua illos permouit ad suas culpas deflendas; quas ipse ex eorum animis ita deleuit, vt nec vestigium reliquerit: sed adeò purus & immaculatus liber manserit, atque si tales maculas nunquam habuisset. c *Ego* (inquit ipse Dominus) *delui, vt nubem iniquitates tuas; & quasi nebulam peccata tua.* Nam sicut nubes aeriæ videntur esse quædam maculæ ipsius cæli, sed calore solis ita dissoluuntur, vt nullum earum vestigium maneat. Sic (inquit) deleo ego iniquitates, & peccata tua, & iterum dicit: *ego sũ, ego sũ ipse, qui deleo iniquitates tuas, propter me,*

a In orat. Manass.
b Psal. 39. 13.
c Isai. 44. 22
d Isa. 43. 25.

me, & gloriam nominis mei, *nec peccatorum eorum recordabor amplius*, vt vlciscar de eis. Quod totum sapientia diuina disposuit, vt in eodem libro, eodemque eius folio legere posses, & cognoscere, quis homo sit, & quis DEVS; qualis homo fuerit contra DEVM, qualisque DEVS erga hominem: & in hoc homine te ipsum agnosces, attendés, quid ex te ipso habeas; & in eodem agnosces ipsum DEVM videns quantum ipsius gratia valeas obtinere. Primum impellet te ad humilitatem & timorem; secundum & amorem & fiduciam: Vtrumque verò ad insignem pudorem & contritionem. Vis nosse quid sis ex corrupta tua natura peruersaque libertate? aspice quam fuerit carnalis Magdalena, ante suam cõuersionem? quam cupidus Matthæus? quam superbus feroxque Saulus; Nam quales illi fuerunt, es tu; multoque peior esses, si à Deo tibi relinquereris. Siquidem (teste Sancto Augustino) nullum est peccatum, quod faciat aliquis homo, quod non possit alius homo facere. Vis statim cognoscere, quis sit Deus erga te; aspice, quid cum eisdem fecerit, & quæ bona eidem communicauerit: & intellige, eius bonitatem & omnipotentiam non esse immutam, sed promptam esse, vt tibi sicut illis faueat. &, vt dixit Sanctus Paulinus. *ostendit in aliis, quod omnibus, si velint prosit.* Aperi itaque animæ tuæ aures, cum legere incipis vitas eorum Sanctorum, audique breuissimam sed vtilissimam lectionem, quam Christus Domi-

In soliloquio c.15.

Refert Bellarm. tomo. 3 lib de gratia.c.5.

nus noster Saulo prælegit, cum dixit: e Ego sum
e Act. 9. 5. *Iesus Nazarenus quem tu persequeris*: quasi
illi dixerit, Saule agnosce teipsum, & agnosce
me. agnosce, te esse persecutorem illius, qui te
vult saluare: me verò Saluatorem eius, qui te
persequitur. Quo peruenire potuit vltra tua
malitia, quam peruenit; persequendo miseri-
cordem adeo Seruatorē? & in quo potuit ma-
nifestari magis mea misericordia, quam in pec-
catore adeò miserabili, ad mentem & sanitatem
reducendo. Aspice anima mea, vtramq; hanc
effigiem: alteram infinitæ miseriæ & alteram
infinitæ misericordiæ. in prima agnosce quid
tu sis, vt odio te habeas; in secunda agnosce
quis sit Deus, vt illum diligas.

2. VT autem in vtraque cognitione proficias
& crescas: aspice statim peccata, quæ alij
Sancti in libro suo scripserunt, post suam con-
uersionem, & postquam agnouerunt & mu-
tum cum Deo egerunt, qualis fuit Moysis
credulitas, Dauidis adulterium, Petri
gatio, & alia similia, qui nigros hosce char
cteres soli & per se scripserunt, quos etsi
leuerunt, non tamen soli, sed magnis Dei
lijs illos præuenientis, & adiuuantis, ad
maris lacrymis & grauibus pœnitentijs
dos: vt & tu etiam in hoc libro legas, cla
que cognoscas, quis homo sit aduersus De
& quid Deus erga hominem; quàm insi
ingratus, inconstans, & mutabilis homo
obsequio: quàm verò fidelis, constansque
in benefaciendo misero homini? Ex primo

sces

ces tuam infirmitatem vereri: præteritæ sanctitati non fidere; nec securum te putare ob acceptos prius fauores; nec multum tibi propter eos tribuere: Ex secundo verò disces, non desperare de misericordia diuina, si contingat te labi; & sperare, quod ex tuis malis Deus eliciat bona; & vbi creuit culpa, crescitura & gratiam, vt sic manifestetur diuina bonitas & omnipotentia. O Deus omnipotens, qui deles in tuis electis peccata, sicut nubes; vt claros illos serenosq; relinquas, in quibus habites postea per tuam gratiam: dele in me, quæso, quicquid mali ego feci, vt anima mea sit tanquam cœlũ, quod enarret gloriam tuam, propter bona, quę te accepit. Amen.

Secunda Consideratio.

PROGREDIERIS statim ad legendũ cũ longiori mora admirandos characteres, quos scripserunt sancti in libris suarum conscientiarum, propria quidem manu, & industria, sed præueniente tamen & adiuuante gratia. Deus enim a *dedit legem suam in visceribus eorum & in cordibus eorum scripsit eam.* ipsi verò, eodem adiuuante, eandem recepe-

a Ierem. 31. 33 a Hebr 10. 16 b Prou. 3. 3. & c. 7 3.

runt, & ea perfectione b *scripserunt* qua scripta erat in tabulis lapideis, & in libris ipsis scripturæ S. ita, vt si oculos haberes ad vtrumque nunc librum legendum, stupendam deprehẽderes similitudinem inter illos: eò quod valde ad viuum descriptæ sint in altero virtutes, quas alter commendat: aut dic mihi, quid aliud fuit

conſcientia magni illius ſancti Abrahami, nihil liber quidam, in quo Deus ſcripſit id quod eſt fidei perfectiſſimum; ſpei valde arduum: ſupremum obedientiæ; & excellentiſſimum reſignationis & charitatis? Et quamuis Deus velociori manu legem ſuam ſcriberet in corde ſanctiſſimi viri; ipſe tamen exactiſſimè & velociſſimè ipſum ſequebatur: ſcribens manu ſua ſimul cum Deo clariſſimas harum virtutum actiones. obedit ad nutum vocationis diuinæ, exit ex terra ſua, & cognatione ſua peregrinatur per multas prouincias, c *contra ſpem in ſpem credit*, præparat ſe ad offerendum proprium filium Iſaac, d *extendit manum arripit gladium, vt immolaret filium ſuum quem diligebat*: & in omnibus ſtudet e *eſſe perfectus, ambulando coram Deo*: & familiariſſimè cũ eo agendo. Quid verò dicam de S. Iob, cuius mens fuit admirabilis quidam liber, in quo ſcripta erant illuſtriſſima opera religionis verſus Deum, zeli verſus filios ſuos, miſericordiæ erga pauperes, iuſtitiæ erga ciues & ſeruos ſuos, patientiæ in aduerſis, tolerantiæ in iniurijs, puritatis & ſanctitatis in cogitationib. & verbis: hic erat liber, quem ipſemet ſcribi cupiebat cum dixit: f *quis mihi tribuat, vt liberum ſcribat ipſe qui iudicat: vt in humero meo portem illum, & circundem illum quaſi coronam mihi, per ſingulos gradus meos pronunciabo illum; & quaſi principi offeram eum.* Erat autem hic liber, quem S. Iob deſiderabat, ſententia quædam definitiua Dei Iudicis viuorum

c Rom. 4. 18.

d Geneſ. 22. 10.

e Gen. 17. 1.

f Iob. 31. 35.

atque

atque mortuorum ſcriptis mandata, in qua referrentur ipſius Iob opera, labores, calamitates & calumniæ, quas eius aduerſarij ipſi obieciſſent; & reſponſa illius ad illas: & circa hæc omnia in fine libri iuſtiſſimam ipſe ſupremus iudex ſententiam ferret: qua quicquid geſtum fuiſſet approbaret: ſicut re ipſa fecit. Sed & talis liber eſt quæcunque ſcriptura, quæ refert vitas ſanctorum: in qua, Dei ſpiritu, referuntur perſecutiones, quas pertulerunt; tentationes quas vicerunt; & inſignia opera, quæ præſtiterunt: eorum pœnitentiæ, ieiunia, prolixæ vigiliæ, & orationes; eleemoſynæ & opera miſericordiæ, & charitatis erga proximos; & heroica alia facinora, quibus ſeipſos excelluerunt, & ipſam humanam naturam ob diuinæ gratiæ abundantiam, quæ illis aſſiſtebat, eoſque iuuabat. Quod totum approbauit Deus, & bonum eſſe oſtendit, editis multis ſignis ac miraculis per eos, & fauoribus extraordinarijs, quibus eos proſequebatur, in teſtimonium ſui erga illos amoris. In his libris vult idem Dominus te frequenter legere, meditando & ruminando omnia, quæ in illis ſcripta ſunt. Nec tamen vult te hic ſolo eſſe contentum: ſed vt eos ponas ſuper tuos humeros, ſubiens onera diuinæ legis, quæ ſancti tulerunt; & pondus laborum, quos ipſi magno ſpiritu & feruore ſubierunt; moxque liber ille tanquam corona ſuper caput tuum eſt collocandus, vt pugnes viriliter ad imitationem ſanctorum, ea ſpe,

quod sis coronandus ab ipso Deo, sicut & illi fuerunt, magnificiendo sanctitatem, tanquam coronam, præferendo eam omnibus, quæ in hac vita desiderare, aut quærere possis ad singulos passus, ad singulos gradus, quos ascendes, hunc librum pronunciabis, vtendo, & adhibendo exempla Sanctorum, vt ambulare possis, & in virtutibus crescere, sicut illi fecerunt, ac denique eundem librum offeres principi cœli, accipiens in tuis manibus eius opera, vt ea imiteris.

HOC itaque modo legendi tibi sunt cœlestes hi libri, qui clarissima sunt specula, in quibus cognoscere possis teipsum, Deum, & Christum, tuum Saluatorem.

1. SI enim aspexeris, quid Sancti fecerint, deprehendes, malũ, quod tu facis; & bonũ, quod facere negligis; debilem tuam virtutem, & exiguos in ea progressus. *Ostẽde* (inquit DEVS Ezechieli) g *domui Israel templum, & confundãtur ab iniquitatibus suis & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus, quæ fecerũt.* Et quodnam hoc templum est, ait S. Gregorius, nisi vita Sanctorum, qui nos præcesserunt, fuerunt que templum Dei viui? quod templum si aspicias, eiusque fabricam consideratione metiaris, perpendens ac ruminans, quid illi fecerint, confunderis, & erubescas ex ijs, quæ tu facis. Et intuẽs clarissimos hos viros, dices quod scriptum est apud Iob h *respiciet homines, & dicet. peccaui, & verè deliqui; & vt eram dignus, non recepi.*

g Ezec. 43. 10

Lib. 24 mor. c 9.

h Iob. 33. 27.

Exe-

Ex eisdem libris discs cognitionē Dei, qui est *mirabilis in sanctis suis*, & in eis manifestat infinitam suam charitatem, & bonitatem, & admirabilium suarum perfectionum excellētiam. & sicut videmus sæpè solem in pulchritudine nubium & in splendore montium, iuxta illud Dauidis: i *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*. Ita (ait S. Greg.) in illustrib. Sanctorum exemplis aduertimus pulchritudinem ipsius Creatoris, qui adeò illos fecit excellentes, ac perfectos. 2. Psal. 67 36 i Psal. 75.5. Lib. 27. Mor. c. 5.

SED distinctius in eisdem cognosces solem iustitiæ Iesum Christum, cuius viuæ imagines fuerunt Sancti, qui apertum coram se habuerunt k *librum vitæ* huius Agni, de quo paulò post dicemus: in quo legerūt ac meditati sunt describendo illum in seipsis: quem & posuerūt super humeros suos, portantes iugum & onus crucis eius; & eodem seipsos coronarunt, præferentes eum omnibus reb⁹ creatis; ac pronūciantes illum ad singulos passus; imitantes heroicas eius virtutes. & ex ijs, quas ipsi Sancti exercuerūt, clare perspicies, quam fuerint excellentiores illæ, quæ in diuino hoc libro sunt scriptæ: scriptus siquidem fuit, vt esset earum exemplar in toto mundo. O Pater æterne, hunc Principis filij tui librū tibi offero, cū infinitis rationibus ac titulis, qui sunt in eo, vt me exaudias. Concede mihi, vt opera mea, ipsius operib, conformem: vt in die nouissimo, quādo libri oē, aperientur, liber meæ conscientiæ similis inueniatur libro eius vitæ. Amen. 3. k Apoc. 20. 12 S. Greg lib. 10. Mor. c. 19. & lib. 24. c. 6

Tertia consideratio.

VLTIMÒ legẽdę sunt in his libris res illæ, quas ipsemet Deus manu sua scripsit vltra vires & industrias ipsorum sanctorum Prætereo illas admirabiles, quas ergo eos fecit, prævenìendo eos ante omnia eorum merita, vt conuerterentur & ad ipsius obsequium accederent: de quocunque enim veniente ad Christum, ait sanctus Augustinus, quod *trahatur miris modis*, quamuis occultis & stupendis funiculis, catenisque beneficiorum, & internis externisque vocibus, donec consentientes accedant. Venio itaque ad ea, quæ ipsemet Dominus operatus est in Sanctis suis, ad eorum seruitia remuneranda, & ad eos inducendos ad profectum in eis. Quis autem explicare poterit fauores, quibus eos est prosecutus? contemplationis amplitudinem, deuotionis teneritatem, & lacrymas, delicias, iubilos, solatia excellentia, reuelationes, prophetias, gratias miraculorum, & clarissima alia beneficia, quæ manifestabant infinitam charitatem & omnipotentiam Domini illa largientis, & scribentis horum librorum sententias, characteribus aureis, & quidem pulcherrimè illuminatis, vt nos alliceret, & in eis legendis, meditandis, ac imitandis oblectaret, transferendo in animas nostras, non ipsas illuminationes, sed sententias vt virtutes imitaremur; miracula verò, Deique

Lib. cont. 2. epist. Pelag. c. 19.

que fauores admiraremur. Quamuis ipsæ virtutes non fuerint minus admirabiles, vtque in suo genere fuerint etiã prodigiosæ. Vt autem aliquid horum distinctiùs perspicias, conijce oculos in prodigiosam illam a *mulierem*, quam vidit sanctus Ioannes *in cœlo amictam Sole & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim*. Quæ erat figura Ecclesiæ, quatenus sanctorum & perfectorum congregationem complectitur, quorum vitæ sunt veluti prodigium & miraculum diuinæ omnipotentiæ. Quis enim alius, nisi Deus, dare potuisset huic mulieri excelsum adeo locum, atque est cœlum: adeoq; splendens indumentum, atque est Sol fundamentum adeo solidum & elegans, atque est Luna: & coronam adeo glorioſam qualis est duodecim stellarum? Deus est, qui sanctos suos extollit ad id, quod est in actiua & contemplatiua vita altissimum, separando eos à rebus terrenis, vt suas cogitationes affectiones collocent in rebus cœlestibus: illeinduit illos sole iustitiæ, vniendo sibi illos per cognitionem & amorem, in magna vitæ similitudine. Ipse eos fundat super magnam & perfectam puritatem, quam significat Luna plena qua obscuritates omnes, quas habebat, abiecit, ipse denique coronat eos, omnium virtutum. splendore, quæ stellarum instar, partem eius animæ superiorem exornant. Quicquid itaq; Deus pretiosum habet in cœlo, totum collocat in suis electis exornandis; estque adeo admiran-

a Apoc. 12. 1.

mirandum illud ornamentum, vt ipſi Angeli
b Cant.6.9. obſtupeſcant dicentes: b *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens; pulchra, vt Luna: electa, vt Sol; terribilis, vt caſtrorum acies ordinata?* O DEVS æterne, qui tàm es admi-
c Epheſ.1.4 rabilis in Sanctis tuis, quos c *elegiſti*: non quod ipſi, Sancti eſſent; ſed, *vt eſſent ſancti & immaculati in conſpectu tuo*. præueniat me copioſa gratia tua, vt ei cooperando ſanctorum vitam ita mediter, vt etiam imiter; & comiter in loco, veſtimento, fundamento, & corona. Amen.

§. 3.

De excellentijs Virginis ſanctiſſimæ.

NON decet ſilentio præterire optimi librum, quem habet Chriſtus D.N. inter Sanctos Eccleſiæ ſuæ, ſacratiſſimæ ſcilicet Virginem Matrem ſuam, præſignatam ſpeciali quadam excellentia per prodigioſam illam mulierem, de qua proximè dicebamus; cuius vitam par eſt meditari te, ad Dei magnalia cognoſcenda; eamque accipere tãquam exemplar vitæ tuæ, in ijs in quibus imitari eam licet, perpendendo diſtinctè quatuor illas excellentias, quas ornatus eius, quem aud uiſti tibi ob oculos proponit. in quo reliquos Sanctos incomparabiliter excedit: qui quod fuerint in peccato cõcepti, cor habuerunt aliquo tempore in terram deiectum, manſeruntque nudi à veſtimento illo Solis iuſtitiæ, & eius

gratiæ

gratiæ, qui vitam suam inceperunt à vita purgatiua pedetentim se purificantes à culpis suis ad eum modum, quo Luna in suo crementó paulatim dimittit tenebras, donec veniat ad plenitudinem lucis. Quamuis enim habuerint omnes virtutes, non tamen singuli fuerunt in omnibus insignes: sed hi in vna, illi in alia; vnoquoque se aliqua coronante: At Virgo sanctissima ab instanti suæ conceptionis filia fuit lucis, absque vlla admixtione tenebrarũ; cœlumque clarum ab splendore gratiæ, & altitudine vitæ, qua semper erat à terra eleuata, ita vt nunquam eius cor, rei alicui terrenæ adhæresceret; vtque omnes suas cogitationes ac desideria fixa haberet in cœlo, in quo totũ suũ habebat thesaurum. 1.

SEMPER fuit ex omni parte amicta Sole iustitiæ, vnitione quadã charitatis adeò accẽsæ, & similitudine adeò perfecta, vt tota appareret Sol quidam diuinitatis; eiusq; exemplar adeò ad viuum, vt magnus ille Dionysius Areopagita fuisset deceptus, cogitans eam esse Deum, nisi naturale & fidei lumen, deceptionem illam retexisset. Ex quo fit, vt nulla pura creatura, tam distinctè nobis aperiat Dei excellentias, atque hæc Virgo sanctissima, ob admirandam similitudinem, quam cum illo habet. Quare sicut dicit Dauid, quod a *Deus in Sole posuerit tabernaculum suum* ad significãdum, (vt ait S. Thomas) quod quærens perfectã Creatoris & perfectionum eius cognitionem inuenturus sit eã, cõtẽplando eas, q̃ sunt Solis, 2. 2. Refert Dionys. Carthus. in c. 4. de diuin. nomin. 2 Psal. 15. 6

in quo

in quo valdè ad viuum illæ repræsentatur, & similiter, ait idem Sanctus, posuisse Deum tabernaculum suum in Sole sanctissimæ Virginis, cuius heroicas virtutes meditantes, perfectam inueniemus ipsius Dei cognitionem, quia auctor est gratiæ, Quamobrem dixit S. Petrus Chrysologus: eum nescire, quam magnus sit Deus, qui non nouerit animam sacratissimæ Virginis, nec spiritum eius admiretur, in quo Deus adeò se admirabilem ostendit, vt per excellentiam, illa appellatur *electa vt Sol* cui quo singularem habet similitudinem. Nam si reliquos Sanctos excellit, (teste Perro Damiano) sicut Sol reliqua excellit astra, in cuius præsentia videntur non esse, ob excessum eius supra illa.

Serm. 140.

Serm. de Assampt.

3.

EX quo fit, vt ista virgo sanctissima semper fuerit supra puritatem & pulchritudinem plenæ lunæ fundata, incipiens vitam suam ab eo puritatis gradu, quem reliqui sancti in fine vitæ suæ obtinuerunt, fruendo ex priuilegio singulari in terra, ea puritate, quam habent illi qui sunt in cœlo; vtpotè quæ nullum vnquam habuerit peccatum, nec originale, nec actuale, nec imperfectionis alicuius vestigium, nec aliquam inconstantiam, quæ plenitudinem lucis & splendoris eius imminueret, iuxta id quod scriptum est, quod b *Thronus* Christi mater scilicet eius sanctissima (vt interpretatur S. Ioannes Damascenus) esset *sicut sol in conspectu Dei, & sicut luna perfecta in æternum*, imitata scilicet solis magnitudinem,

b Psal. 88, 38.

Lib. 4. fidei. c. 15.

perfe-

perfectæque lunæ pulchritudinem, & vtrumque in æternum.

HINC etiam ortum est, vt stellis duodecim esset coronata, quæ significant totam multitudinem virtutum; & Sanctorum, qui in eis luxerunt. Ipsa enim Virgo singulari eminentia in omnibus resplenduit, ad supremum singularum gradum perueniens, vt cęteri omnes ab ea illas discerent. Quamobrem non solum duodecim Apostoli; sed omnes quoque Martyres, Doctores, & Virgines, ac reliqui sancti eorum successores, sunt huius Dominæ corona bonus siquidem discipulus (teste Apostolo) c *corona* est sui magistri. illa autem fuit omnium Magistra, quæ suis exemplis & orationibus iuuit illos, vt sancti essent. O Virgo clarissima, Sanctorum Sancta, & miraculum miraculorum, ac prodigiorum mundi, fac me stellam aliquam capitis tui: docens me ita vitam tuam meditari, vt meam cum illa conformem.

4.

c Phil. 4. 1.

§. 4.

Quod Sanctorum exempla doceant nos modum vtiliter orandi.

EX prædictis omnibus deducitur, quod ad perfectè discendam Spiritus scientiam, de qua agimus, sit medium valdè efficax, aspicere in libris viuis Sanctorum, modum orandi & meditandi, quo illi sunt vsi; si ingenuè statuamus, eorum exempla imitari. per eos enim solet Deus stupendas facere muta-

tiones: infirmos animando, vt ad sanctitatem & perfectionem eorum adspirent, & vero etiam perueniant: siquidem a *manus Domini* (vt ait Isaias) *non est abbreuiata, vt saluare nequeat*, & nos Sanctos efficere: qui omnes exhortatur, vt tales sint, cùm dicit: b *sancti estote, quia ego sanctus sum.* Vt vero animum reddamas ad tantam perfectionem, modumque teneas, quo eam assequaris, memor esto mysticæ illius mutationis, quam Samuel Saulo prædixit his verbis: c *venies in collem Dei, vbi est statio Philistinorum: & cum ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium, & tympanum & tibiam & citharam, ipsosq; prophetantes: Et insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis; & mutaberis in virum alium.* Quod totum ita illi euenit, vt *videntes*, præ admiratione *dicerent ad inuicem quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas?* in quo euentu adumbrata mirifice inuenies spiritualia Sanctorũ exercitia, & admirandos effectus, quos eorũ exempla efficiũt.

a Isai. 59. 1.

b Leuit. 11. 44 & c. 19. 2

c 1. Reg. 10. 5

I. In primis enim studeant, frequentissimè ascendere ad collem Dei, in quo (vt ait S. Greg.) occupatur in lectione ac meditatione mysteriorũ, quæ sunt in diuina scriptura, & ab eo colles (qui etiam d *thuris* appellatur) feruentes suas orationes dirigunt in cœlũ. Et in hoc ascensu seipsos inuicẽ comitantur, sicut in descensu inuicẽ se suis exemplis iuuent, & ad feruorem in suis exercitijs prouocent: ad eũ modũ, qua

I. Lib. 4. in 1. Reg. c. 4

d Cant. 4. 6.

e Seraphin clamabant alter ad alterũ: & f sancta quatuor animalia, alis suis inuicẽ percutiebant, quasi seipsa incitarent ad exercitia diuinarum laudum; & ad volatum spiritus, vt mysteria diuina contẽplarentur. Et quoniã in hoc collestatio est Phylistinorũ, eò quod plurimi sint hostes oppugnantes orationem, & contẽplationem, Sancti se mutuò iuuant, vt illis resistentes, in sanctis suis exercitijs perseuerent.

e Isa. 7.3.
f Ezec. 1.24.
S. Greg. l. 24. Mor. c. 6.

SVPRA hunc collem constituti sancti in sua meditatione, quatuor internè exercent affectuum & valdè efficacium propositorũ genera, tanquam quatuor musica instrumenta pulsantes non terrena sed cœlestia: quia Scriptura vocat *psalterium, tympanum, tibiam*, & *citharam*. *Primi* affectus sunt doloris & contritionis, quasi tibiam inflantes, quarum vsus olim erat in exequijs defunctorum: lugent. n. ob sua & proximorum, qui vita gratiæ priuati sint, peccata. Hos affectus sequuntur propositi mortificationis, quę per tympana, ex animalium pellibus exsiccatis, fortiter q; tractis cõfecta significantur: quia decreuerunt carnem castigare ac domare, vt trahatur vltra, id, quod ipsa vellet; & seipsum dedat subijciatq; spiritui. Exercent deinde feruentia obedientiæ desideria, pulsantes psalterium decem chordarum, cum eo animi firmo decreto, vt perfectè impleant decem legis mandata, reliquaque præcepta, & consilia, quæ ad ipsius statum pertinent. Ac denique citharas pulsant cum iubilo & cordis exultatione,

2.

Ex S. Greg.

ob ea beneficia, quæ à Deo accipiunt, & in posterum accipere sperant.

3. ET vt horum animi propositorum efficacitas magis appareat, quoniam non semper possunt in alto eius collis hærere, nec in sua recollectione semper esse: cùm inde descendunt prodeuntque in publicum, portant secum eadem instrumenta in manibus, magna industria ea pulsantes, exercentes videlicet magno feruore, quod facere proposuerunt. prodeunt verò etiam prophetantes, verbis scilicet & operibus laudantes Deum; eius magnalia predicantes exemploque suo ostendentes, quæ sint contemnenda temporalia, & æterna quærenda, quæ retro sunt, obliuioni tradenda, & ad ea, quæ sunt ante, aspirandum. Hæc enim altissima est, & vtilissima prophetia, quæ discitur in colle orationis & meditationis.

O FELIX contemplatio, quæ ad tantam eleuas altitudinem? ô musica paradisi? ô cœlestis cantus, Deo gratus, Angelis admirabilis, & Ecclesiæ vtilis, iustis iucundus, sæculis bus stupendus, & potens ad corda omnino mutanda? ô felices prophetæ in huiusmodi exercitijs occupati? ô quam est suauis musica vestræ obedientiæ, & mortificationis, in qua cordo concordat cum spiritu, & humana voluntas cum diuina? ô quam sunt dulces vestræ lacrymæ? quam amabile vestrum gaudium, & vestrum exemplum ad corda mutanda potens? suauitate enim vestræ musicæ malignos spiritus terretis, diuinum verò spiritum è cœlo attra-

trahitis, qui corda mutat ex terrenis in cœlestia, faciatque illa vobis similia.

QVEMADMODVM enim, cũ primum vidit Saul prophetas prædictos, spiritus Dei venit super eum, mutauitq; virum in alterum illis similem: Ita licet sis improbus, durus, aut valdè remissus, si frequenter conuerseris cum his viris spiritualibus, & contemplationi deditis eorum aspiciendo exempla, aut in libris attentè legendo, veniet super te spiritus Dei cum sanctis suis inspirationibus, & impulsibus internis, commutabitque cor tuum, alliciẽdo illud ad similia exercitia; tibique persuadendo, vt eadem instrumenta musica arripiens, ea pulses, sicut prophetæ, factus illis similis, cum tanta omnium, qui te prius nouerant, admiratione, vt mutuò sibi dicant: *quid est hoc quod accidit filio Cis?* & quomodo *Saul est inter prophetas?* quis hunc hominem ex carnali in spiritualem transmutauit; ex tepido in feruentem; ex terreno in diuinum? Quis eum tam repentè in alium virum mutauit? & qus talem fecit mutationem? Tuæ sunt Deus meus, istæ mutationes, & à tua dextera proueniunt: licet media adhibeas, societatem viuorum contemplantium, & exempla clarissimarum eorum virtutum.

O HOMO tepide, durique cordis, si vis à Deo mutari, fieriq; sicut vn⁹ ex hisce viris sanctis, coniungere illis, lege in viuis hisce libris, disce formam orandi, quam te suis exemplis docent; ascende cum eis ad collem Dei,

depoſito Phyliſtinorum timore; tecum eſt enim ſpiritus diuinus, qui illos proſternet; &
3. muſica inſtrumenta quæ pulſaueris, incutient illis metum: ſocijque tui ſancti animum tibi addent, ad pugnandum contra illos. Quod si Deus hanc tibi miſericordiam exhiberet, vt ad conſcendendum collem religionis vocatus in qua diutius practicatur oratio, eiuſque exempla ſunt frequentiora & feruentiora, certus eſſet tua victoria, & emolumentum copioſum; & eſto non voceris, in quocunque tamen ſtatu vitæ ſtatu, conſcende hunc collem ſtatus. Deus enim te comitabitur, ſuaq; fouebit praeſentia. O Sponſe animarum caſtarum, qui ad hunc collem aſcendens, tecum deduens dilectas ſponſas tuas: clarifica oculos meos, vt templum videam, quod tu mihi dedisti, cum in hac vita degeres, & quod Sancti tui, quos cœlo apud te habes, dū hic viuerent, dedicarunt & nunc dant ij, quos adhuc habes in terra, vt in his libris legens, diſcam ita orare, & templari, ſicut tu vis; eoque feruore & & perfectione, quam mihi conſulis. Amen.

CAPVT

CAPVT X.

INCIPIMVS AGERE DE perfecta IESV CHRISTI *Domini nostri cognitione, quæ obtinetur meditando viuum ipsius vitæ librum: proponuntur summatim omnia eius mysteria, & virtutes.*

EXCELLENTISSIMVS maximeque naturæ nostræ accommodatus liber, ad studendum mysticæ spiritus scientiæ, & ad perfectam contemplationem ascendendum, est IESVS CHRISTVS Seruator noster, DEVS & homo verus, in quo simul est, quod est Dei excelsum, & quod est hominis infimum: qui de se dixit: *Ego sum ostium: per me, si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* Sic nobis significans: se vnicum esse medium obtinendi veram salutem, & vitam æternam; pascuaq; perfectæ cognitionis, amoris, omnium virtutum, donorum, & solatiorũ spiritualium. Per hanc portam ingrediendum est nobis, ad contemplanda arcana, & inuisibilia eius diuinitatis; & exeundum ad

a Ioan. 10. 9.

contemplanda externa, & visibilia eius humanitatis; ingrediendo & egrediendo frequenter: quia semel id facere non sufficit, ad cognoscendum quicquid in Christo est: & quotidie opus est nouam refectionem accipere. Et simul oportet ingredi & egredi, quia non satis est externa cognoscere humanitatis, nisi cognoscas etiam interna diuinitatis: nec bene

Ioan. 17. 3. poteris cognoscere interna diuinitatis, nisi transeas per externa humanitatis. Nam vita æterna, totaque nostra beatitudo consistit in hoc, vt fide viua vtrumque credamus, & perfecta beneuolaque cognitione vtrumque cognoscamus. Nam qui ea non nouerit, non poterit in cœlum intrare: b *sine fide*, qua creditur quis Deus sit, & quis Christus, *impossibile est placere Deo*, & salutem habere, & vitam

b Heb. 11. 6

c Act. 4. 12. spiritualem, Et, vt dixit S. Petrus: c *non est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nomen Iesu.* Nam viua huius Saluatoris fide, salui facti sunt legis antiquæ iusti, quamuis non fuerit illis adeò expressa, atque

S. Thom. 2. 2 q. 2. a. 7. est nobis.

§. I.

Mysteria Saluatoris secundum eius humanitatem.

S. Hilar. Præfat. in Psal. 5 Greg. l. 4. Dialog. c. 42

PRO HVIVS materiæ fundamento præmittimus, vitam CHRISTI Domini nostri, eiusque mysteria, sicut in libro æternæ sapientiæ erat præordinatum, iuxta ea, quæ in sacra Scriptura con-

continentur, esse sicut illum a *librum* quem Sanctus Ioannes *vidit in dexter sedentis super thronum, scriptum intus & foris*; plicatum ad instar membranæ ex vtraque parte scriptæ; *signatum sigillis septē & nemo poterat neq; in cælo, neq; in terra neq; subtus terram, aperire librum, donec Agnus, qui stabat tanquam occisus, venit & accepit de dextra sedentis in throno librum, quem aperuit*, ac resignauit. Vita enim Seruatoris nostri scripta fuit characteribus excellentissimarum perfectionum, ac virtutum, tàm ex parte interiori diuinitatis suæ, quàm in exteriore humanitatis; sicut etiam in interiori sanctissimæ eius animæ, & in exteriori sanctissimi corporis: quod totum accepit de manu Dei. Nam ab æterno patre per æternam generationem accepit, quod habebat quà erat Deus; & ab eiusdem omnipotentia, q̄ fecit, accipiendo formam hominis. Id quod totum, ante eius Incarnationem, erat instar libri clausi, & sigillis multis obsignati, ita vt plebs antiqua non sciret distinctè legere, aut intelligere quod in eo latebat; licet omnes viderent septem sigilla prophetias videlicet parabolas, sacrificia, ceremonias, sacramenta, stupendi euentus, & varij qui instar imaginum & figurarum referebant id, quod postea erat venturum. Hæc sigilla resignauit Agnus filius Dei viui, cum producere cæpit in lucem mysteria vitæ suæ, quæ sub illis latebant: quæ licebit educere ad septem potiora, quæ Sancta Ecclesia nobis proponit in septem articu-

a Apoc. 5, 1.

ticulis sacræ humanitatis.

1. Tract.1.c.10. aliquid est insinuatum.

PRIMVM sigillum aperuit in instanti suæ Incarnationis, quãdo magnus ille Deus maiestatis, quem nec cœli nec terra capiunt, ita se dimisit & angustauit, vt infantuli formam acciperet in vtero vnius virginis, in quo fuit conceptus, non viri alicuius operâ, sed virtute Spiritus Sancti cum tanta gratiarum immensitate in anima, quanta conueniebat vnigenito filio æterni patris. Et tunc apertæ fuerunt & explicatæ prophetiæ & figuræ, quæ altissimum hoc mysterium adumbrabant: ita vt omnes iam sciamus, de quo dixerint prophetæ: b *Virgo concipiet, pariet q; filiũ, & vocabitur nomen eius Emanuel*: & quod c *fœmina circumdabit virum*, habebit, s. in suo vtero virum perfectũ. Sciamus quoq; quid significet, q; Deus descendit tanq; d *ignis in medium rubi, qui cum arderet, non comburebatur*: & e *rorem* totum è cœlo descendere *in* exiguum *vellus lanæ*: & f *virgam* siccam *Aaron floruisse, fructusq; protulisse*.

S. Bernar. in Serm. de Resurrect.

b Isai.7.14.
c Iere.31.22.
d Exod.3.2.
e Iud.6.37.
f Num.17.8.

2. POST nouẽ mẽses incepit *secundum* sigillũ aperire, quãdo in porticu Bethleemitica natus est, absq; detrimento integritatis & virginitatis matris eius; & octauo die fuit circũcisus; & paulò post à Magis adoratus, p̃sentatus in tẽplo; ductus in Aegyptũ, & reductus in Nazareth; vbi vitã quandã duxit occultã, sed admirandã, ob eius paupertatem, silentium, & humilitatem.

3. CVM peruenit ad annum ætatis suæ trigesimum, cœpit sigillum, *tertium* aperire, cum scilicet voluit, se mundo manifestare: incipiens à

baptismo

baptismo, vbi cœli aperti sunt, Paterq; & Spiritus S. testimoniũ dederunt diuinitatis & Sãctitatis eiº & paulò post (vt refert S. Luc.) g *cũ intrasset in Synagogã traditus est illi liber* clausº quẽ ille aperuit, & vt *reuoluit illũ inuenit locũ*, apud Isaiã, qui de eius in mũdũ aduentu ad prędicandũ Euangeliũ loquebatur: dixitq; omnib. *hodie impleta est hæc Scriptura in aurib. vestris.* Et ex eo qvidetis & auditis sublatũ est sigillũ, quo illa erat clausa. Hoc modo perrexit in sua p̃dicatione cũ clarissimis miraculis & horrẽdis p̃secutionib. ac laboribus, donec inimici eiº ex odio & inuidia de morte ei inferẽda egerint, à quibus fuit captus, flagellis cæsus, spinis coronatus, ac deniq; cruci affixus: in qua paulo antequã expiraret, aliquid aceti degustauit, vt scriptura impleretur, quę ea de re loquebatur; & statim dixit: h *cõsummatũ est*, quicquid, s. de me erat prædictum, & scriptum: ac proinde totum iam manet manifestum & explicatũ in cuius testimonium i *velũ templum* quod Sãcta Sãctorum tegebat, *scissum est medium à summo vsque deorsum*: vt intelligerentur esse k *propalata* mysteria, quæ eousq; erant ibi occulta & figurata: & cuiq; licere iam illa videre, & intelligere.

g Luc. 4. 17.

h Ioan. 19. 30

i Matt. 27. 51.
k Heb 9. 8.

Sed statim atq; expirauit aperuit *quartũ* sigillũ cũ anima eius sanctissima verbo diuino vnita ad inferos descendit, penetrans inferiores partes terræ, vbi suæ passionis virtute infernales portas aperuit: suosq; captiuos libertate donauit, magnaq; victoriã ac triũpho cũ eisdẽ

inde

5. inde exiuit. Tertio die *quintum* aperuit sigillum, dum sanctissima illa anima ingressa sepulcrum, corpori in eo iacenti se coniunxit: & exiuit nobilis iste triumphator ingenti gloriâ renouatus, triumphans de morte, & peccato, de inferno. & Principe huius mundi; certa reddens testimonia suæ gloriosæ Resurrectionis, *interpretans* (vt ait S. Lucas) *quæ in omnibus Scripturis de ipso* occulta *erant, & aperiens sensum discipulorum, vt ea intelligerent.*

! Luc. 24. 27 32. 45.

6. POST dies quadraginta *sextum* aperuit sigillum: ascendens propria virtute in cœlum, secumque ducens captiuos, quos è limbo eduxerat; singulos collocans in throno gloriæ, quam quisque esset promeritus: ipse verò sedit ad dexteram Dei patris, apud quem nostrũ agit aduocatum; & vterque mittit nobis Spiritum Sanctum cum stupendis gratiæ suæ donis, ad perficiendam conuersionem & sanctificationem animarum. in quo munere, ad finem vsque mundi perseuerabit, quando tandem aperietur *septimum* sigillum Iudicij, quod ex parte est iam apertum. magna enim claritate, & absque ænigmate, vmbris aut figuris, aduentum suum ad iudicium in magna gloria & maiestate prædicauit ac prædixit, explicans circumstantias præcipuas futuri Iudicij, resurrectionem corporum, & separationem Iustorum ab impiis; sententiam in fauorem illorum, & contra hos eiusq; executionem. Quamuis occultum sit adhuc, quando illa dies futura sit; quæ vbi aderit, erit liber omninò apertus, ita

vt omnes

vt omnes in vniuersum homines in valle Iosaphat sint visuri magnitudinem & maiestatem Seruatoris sui, vt impij confusi maneant; exultent verò iusti.

HAEC sunt mysteria septem, & præcipui humanitas Christi D.N. articuli, quos antiqui confusè & implicitè credebant, sub varijs figuris: sicut qui libri sigilla vident, sed nõ quòd intus scriptum continetur. Qui autem in lege noua viuimus eadẽ explicitè ac distinctè videmus: quia sigilla sunt iam aperta; & ipse Saluator omnia est executus, sicut diximus. Fide itaq; explicitâ valdè, ac distinctâ ea credimus & intelligimus, sicut in sanctis Euangelijs reuelata sunt & expressa: quæ esse nobis debent continua meditationis nostræ materia, vt penetremus & sentiamus, quod in singulis scriptum est intus & foris: interiora scilicet diuinitatis & exteriora sacratissimæ humanitatis eiusq; opera heroica, corporis labores, & animæ virtutes atque affectus. Quare necesse est, eundem agnum Iesum Christum, qui librum hunc tori populo Christiano aperit, eâ ratione qua diximus, in particulari singulis nostrum eum aperire; & internem diuina sua illustratione manifestare, quę in singulis mysterijs continentur, quod faciet ipse liberalissimè nisi nos ipsi nobis desimus. decet tamen nos recognoscere felicem nostram sortem, quæ nobis in lege gratiæ existentibus obtigit: quod scilicet legere ac meditari possimus in hoc libro adeò distinctè. m *Beati* enim (inquit ipse

m Matt. 13. 16 Luc. 10. 23.

Salua-

Saluator suis Apostolis) *oculi, qui vident, quod vos videtis, & aures, quæ audiunt, quæ vos auditis. Amen quippe dico vobis, quod multi prophetæ, & Reges & iusti cupierũt videre, quæ vos videtis, & non viderunt; & audire, quæ auditis, & non audierunt.* Cum itaq. hoc nos obtinuerimꝰ, laudemus, demusq. gloriam ei, qui tantum nobis contulit beneficium Et iure optimo (vt S. Ioannes refert) n *cum agnus aperuisset librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno: habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum: & cantabant canticum nouum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es & redemisti nos Deo, in sanguine tuo ex omni tribu & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnũ, & sacerdotes: & regnabimus super terrã. Et vidi & audiui vocẽ angelorũ multorũ in circuitu throni & animaliũ & seniorũ: & erat numerus eorũ millia millium dicentiũ voce magna: Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & diuinitatẽ & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam & benedictionem.* O Saluator dulcissime, gaudeo & exulto cum istis sanctis, & cœlestibus hierarchiis; gratiasq; cum illis ago, q admirabilem istum librum aperueris, & rep patefeceris, quod ab æterna tua Sapientia decretũ erat, sed figuris antiquæ legis obuelatũ eundẽ quæso mihi aperi, lucemq; tuam cœlestem mihi concede, vt ita legam, mediter, & intelligam,

n Apoc. 5. 8.

telligam, vt laudum cantica tibi cantem, offeramq; feruentes fragrantesq; orationes, & mu ficam dulciũ affectuum; fruarque summo regno, & sacerdotio, q̃ mihi comparasti, vt tecũ & cum sanctis tuis regnem in æternũ, Amen.

§. 2.

De præcipuis Seruatoris nostri virtutibus.

QVAE hactenus de Christo D.N. septẽq; Sanctissimæ eius humanitatis mysterijs diximus, possunt proportione quadam intelligi de perfectione Euangelicâ, quã ipse exercuit ac docuit: quæ similiter est a *liber* quidam *in dextera* manu *Dei* sicut prædixit Moyses dicens: b *in dextera eius ignea lex.* qui intus & foris scriptus est: complectitur. n. excellẽtes virtutes & opera interna & externa, p̃miaque eorũ clarissima, tũ in hac, tũ in futura vita. qui tamen clausus ante erat, septemq; sigillis obsignatus. multæ enim difficultates & asperitates, quas habet annexas, in causa fuerunt, cur antiqui nec legere nec intelligere eum possẽt: donec Christus supremus noster Magister in mundum veniens, eundem librum aperiret, & ab his difficultatibus expediret; manifestando omnes has virtutes: primum in seipso ad exẽplum: deinde easdem verbo prædicãdo, gratiamq; S. Spiritus communicando, quæ possent suauiter ab alijs executioni mandari. Hoc aperte constabit ex ijs, quæ prædicauit in solemni illo sermone, quem habuit in monte, cum aperuit os suum, vt aperiret ac declararet clausum &

a Apoc. 5. 1.
b Deut. 33. 2.

sum & obsignatum cœlestis suæ doctrinæ librum. & incepit ab octo heroicis virtutibus, adeo arduis, ac difficilibus, vt vix cognitæ fuerint in mundo, eo modo & sensu, quo ille declarauit. Quod vt discipuli melius caperent, statim illis dixit: *audistis quia dictum est antiquis: non occides; non mœchaberis; non periurabis; diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum. Ego autem dico vobis,* & altiorem aliam perfectionem docere vos volo, quæ hactenus clausa & obsignata fuit ipsis antiquis: ideoq; paucorum fuerunt perfecti, & vnus aut alter attigit aliquam ex his virtutibus, quas nunc volo omnibus esse apertas & parentes. Et quamuis multæ illæ sint, valdeque præclaræ: omnes tamen in illis, quas in itio sermonis proposui, tanquam compendio comprehenduntur: quas beatitudines appellamus, & respondent septem huius libri sigillis. Quamuis enim distincte fuerint octo, at (vt S. Thomas aduertit) octaua continetur in septima, ideoq; præmia non ponuntur nisi septem.

: Matt. 5. 21. 7.

. 2. q. 69. a. 3. ad 5.

1.

PRIMVM ergo resignauit sigillum PAVPERTATIS dicens: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Et quid fuit in mundo magis occultum & incognitum quam beatitudinem collocare in renunciatione rerum omnium, & in exuendo corde ab affectu earum; in eisdem distribuendis, si opus esset, pauperibus? Et quis diceret, beatum illum esse qui abnegat semetipsum, & honoribus ac præeminentijs renunciat, eligens potius si-

bi vl-

bi vltimum inter alios locum. Hoc itaq;, quod obsignatum erat in libro perfectionis, & sanctitatis, resighauit agnus Christus Iesus, factus ipse pauper & humilis pro nobis: docensq; suos discipulos, eãdem paupertatem, & humilitatem amplecti, vt ipsum imitarentur; in ea enim ipsos inuenturos perfectionem & beatitudinem temporalem & æternam.

Mox *mansuetudinis* sigillum aperuit, dicens: *Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.* idque declarans, docuit; reprimendos esse iræ motus, non exteriores tantum, sed etiam interiores, auertendo omnem contentionem, tolerando contemptum, condonãdo injurias; nosq; promptos offerendo, ad nouas potius tolerandas, quam vindicandas antiquas: vt *d si quis te percusserit in dextram maxillam tuã, prabeas illi & alteram*, scilicet percutiendam: *& si quis tuam tunicam velit tollere, dimittes ei & pallium*: res temporales potius, honorem & vitam cupiens perdere, quam veram sanctitatẽ & Iustitiam lædere. d Matt. 5. 39

Apervit deinde tertium sigillum dicẽs: *Beati qui* Lvgent: *quoniam ipsi consolabuntur*, non enim veram consolationem consistere in ludendo, & ridendo, sicut mundus existimat; sed in peccatis nostris lugendis & pœnitentiâ eorum subeundâ; castigando carnem, & compellendo eam intrare per angustam mortificationis portam: cogendo illam ad tollendã crucem suam; & si opus ita erit, etiam ad moriendũ in ea. Et ne hoc ipsum cum tristitia tædioq; 3.

faciamus, quartum sigillum aperuit dicens: *beatos esse* QVI ESVRIANT ET SITIANT IVSTITIAM, cibũ suũ potumq́; existimantes esse, Deo obedire, eiusq́; legẽ seruare; implere sui status onera, & obligationes, & propriã voluntatẽ conculcare: quo Dei & ministrorũ eius voluntatẽ sequantur: seipsos in tali obedientia oblectando, sicut, qui esurit & sitit, oblectatur, cum cibum & potum sumit; & hac ratione Dei voluntatem in terra faciendo, sicut fit in cœlo. Hinc perrexit ad quintum sigillum,

5. dicens: *Beatos* esse MISERICORDES, & valde minutim cõmemorat misericordiæ opera tũ corporalia tũ spiritualia erga omnes proximos, extendendo ea etiã ad inimicos: faciendo, s. benè ijs à quib. malũ acceperis; eiq; benedicendo, qui tibi maledixerit; & honorando qui nos calumniantur; & persequuntur: vt hac ratione misericordes, & perfecti simus, sicut est pater noster cælestis, qui benefacit bonis & malis, iustis & iniustis.

6. VENIT postea ad sextum sigillum CORDIS scilicet MVNDITIEM, dicens: *beatos* esse qui *corde* essent *mundo*: statuens hanc mũditiem, adeò heroicam esse debere, vt neque opere, neque verbo, neque cogitatione, tale quid admitteremus, quod maculam illi adferret. & vt hæc perfectior esset etiam ad corporis munditiem suasit extendi; renunciando scilicet omnibus carnis voluptatibus, non modò prohibitis, sed multis etiam quę licitæ esse poterant, vt in carne mortali viuentes, vitam duce-

rent

cerent angelicam: perfectéque ſpiritualē & dignam, quæ poſſet videre Deum, eoq; frui in terra dulci contemplatione, quæ maiori claritate poſſidetur in cœlo.

DENIQVE aperuit ſeptimum ſigillum, qui fructus eſt charitatis, proprius filiorum Dei: *beati* (inquit) *pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*: ſic declarans, beatitudinem noſtram conſiſtere in perfecta vnitione, paceque, & cōcordia cum ipſomet Deo, & cum proximis noſtris; & in eo, quod omnibus noſtris viribus iuuemus, vt & illi cum Deo, & inter ſeipſos ſint conformes, & inuicem ſe diligant in Deo, & eidem ipſi Deo: quo diuina eius gloriā dilatetur, creſcatque in ſanctitate corpus Eccleſiæ myſticum. Et quoniam in executione omnium harū virtutū magnæ ſunt contradictiones, cōcluſit dicens: beatos eſſe, qui PERSECVTIONEM PATIANTVR PROPTER IVSTICIAM, ob conſeruandā. ſ. virtutem & ſanctitatē prædictā, ita vt, ſi fortiter patienterq; in ea perſeuerent, manſuri ſint in poſſeſſione regni cœlorum plenè fruentes omnibus prædictis præmijs. 7.

HAE ſunt præcipuæ virtutes, ſcriptæ in libro vitæ Chriſti Domini noſtri, qui in ſeipſo illas produxit in lucem; eas exercens à tempore Natiuitatis ſuæ in ſpecu Bethlehemitica, vſque ad mortem in cruce: vt omnium illarum exemplum nobis præberet, iuxta prophetiam Iſaiæ, cui DEVS loquens de vngenito filio ſuo dixit: e *ſume tibi* e Iſai. 8.

librum grandem (LXX. dicunt: *grandem, & nouum*) *& scribe in eo stylo hominis*, quæ verba sunt. Hoc significans, quod filius eius Sanctissimus futurus esset instar libri cuiusdã magni & noui; magni in sanctitate; noui in modo docendi & exercendi: in quo scribenda esset perfectio stylo hominis, magnis scilicet claris, & patentibus characteribus, virtutum conformium naturæ hominum; ita vt omnes à maiore ad minorem possent legere, intelligere, & in praxim deducere: simul indicans, quod vera perfectio & sanctitas tunc in eisdem virtutibus consistere censebuntur, si erunt illis similes, quæ in diuino hoc libro scriptas viderent. Et quia fuimus tam felices, vt librum hunc apertum & extensum videremus, præcipuum nostrum studium esse debet, quotidie in eo legere ac meditari; conando aspicere, ruminare & imitari in singulis virtutibus interiora & exteriora, quæ illæ complectuntur; præmiumque, quod illis proportione respondet: sicut suo loco de octo beatitudinibus diximus, & postea aliquid etiam earum declarabimus.

Infra Tract. 4. c. 2.

SED non præteribo silentio, quod S. Hieronymus perpendit: prophetam Isaiam, ad scribendum prædictum librum stylo hominis adhibuisse duos testes, *Vriam*, quod significat lumen aut ignem Domini; & *Zachariam*, quod Dei memoriam significat. Quid autem hoc aliud fuit, quam vt te doceret: ad legendum & meditandum vtiliter mysteria & virtutes Saluatoris, opus esse lumine cœli, & igne

3. part. Medit. 11. in Isaiæ 8.

& igne Spiritus Sancti, cum memoria præsentiæ Dei. hac enim luce intelliges, quæ legeris, & meditaberis: & eo igne accenderis desiderio illud imitandi & opere exequendi. & hac memoria Domini te aspicientis, diligentius attendes, quid agas. O mundi Saluator, qui simul es liber, & Magister; auxiliator, & testis; lux & ignis: assiste mecum, ad legendum, & meditandum mysteria & virtutes tuas: comitare meam memoriam, illustra intellectum, & ita accende voluntatem, vt, quod meditabor, intelligam: quod intelligam, amem; & opere exequar, quod amabo. Amen.

Arias mont.

§. 3.

Mysteria & perfectiones diuinitatis.

Adhvc multò est altius & excellentius, quod Christus Seruator noster reuelauit de sua ipsius diuinitate, eiusq. infinitis perfectionibus. Nam de illa quoq. dicere licet, q̃ sit liber scriptus intus & foris: sed sigillis septem obsignatus, quo ad multa valde arcana & admirabilia, quæ in lege antiqua adeò explicata non erant: donec idem agnus Iesus Christus, librum eum aperiendo, reuelauit. iuxta id q̃ eius Euangelista de eo dixit: a *Deum nemo vidit vnquam, Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit.*

a Ioan. 1. 18.

Et quamuis multa nobis mysteria reuelauerit, quædam, quæ spectant ad interiora ipsi° diuinitatis, quædã quæ ad eius operationes ex-

ternas, quæ ab ea procedunt omnia tamen reuocari possunt ad septem mysteria, siue articulos ipsius diuinitatis, quos Ecclesia in hùc modum proponit.

1. PRIMVM aperuit sigillum æternæ suæ generationis, reuelans nobis, q̃ Deus sit verè PATER infinitæ maiestatis, non habens ab alio
2. principium, sed in æternitate sua, per notitiam sui intellectus, generat diuinum VERBVM,
3. quod est eius filius. Etiam manifestauit æternum processionis SPIRITVS Sancti, qui a Patre & filio procedit per amorem, quo æternum se amant. Et quamuis tres sint personæ re-
4. ipsa distinctæ, VNVM tamen idemque sunt in diuinitate, cum summa æqualitate in omnibus suis perfectionibus, ita vt omnes tres sint VNVS idemque DEVS, in vna æternitate & bonitate, ita vt vnus altero non sit antiquior, sapientior, potentior aut sanctior; ex quo peruenit, vt omnes tres summam habeant in operando vnionem: quia sicut cognoscunt, volunt & possunt vnum & idem: ita absq; vlla diuisione, illud idem operantur: & omnes tres sunt VNVS idemq; CREATOR, gubernator, &
5. prospector mundi. Verũ præ alijs nobis mani-
6. festauit indulgentissimã sanctissimæ Trinitatis prouidentiã, circa salutẽ hominũ, per filij INCARNATIONEM: in qua omnes tres personæ infinitam suam charitatẽ, & misericordiã summæ Iustitiæ coniunctam, manifestarunt. Neq; n. Pater potuit amplius nos amare, quam dando nobis filium suum vnigenitũ, qui nos redimeret

dimeret; nec potuit filius amplius nostri commiseratione affici, quam in se suscipiendo pœnas quibus satisfaceret pro nostris culpis. Quia eius Iustitia non voluit culpas condonare, nisi æqualis pro eis satisfactio ipsi offerretur: quod cum homo præstare non posset, ipsemet factus est homo, vt pro eo solueret quod ille debebat. Et ipse Spiritus S. inuisibiliter venit, vt huius Saluationis sit executor, suis nos præueniens inspirationibus ad credendum, orandum, & operandum sicut oportet: communicando nobis in magna abundantia admirabiles suæ gratiæ thesauros. Ac deniq; ipsemet Deus vult esse 7.
GLORIFICATOR, & præmium suorum electorum, cœlos suos omnibus aperiendo, & ad claram ipsiusmet diuinitatis visionẽ admittendo: vt eodem modo ipsi sint beati, quo ipse beatus est; & eisdem bonis fruantur, quibus fruitur ipse.

Haec septem mysteria, sicut posita sunt, nobis reuelauit Seruator noster; debentq; esse materia nostræ meditationis, & contemplationis, cum desiderio cognoscendi, & amandi magnũ hũc Deum, Trinum & vnum; eiusq; exemplares virtutes, quo modo imitari possum°, æmulandi. Sed vt ipse Euangelista S. Ioannes multis lacrymis impetrauit, vt agnus, ipso presente librum aperiret, vt legere posset & intelligere: b *quia nemo poterat neq; in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum: neque* dignus erat qui *illum respiceret*, ita fatendum tibi est, solum saluatorem dare b Apoc. 5.

tibi posse veram cognitionem & æstimationem altissimorum horum mysteriorum; neq; te aut creaturam vllam posse per seipsam ea assequi: lacrymis verò ac suspirijs supplicare illi oportet, vt illa tibi aperiat, & intra tuum Spiritum reueleť: alioquin clausa tibi & velata remansura. O agnus Dei, qui habes clauem Dauid & c *quod tu aperis, nemo claudit; & quod tu claudis, nemo aperit:* supplex te oro, vt claue diuinæ tuæ scientiæ intelligentiam mihi altissimorum mysteriorum tuorum aperias, vt ea intelligam, eoque modo sentiam, quo tu illa reuelasti; & assequar finem, ob quem illa nobis aperuisti. Amen.

b Apoc. 3. 7.

CAPVT XI.

PERNICIOSAM ESSE IGNORANTIAM EIUS QUOD EST DEUS & CHRISTUS SERUATOR NOSTER: & PERFECTAM EIUS COGNITIONEM CONSISTERE IN TRANSFORMATIONE QUADAM SPIRITUS NOSTRI IN VIUAM EIUS GLORIÆ IMAGINEM; & QUA RATIONE HÆC TRANSFORMATIO FIAT; & QUAE EIUS EXCELLENTIA.

ETIAMSI Christus Dominus noster librum hunc, vt prædictum est, aperuerit, quidque in eo contineretur, stylo adeò familiari declarat,

clararit, vt qui viua fide illum voluerit a *legere, percurrere posſit*, sine periculo offensionis: multi tamen fuerunt, qui non potuerunt illum legere; sed adhuc illis est adeò occlusus, atque si reclusus non fuisset; eò quod duplici graui ignorantia laborent: altera verò Christi Seruatoris mundi; altera b *ipsiusmet Dei*, admiscentes mille errores ijs, quæ de illis audierunt quorum miseriam deplorabat Apostolus dicens: c *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit, non obedire veritati, ante quorum oculos* IESVS CHRISTVS *præscriptus est*, & sententia in scriptis lata ad mortem damnatus? (aut (sicut S. Chrysostomus ait) qui habetis coram vobis Christum, tanquam scripturam & picturam, in qua legeratis veritatem Euangelij eius? ô quam est plenus mundus huiusmodi insipientibus, qui videntur fascinati, & quasi absorpti à bonis delectabilibus terræ, nec habent oculos, vt videant mysteria cœlestia? Sed quid mirum, quod miser homo ignorantiæ sui ipsius, qua laborat, cùm adeò sibi sit coniunctus, hanc quoque miseriam adiungat, vt etiam sui Creatoris & Saluatoris ignorantia laboret? Et si magna incommoda ex priori ignorantia proueniunt, vt supra diximus: multò maiora prouenient ex posteriori. Vt enim ait Apostolus: d *Qui ignorat, ignorabitur*. quasi diceret, qui Deum & Christum non nouit: neq; ab ipsis cognoscetur, cognitione scilicet approbationis, qua suos electos cognoscit. potius in die nouissimo, dicet illi:

a Habac. 2. 2 Isa. 8 v. 16

b Cor. 15. 34

c Galat. 3. 1.

d 1. Cor. 14 38

e Matt. 25. 13 e *nescio vos.* Nam sicut f *vita æterna est, vt cognoscatur bene Deus, & Iesus Christus, quem ille misit*: ita erit mors æterna, quod ijdem nō cognoscantur; sed ignorentur. ex quo innumera mala & peccata proueniunt, sicut ipsemet Dominus dixit: g *vastata est omnis terra, quia stultus populus meus me non cognouit*: h *& propterea captiuus ductus est: quia non habuit scientiam.* Esto. n. multas alias habeat scientias, si hæc illi desit, idem est, ac si nullam haberet. Nam huius ignorantia captiuus ducetur à suis hostibus dœmonibus, ligatus propriarū passionum catenis, proprijsque peccatis irretitus & eijcietur à terra promissionis, quæ est ecclesia; vt transferatur in Babylonem æternæ confusionis, quæ est infernus.

f Ioan. 17. 3.

g Ier. 4. 20.

h Isa. 5. 13.

§. 1.

De duplici ignorantia.

SED quoniam miseria nostra tanta est, vt ignorantia submersi, existimemus, nos ea carere: aduertendum est, duplicem esse ignorātiam siue errorem circa Deum & Christum Dominum: alteram speculatiuam, alteram practicam.

1. PRIMA lędit fidem, cùm deest vera cognitio eius, quod illa credendum præscribit; aut est aliquis error contra id, quod reuelatum est de Deo, & Christo D.N. Talis est ignorantia, qua laborant miseri Hæretici, ac Iudæi, qui etsi non fabricant sibi sicut gentes Deos aureos, & argenteos, qui sint imagines falsorum

1. Cor. 8. 4.

Deo-

Deorum; in suo tamen intellectu tales formãt cogitationes & conceptus, vt illi non sint imagines veri Dei, veriq́ue Christi Seruatoris nostri; sed inania idola Dei alicuius, & Christi ficti, ab eorum ignorantia adinuenti. Si enim faciunt conceptum alicuius Dei, qui non sit spiritus, sed corpus; aut qui non sit trinus in personis; aut qui creaturarum non habeat prouidentiam; aut talis Christi, qui sit purus homo, & non Deus; aut qui non habeat verum corpus, sed fictum: hoc totum est idolum. quia non est in mundo talis Deus; nec talis Christus sicut isti, quem illi fingunt, & cuius causa Deũ verum contemnunt, quem ignorant: quia, vt dixit S. Apost. Iudas: k *Quæcunq́, ignorant blasphemant*; negant quod non intelligunt, & loquuntur malè de eo, quod nec credunt, nec nouerunt. Et in hodiernum vsque diem Christus D.N. vt prædixit Isaias, multis infidelibus est l *sicut liber signatus* septem sigillis. Quia ipsamet mysteria infantiæ, eius vitæ, passionis, & mortis illos excœcant: vt non credant, esse diuinitatem in eo, qui adeò se humiliauit: sicut euenit Iudæis, qui Messiæ, quem sperabant, conceptum quendam sibi formauerant, cum mille erroribus: fingentes sibi tanquam Regem temporalem, opulentum, potentem, & bellicosum. cùm autem viderunt Christum adeo pauperem, humilem, & abiectum, non cognouerunt esse Messiam, ac propterea eum abiecerunt, & affixerunt cruci.

k Iudas in sua Canon. 10.

l Isa. 29. 11.

1. Cor. 2. 8 Act. 37. 1.

Sed

3. SED hos omittamus, tanquam gentem inc
Deo, & sine Christo; contra quorum ignoran-
tias agitur in alijs libris: & accedamus ad al-
teram ignorantiam & errorem practicum,
qui est multorum fidelium, quibus competit
quod Apostolus dixit: m *confitentur, se nosse*
DEVM, *factis autem negant*. Et illud
m Tit.1.16 sancti Ioannis: n *Qui dicit se nosse Deum,*
n 1.Ioan.2.4 *& mandata eius non custodit, mendax est,*
o c.3.6. *& in hoc veritas non est.* & o *qui peccat, non*
vidit eum, nec cognouit eum. quia non nouit
sicut oportet, nec cum ea veritate & puritate,
quam in seipso habet: sed cum multis nebulis
& obscuritatibus, formans conceptum Dei,
rerumque eius valdè confusum & breuem; &
admixtis plurimis apprehensionibus alienis
ab eo, quod ipse habet; & quo dignus est quod
Serm.38.in Cant. mirificè explicat S. Bernardus dicens: omnes
peccatores, qui nolunt conuerti, laborare hac
ignorantia Dei. Siquidem nullam ob causam
negligunt, quam quod sibi fingant grauem &
seuerum eum, qui est pius; implacabilem ac
durum eum, qui est misericors; ferum ac ter-
ribilem eum; qui est mitis & amabilis: & ipsa
iniquitas mentitur sibi, ipsi dum formar sibi i-
dolum pro eo; quod non est ipse, sed statua a-
liqua aut fictus Deus. neque enim talis est Deus
in mundo, qualem ipsius imaginatio eum de-
pinxit. Talis fuit ignorantia, & error pigri il-
p Matt.25.18. lius serui, qui p *fodit talentum, & abscondit*
24. *pecuniam Domini sui*: & tempore rationis red-
dendæ, ostendit quam finxisset sibi effigiem

Domi-

Domini sui dicēs: *Scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti; & congregas, vbi non sparsisti; & timens abij, & abscondi talentum tuū in terra: ecce habes quod tuum est.* Et in hunc modum singuli peccatores, desides, & imperfecti, formant intra se Deum quendam, & Christum iuxta suam apprehensionem, aut humorem. Scrupolosus enim iudicat DEVM valdè exactum, & quorumcunque minimorum rationem habentem; qui anxius est, illum imaginatur, quasi longas moras trahentem in rebus suis, quia nō statim succurrit anxietati suę: pusillanimis depingit illū inexorabilem; seuerum in iudicando, & qui illatas sibi iniurias vlciscitur; delicatus, illum facit sibi minimum misericordē, & qui q *multitudinis peccatorum eius ad finem vitæ misereb[itur].*

q Eccl. 5 6.

3.

SICVT tempore, quo Christus Dominus noster prædicabat varios de ipso conceptus, quis ipse esset, homines formabant. r *alij* enim existimabant ipsum esse *Ioannem Baptistam, alij Eliam, aut Ieremiam, aut vnum ex prophetis*: sic nunc ali qui CHRISTVM cogitant seuerum pœnitentem, solitarium, sicut Ioannem Baptistam; existimantes, hoc & non aliud esse ingenium Christi; & neminem saluandum, qui talem eum non existimet. alij fingunt Christum sicut Eliam, qui ignem de cœlo mittat contra peccatores, nec illum relinquat impunitum, qui contra ipsum aliquid admiserit, sed statim vlciscatur:

r Mat. 16. 14.

cuius

cuius contrarium ipsemet dixit duobus discipulis valdè zelantibus, qui proprium Magistri sui spiritum non satis agnouerant: alij Christum Dominum apprehendunt mœstum, & flentem, sicut Ieremiam continendo spiritum Christi in continua tristitia & lacrymis: quasi non possit vnquam habere lætitiam, qui vel semel peccauerit. Hos & huiusmodi alios fallos conceptus habent multi homines, non quod Christiani talia de Christo aut Domino Deo credant, sed quod ipsorum opera testimonium dent harum fictionum, à vero aberrantium: qui agunt tanquam qui suas actiones talibus phantasijs moderentur. Ex quo prouenit, vt alij in fiducia deficiant, alij in eadem excedant, ac præsumant, alij sint nimium laxæ conscientiæ, alij nimium arctæ: omnes tamen in apprehensione sua aberrant, quia non est in Deo nec in Christo, quod ipsi imaginantur.

4. HIS peractis erroribus sunt alij similes circa virtutes Christianas, earumque valorem. Quamobrem dixit philosophus: omnem hominem improbum, esse ignorantem, & Sapiens ait: *errare* omnes, *qui operantur malum*. Maximus verò eorum error in eo consistit, q̃ nõ habeant æstimationem, quam debent habere Deo, de eius bonitate, & iustitia, de virtute & sanctitate; & quod non integrum exactumque conceptum faciant de grauitate atque malitia vnius peccati. & similiter sunt alij errores practici circa præ-

cepta

1 Ethic. c. 1. Prou. 14. 22

S. Tho. 1. 2. q 76. a. 4. ad 1. & q. 78. a. 1 ad 1.

cepta, præmia & pœnas; eò quod non satis apprehendant suauitatem legis diuinæ, sed t *fingant* quasi inaccessibilem, & vt ait Dauid: *Laborem in præcepto* : nec felicitatem cœlestem, aut inferni atrocitatem; quia horum omnium faciunt conceptus valdè falsos & confusos. Vt his malis occurras, & hos errores euites, refert plurimum, si te solicitè exerceas in legendis ac meditandis omnibus, quæ continentur in libro glorioſissimæ vitæ ac doctrinæ Seruatoris D.N. sicut ipse librum illum aperuit ac declarauit: in quo deprehendes verum conceptum, effigiem, & figuram, quam debeas tibi formare de vero Deo, & eius Christo, ac virtutibus, quibus ille glorificatur: ne decipiaris in cognitione eius, quẽ amare debes ac imitari.

t Psal. 93. 20

§. 2.

Qua ratione perfecta Dei, Christiq; cognitio formetur.

Modvm, quo perfecta hæc cognitio sit formanda, mirificè declarauit Apostolus dicens: a *Nos reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu*. Gloriam Domini vocat mysteria in quibus splendet gloria diuinitatis ac Trinitatis Dei, cum omnibus suis excellentijs, & perfectionibus; & gloria Iesv Christi,

a 2. Cor. 3. 18

qui

qui splendor est substantiæ Patris æternæ, cum omnibus virtutibus, gratijs, ac donis, quæ elucent in mysterijs diuini huius libri, de quo diximus: quæ ait Apostolus, speculamur, non sicut Israelitæ, qui non potentes ferre splendorem ex facie Moysis prodeuntem, aspiciebant illum velo tectum: & usque hodiernum vsque diem aspiciunt illi mysteria CHRISTI velo tecta, & cortice suarum scripturarum; & tanquam librum obsignatum sigillis suarum figurarum, & cœremoniarum externarum: non penetrantes intentem in eis spiritum: quia non remouent velum ignorantiæ, & incredulitatis, quod impositum fuerunt duro cordi suo: nos autem aspicimus hæc mysteria, *reuelata facie*, submota scilicet velo, & ablatis sigillis, sicut in sancto Euangelio sunt explicata, quod tanquam librum patentem *speculamur*, tanquam in claro speculo, quod planè ostendit nobis, quicquid repræsentat; & ibi vultum videmus Christi gloriosissimum, variasque figuras, quas pro nobis assumpsit, in quas *transformamur*, de scurrentes ab vna in alteram, & ab vno gradu *claritatis* in alterum, permoti ac directi *a Domini spiritu*.

Speculari est in specalo videre. 3. Tho. ibid. L. & 2. & 2. q. 180. a. 3. ad 4.

CVM hoc dicit Apostolus, obiter nos docet, proprietates virorum spiritualium, contentioni & contemplationi vacantium: in qua discernuntur à tepidis & imperfectis, qui de his non agunt, aut ea paruifaciunt: fidei enim mysteria aspiciunt tanquam velo & nu-

bu-

bula cooperta; aut tanquam in speculo vapore aliquo aut pulueribus obducto: in quo non cernuntur distinctè vultus hominum, sed quasi confusè: eò quod fidem habeant obfuscatam, culpis & affectionibus terrenis; parumque exercitatam in considerandis eisdem mysterijs, ideoque satis sibi existimant, si confusè illa credant; non formantes distinctum conceptum eius, quod est Deus & Christus, infernus, aut cœlum. Et quoniam non penetrant, quæ intra has res sunt, eas non sentiunt; nec dant operam, vt transformentur in diuinam imaginem; nec vt sequantur, quod fides illis dictat.

1. At viri spirituales has res aspiciunt vultu aperto & sine velo aut nebula, & in libro aperto, & in speculo claro, in quo vultus aspicientium distinctè cernuntur; & formatur distinctus conceptus eius, quod est in illis, iuxta id quod fides de eis reuelauit: quam habent valdè clarificatam, & puram cum mundicia cordis.

2. Ex quo procedit, vt etiam contemplentur hæc mysteria non vultu, rubore aut pudore cooperto, quasi erubescerent aspicere opprobria, & contemptus Saluatoris; sed aperta facie, læta ac serena, formantes sibi conceptum quendam valdè glorioſum de his omnibus: honorem & gloriam eiusdem Domini, existimantes, non solum quod est de diuinitate reuelatum, sed etiam quod gessit, & perpessus est in humanitate: de vtrisque enim intelligi

b Ioan.1.14. potest, quod dixit S. Ioan. b *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis.* & Angeli in eius natali cecinerunt: c *Gloria in excelsis Deo.* in his enim virtutibus emicuerunt virtutes & perfectiones præclarissimæ: & de eisdem gloriatur, qui eas benè intelligunt, quas sibi ipsis præeligunt, & d *gloriantur*, nõ in aliare, *nisi in cruce D.N. Iesu Christi.*

c Luc.2.14

d Galat.6.14

3. HINC est, quod cùm hæc mysteria cogitat & meditãtur, conentur pertingere ad finem principalem suæ contemplationis: de quo dicit. quod *in eandem imaginem transformantur* eius Dñi, quem meditantur & contẽplantur. participes eius claritatis & splendoris cum magna similitudine: ad modũ, quo ferrum missum in focum, transformatur in imaginem ignis; tantum concipiens splendoris, & cãloris, vt ignis potiùs videatur, quam ferrum: sic iustus contemplans diuinitatem, & sacratissimam Christi humanitatem, transformatur in diuinam eius imaginem. Infinita enim claritas, pulchritudo, & sanctitas, q̃ intuetur, & contemplatur, efficit in ipsomet aliam similẽ ingentis splendoris, gratiarum, & virtutum, donorumq̃; cœlestium: quæ illum efficiũt valdè similẽ Deo & Christo. Et quẽadmodũ hic Dñs in suis mysterijs varias induit imagines, vt apparet in præsepio, in monte Thabor, & in monte Caluario; in oẽs eas conatur iustus se transformare eo modo, quo potest *à claritate in claritatẽ*. non q̃ ipse solus possit eam transforma-

S. Bonauent. de 7. gradib. contempl. tom. 2. in eadem imaginata trãsformamur.

formationem efficere, cùm dicat Apost. *tanquam à Domini spiritu*: quia scilicet diuini spiritus est proprius effectus: sed quod prævenienti spiritui cooperetur omni diligentia possibili in hunc modum.

1. Primvm supponendũ est, intellectũ nostrum esse sicut aliquem pictorẽ, cuius munus est facere imagines, figuras, & effigies rerum omnium visibilium, & inuisibilium, quæ ad ipsius notitiam perueniunt; quas imagines appellamus conceptus: quando .n. intellectus noster aliquid cognoscit, id ꝙ intra se cõcipit, est imago & idea quædã spiritualis rei, quã cognouit, tanquã prolem, quæ etiam ab ea producitur. Quamobrem dixit S. Ioan. e *nos* in cœlo *futuros similes* Deo, *quoniã videbimus* (inquit) *eum sicuti est*. significans, visionem Dei claram esse quandam ipsius Dei similitudinem effigiatam in spiritu nostro, per quam illi assimilamur. & quemadmodũ pictores, cũ alicuius vultum pingendo imitantur, interdũ effigiem faciunt valdè dissimilem rei, quam imitari volebant; aut omninò, aut ex parte: at si periti sint pictores, solent valdè ad viuum effigiem delineare, quæ sit rei simillima, quam imitari intendebant: Ita etiam cùm intellectus noster vult de Deo cogitare, aut de Christo, interdum format conceptũ seu effigiem valdè falsam, atque absimilem ei, quam reuera habent in seipsis, quales sunt conceptus insipientum, & improborum, de quibus supra est dictum: sed interdum tamen formant cõceptũ

e 1. Ioan. 3. 2.

Dei & Christi verum, proprium, plenum, valdeque similem ei, quod est de illis reuelatum, & quod reuera ipsi habent: & talem conceptum formant viri spirituales in sua contemplatione, talem etiam sibi formauerat Sponsa, cum interrogata, qualis esset dilectus eius respondit, minutim referendo omnes eius proprietates, f *dilectus* (inquit) *meus candidus & rubicundus, electus ex millibus: caput eius aurum optimum; comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus: oculi eius sicut columbæ, quæ lacte sunt lotæ.* & ita pergit referendo reliquas partes eius corporis, ostendens his similibus quam exactè eum nouisset, eiusque perfectiones ac virtutes assecuta esset. In hunc ergo modum studere debes, lectione & meditatione formare intra teipsum conceptum quendam & cogitationem, quæ imago sit, valdeque viua idea eius, quod est Deus & Christus in seipsis. Bonitatis scilicet, charitatis, sapientiæ, patientiæ, cæterarumque virtutum ac perfectionum, quas fides nos docet altissimè de singulis sentiendo; vt figura, in qua illum cernis, & apud te habes, similis sit ei, quam de seipso nobis reuelauit: & tunc inspis transformari per cognitionem in imaginem gloriæ eius.

f Cant. 5. 9

2. SED non hic sistit transformatio. Nam ab hac imagine, quæ imprimitur intellectui, procedere debet alia imago, & idea affectuum, & virtutum, ac perfectionum supremi istius Domini, ad nostram voluntatem, eo modo quo

possunt

possunt Creaturæ illum imitari. Sicut itaque intellectu depinxisti imaginem Christi misericordis & Sancti; aut figuram eiusdem infantuli, pauperis, contempti, aut in cruce pendentis: Ita imprimas voluntati tuæ ideam illam viuam affectuum, quos Christus Dominus habebat: ex qua prodeant in te opera valdè similia ipsius operibus. vt sic impleas, quod ipse tantopere commendauit, cùm dixit: g ***Pone me, vt signaculum, super cor tuum: vt signaculum super brachium tuum.*** neque enim absq. magna causa & mysterio voluit, se comparare imagini & figuræ in sigillo sculptæ, quæ nõ eum vsum habet, quemadmodum aliæ imagines, vt visum tantum recreet, aut in memoriã reuocet personam, quam refert: sed præcipuus eius vsus est, vt aliquid obsignetur, propriam iuam omninò figuram imprimendo rei, quæ obsignatur, vt apertè apareat cuius sit: aut vt tenè sit custodita. Hoc igitur modo viua Iesu Christi D.N imago & idea eiusque virtutũ, & clarissimorum operum, quæ ob oculos tibi ponit in lectione & meditatione, non debet tantum oculos tuos recreare, aut ipsum tibi in memoriam reuocare eo tempore, quo meditaris: sed vt te verè obsignet, imprimendo animæ tuæ viuã eiusdem Dñi imaginem, ipsius imagini simillimam, quam interius & exterius habebat. Propterea n. dicit: ***vt signaculum hoc*** super cor tuum, & super brachium tuũ ponas. Per cor (inquit Theodoretus) intelligitur hic vita contemplatiua, quę tota est interna, & cognitio-

g Cant. 8. 6.

Vide Martin. del Rio hic.

gnitione & affectu; per brachium aũt intelligitur vita actiua, quæ externis rebus occupatur. ac propterea Deus in veteri lege iussit, vt sacerdotes acciperent h *pectuscula & armum*, cũ brachio arietis, quæ *cederent in vsum* eorũ, vt intelligerent; se debere valdè expertos & exercitatos esse in operibus interioribus vitæ contemplatiuæ & affectiuæ: & in externis vitæ actiuæ. Quid itaque est, quod Christus tibi dicat: *pone me sicut signaculum super cor & brachium tuũ*, nisi quod te moneat, vt diuinã ipsius imaginem imprimas intellectui tuo, cũ illam agnoscis: & voluntati, per affectus amoris & virtutũ internarum: & sensibus ac potentijs externis, & earum operibus, transformãdo te totum in viuam ipsius imaginẽ: sicut transformatur cera in imaginem sigilli: tunc n. maximè completur transformatio. de qua dicit Apost. trãseundo à claritate in claritatem: à claritate. s. Iesu Christi, ad nostram claritatem: & à claritate cognitionis, ad claritatem affectus: & ab hac, ad claritatem operum: ita vt omnia sint clarificata imagine diuini istius signaculi. O dilecte animæ meæ, tu iubes, me ponere te tanquã signaculum super cor meũ, & brachium meũ: sed ego supplex oro, vt tu ipse ponas te, vt signaculũ supra totum spiritum meũ: ego enim sine te id præstare non sciam. pone te igitur sicut signaculum super meas potentias, imprimendo illis imaginẽ eius, qui tu es, vt te agnoscam, amem & æmuler: totusq; transformer in te, tuque viuas in me in æternum. Amẽ.

h Exod. 29. 26.

§. 3.

De culmine & celsitate, ad quam hæc perfecta cognitio ascendere potest.

Sed quis declarare poterit, quomodo Christus D.N. impleat hoc desiderium imprimendi seipsum tanquam signaculum spiritui nostro? ipsemet hoc declarauit, loquens cum æterno suo Patre: a *ego* (inquit) *claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus: ego in eis* sum, *& tu in me, vt sint consummati in vnum*, & perfecti in hac vnione, *vt cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me*. O altitudo charitatis Christi, quò potuit illa vlterius ascendere, quam electis suis eam impertiretur claritatem, quam ipse ab æterno suo Patre acceperat? & quæ hæc est claritas, nisi claritas cognitionis & amoris cum clarissimis donis gratiarum & virtutum, quæ illa comitantur? hanc ipsemet nobis largitur. nisi enim ipse det, non possumus viribus nostris eam adipisci. ipse ponit se tanquam signaculum super spiritum nostrum; vt suam imprimat imaginem, cum tanta similitudine, vt simus vnum cum ipso: & vt ait Apostolus: b *qui adhæret Domino, vnus spiritus est*, scilicet cum eius spiritu: ita, vt propter hanc similitudinem, mundus agnoscat excellentiam illius Domini, cuius gerimus sigillum; credatque patrem eius, ipsum misisse, vt noster esset Magister, redemptor & exemplar omnium. Designauit septem sigilla figurarum, & cœremonia-

a Ioan. 17. 22

b 2. Cor. 6. 17

moniarum externarum, quibus eius liber erat clausus, & obsignabatur populus Hebræus: & loco illorũ vult, eũdẽ librũ clarissimę suę vitę sigillum esse, quo obsignetur populus Christianus: imprimens electis suis viuam vitæ
c 2. Cor. 4. 10 suæ imaginem: vt c *vita Iesu manifestetur* (vt ait Apost. *in corporibus eorum*: eaque muniti sint, ac securi, donec transferantur in cœlum, vbi erit vnio perfecta per visionem beatificam.

1. SED videamus nunc, quam altè ascendat hic in terra? eousq; progreditur, vt sit vnum,
d Ioan 10. 14 sicut pater & filius vnum sunt: d *Ego*, inquit, *sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ sicut nouit me Pater, & ego cognosco Patrem*. Videamus nunc quomodo Pater cognoscat filium & quomo filius agnoscat Patrem, oueisque sui gregis. Fides nos docet, quod æternus pater cognoscens diuinam suam essentiam, per eam cognitionẽ producat viuam & infinitam imaginem sui ipsius, filium scilicet suum vnigenitum, quem propterea verbum appellamus, & sapientiam patris, quam æternum generat, communicans illi suam diuinitatem, omnesque suas perfectiones tanta similitudine, vt vterque sit vnus eademque res in essentia: idque tanto amore & gaudio, vt non possit sibi non complacere & oblectari in eo, eumque amare infinito amore: & per eundem omnia operatur, quia vnum omninò est vtriusque velle, & posse. Hoc ergo modo bonus hic pastor Christus Iesus

cogno-

cognoscit electas suas oues; cognitione comprehensiua, beneuola, & efficaci: imprimens eis imaginem & similitudinem diuinæ suæ naturæ, gratiam scilicet, & charitatem, cum reliquis virtutibus, donisq; supernaturalibus; viturque ac coniungitur eis sicut sigillum; accipiens eas in suas, ac diligens, & complacens sibi in eis: & per easdem operatur res valde gloriosas. In hunc ergo modum non quidem æqualiter, sed valde proportionaliter, perfecti Christi discipuli, qui optimæ sunt oues eius gregis, eò perueniunt, vt in Contemplatione eum agnoscant, cognitione quadam adeò robusta, & efficaci, vt in suis intellectibus formet perfectam quandam imaginem ipsiusmet Christi, eiusque virtutum ac perfectionum placentes sibi & oblectantes in eis: & eadem viuacitate ac efficacia illas imprimunt suæ voluntati, amando hunc pastorem, & pro suo eum accipiendo, seque ipsos illi coniungendo; nec volentes quicquam agere aut facere, nisi cum ipso, & propter ipsum, & adipsiusmet similitudinem, ita vt cum Apostolo dicant: e *Viuo iam non ego; viuit verò in me Christus*: Ego viuo vitam naturalem, ipse verò in me viuit vitam supernaturalem; cognitio mea, amor meus, affectus & opera mea ab ipso procedunt, ipsum referunt, per ipsum ego illa facio, & ipse in me: quia Spiritu vnum sumus. ipse est in me, & ego in eo per amorem. hoc modo ipsemet Christus, quà homo est, patrem suum agnoscit, cogni-

e Gal. 2. 20.

tione beneuolâ, quæ diuinam eius volûtatem ſcrutatur, imitatur ei° perfectiones, approbat quicquid ille diſponit, illudq; ad nutum exequitur, ita vt imaginem infinitæ perfectionis, quam à Patre accipit, qua Deus eſt, imprimat ſibi ipſi qua eſt homo, cum ineffabili ſimilitudine, propter quam, in ſuo tamen gradu, dicere licet, qualis eſt Pater, talem eſſe & filium, &: f *qui videt Filium videre etiam Patrem.*

f Ioan. 14. 9. ; Rom. 8. 29

O Pater æterne, qui tuos electos g *prædeſtinaſti conformes fieri imaginis filij tui*: per eum ſupplex oro, vt mihi concedas illum cognoſcere, amare, tantoq; ſpiritu imitari, vt me conformem, & transformem in imaginem gloriæ eius. O Redemptor dulciſſime, qui h *dum orares in monte* Thabor, trãsformaſti & h *transfiguraſti* corpus tuum in gloriоſam animæ tuæ imaginem; & *Moyſen atque Eliã* transformaſti in imaginem gloriæ & i *Maieſtatis*, quam tu habebas: transforma & transfigura animã meã in tuam, imprimens ei figuram excellentium virtutum tuarum: vt per earum ſimilitudinem ſim vnum tecum, Amen.

g Luc. 9. 28 ſq. i Matt. 17. 2.

2. VT perueniamus ad cognitionem adeo excelſam, voluit Chriſtus Dominus noſter docere nos ſtatim quandam aliam, infirmitati noſtræ magis conformem, dicens: proprietatem eſſe ouium k *agnoſcere ſuum paſtorem, & ſequi eum; agnoſcere vocem eius*, obedire ei, *ſequendo eum*; *alienum autem non ſequi, quia non nouerunt vocem alienorum*, quaſi diceret: ſi vis eſſe ouis Chriſti, opus eſt ſupremum hunc

k Ioan. 10. 4. 14.

paſtorem

pastorem agnoscere, ad duo oculos conijciendo, ad ipsius scilicet l *vestigia* vt ea *sequaris*, considerans exempla quæ tibi dedit, & opera quæ fecit: & ad eius vocem & sibilum, vt studeas illum agoscere in præceptis & consilijs legis, quam promulgauit, & admirandâ doctrinâ quam prædicauit, obediendo ei in omnibus quæ præceperit, aut tibi inspirauerit. hoc est enim, illum perfectè cognoscere, sicut ipsemet dixit: m *Ego noui patrẽ, & scio eũ, & sermonẽ eius seruo.* quod si hoc modo cognosces tuũ pastorem, ille te signabit tanquam ouem suam signaculo viuę suæ imaginis & similitudinis impressæ in intimo animi tui, ipse enim dixit: n *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Frater erit, quia accipiet à Patre æterno imaginem gratiæ eius, qua similis fiet Christo; erit & mater, quia spiritualiter ipsum concipiet intra seipsam, formans in se ipsammet CHRISTI imaginem, sicut iam diximus, & de hac cognitione adeò beneuola & obediente potius gloriari debes, quam de omnibus aliis scientijs, dignitatibus, aut terrenis diuitijs iuxta illud quod ipse per Ieremiam dixit: o *in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me.* scire (inquam) vt verum conceptum, quis ego sim formet: cognoscere verò, vt approbet quicquid in me videbit: *quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & Iustitiam in terra: hæc enim placent mihi.* & eadem, opus est facere

l 1. Petr. 2. 21.

m Ioan. 8. 55.

n Matt. 12. 50

o Iere. 9. 24.

facere eum, qui me cognouerit. O dilecte cordis mei, ex nunc cupio gloriari, quod te cognoscam & amem, sicut tu vis: in eo collocans meam oblectationem, vt me in tuæ gloriæ imaginem transformem, transiens à claritate in claritatem, vt crescam & proficiam in cognitione & amore tui, donec videam te in claritate æternæ tuæ gloriæ, Amen.

CAPVT. XII.

QVOD IN LIBRO VITAE Christi Domini nostri meditandæ sint septem admirabiles vnitiones siue coniunctiones rerum valde distantium, cũ varijs affectibus humilitatis & charitatis.

INTER prodigia & mirabilia quę Deus operatus est, & in suis electis quotidie operatur, non est minimum (vt Sanctus Bernardus expendit:) quod cum humano intellectu coniunxerit cognitionem rerum altissimarũ quæ fide nituntur, ita vt in intellectu, qui consueuit sensibus duci, & humanæ rationis discursibus, his omnibus reiectis, eleuet se supra seipsum, ad credendum multa, quæ excedunt

id eorum

cr. 3. de virg. l. Natiuit.

id totum, quod sensus & ratio assequi possunt; eaque admittat ac sentiat maiori multò certitudine, quàm si ea videret aut palparet, aut naturali ratione penetraret. Id quod singulariter elucet in mysterijs Christi Domini nostri, in quibus talis est vnio & coniunctio rerũ adeò distantium, vt, eas ita coniungere, videretur impossibile. Quæ distantia inter illas, præcipuè in septem rebus valde mysticis, fuit, tanquam septem signacula, quibus a *liber vitæ*, qui est ipse Christus, occlusus & obsignatus mansit ita vt multi non potuerint legere illum, aut meditari; nec adhuc possunt, donec ipsemet Christus Seruator noster sigilla resignet, & faciat in illis coniunctionem intellectus eorum, cum certissima rerum illarum fide. Nos autem in quibus iam infinita Dei charitas, hæc mirabilia est operata, largiendo nobis distinctam suorum mysteriorum fidem, meritò debemus illam clarificare, & cum ipsius auxilio perficere, meditantes ac perpendentes prædictas stupendas coniunctiones: omnes enim sunt necessariæ ad obtinendam perfectã huius Domini cognitionem, cum iucunda sapientiæ, omnipotentiæ, ac charitatis admiratione, quam ostendit in eo, quòd sciuerit, potuerit, voluerintq; res adeò distantes in vnum coniũgere, pro nostra reparatione.

a Apoc. 20. 1. & c 5. 1.

PRIMA vnio siue coniunctio, quæ radix & fons est reliquarum, est vnio duarum naturarũ diuinæ scilicet & humanæ, in vna eademque persona, ita vt etsi infinita sit distantia inter

1.

Deum

DEVM & hominem, inter vitam Dei & vitam hominis coniungantur tamen in vno eodemque Christo Domino, qui simul est verus Deus & verus homo, & simul viuebat vitam diuinam, faciens propria opera Dei, creando scilicet, conseruando, & gubernando mundum, & simul viuebat vitam humanam, faciendo opera hominis propria comedendo scilicet dormiendo, crescendo, sentiendo, ac discurrendo: & reliqua, quæ faciunt puri homines; ita vt alia opera alia non impedirent.

2. HINC processit secunda coniunctio, animę scilicet beatæ ac glorificatæ cum corpore mortali ac patibili, ita vt vnus idemq; Christus duas simul vitas duceret, alteram beati, quo ad animam, qua Deum clarè videbat, cum immenso gaudio, & cum omnibus excellentijs, quibus fruuntur beati in cœlo empyreo: & simul vitam viueret Viatoris, subiectam, quo ad corpus, omnibus miserijs mortalitatis, quas patiuntur homines in hac lacrymarum valle. Ex quo etiam procedebat, vt in eadem anima alia duo coniungerentur valde inter se dissita summum videlicet gaudium, ex clara Dei visione; & summa tristitia, ex nostrorum peccatorum aspectu: Diuina sapientia ita hanc coniunctionem disponente; vt hic Deus & homo sine detrimento gloriæ & maiestatis, quæ debebatur animæ coniunctæ vnigenito filio æterni Patris, simul haberet b *compassum*, vt sacrificari posset, ac mori pro salute generis humani.

b Hebr. 10. 5.

HINC

HINC etiam tertia vnio prouenit, viri scilicet & infantis in vno eodemque Christo qui existens in ventre suæ matris, vitam ducebat viri perfectissimi, in sapientia, & discretione, vtiq; rationis; sicut cum esset triginta annorũ: simul verò infantis vitam ducebat, ad instar omnino aliorum infantium: in qua progrediens post Natiuitatem suam, toto tempore infantiæ, nihil prætermisit eorum, quæ essent infantium propria; magis quam si non fuisset vir: & hoc est c *Nouum* illud stupendum, quod Isaias dixit, *Dominum creasse super terram: quia fœmina circumdabit virum*, in suo videlicet vtero virum gestabit. 3. c Iere.31.22.

HVIC adeò nouæ coniunctioni aliam adiecit plane inauditam, qua coniunxit conceptionem hominis absq; viri opera, & vt idem nasceretur ex Matre, quæ non propterea desineret esse virgo: ita vt idem Christus Dominus, haberet in terra veram matrem absq; Patre: & vna eademq; fœmina simul esset mater & virgo, & hoc fuit stupendum illud d *signum* quod Isaias dedit Regi Achaz: *Ecce* inquit *virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*, quod significat nobiscum Deus: quia reuera erat Deus, & nihilominus *butyrum & mel comedet*, sicut cæteri infantes. 4. d Isai.7.14.

QVINTA vnio, quæ mundum obscurauit, fuit coniunctio summæ gloriæ cum summa ignominia, per totum eius vitæ decursum, è Natiuitate scilicet eius in Bethlehẽ, vsq; ad mortem in monte Caluario. ita vt ducens vitam cum sum- 5.

cum ſumma gloria, qualem decebat ducere filium Dei, in ſapientia, ſanctitate, & potentia: quas tres excellentias ſtupendis oſtendit operibus ; ſimul tamen vitam duxerit adeo pauperem, contemptibilem, & moleſtam, & quod amplius eſt cũ ſumma infamia, ac dedecore apud multos ex populo ſuo : quoniam & habebatur & tractabatur tanquam ignarus quidpiam, ſtultus, & furioſus contra infinitam ipſius ſapientiam, & tanquam peccator, & blaſphemus deteſtandus, cõtra infinitam eius ſanctitatem ; & tanquam infirmus impoſtor, & habens dæmonium, contra diuinam ipſius omnipotentiam.

6. HINC ſecuta eſt SEXTA vnio rerum a[d]arum non minus diſtantium, quam fuerint precedentes ; mortis ſcilicet & victoriæ, crucis tus crucis ignominioſæ , & glorioſi triumph de ſuis hoſtibus: ita vt vnus idemq; Chriſtus mul eſſet occiſus, ex malitia & inuidia Iudæorum, Dæmonibus eos ad id inſtigantibus ; qui tamen ſua morte vinceret ipſammet mortem & peccatum, & infernum. & in eodem ligno opprobriorũ & cruciatuum ipſius, titulus poneretur eius regni : & inde inciperet regnare tanquam Rex, & Dominus vniuerſorum, & corpore ipſius in ſepulcro iacente, anima ſimul ſpoliaret infernum.

7. HVIC coniunctioni acceſſit vltima, in qua Sanctiſſima illa anima, propria virtute coniunxit ſe corpori mortuo, iacenti in ſepulcro ; illudque reſuſcitauit immortale & impatibile,

relicto

relictis in eo tamen vulnerũ cicatricibus, quas dum viueret, accepit in cruce, in manibus scilicet, pedibus & latere. quę signa essent mortalitatis, quam prius habuit; & ignominiæ, quam sustinuit in cruce. Et postmodum propria Virtute per aëra ascendit, penetrans cœlos usq; ad omnium supremum: in quo sedet ad dexteram Patris, & qui in humana natura minor est quã Angeli, & omnium supremus in dignitate filij Dei, donisq; gloriæ.

PRAETEREO hic aliam vnionem rerum sibiinuicem distantissimarum, quam idem Dominus fecit sua Omnipotentia, renouatq; quotidie in Sanctissimo Altaris sacramento, de qua postea fusius dicetur.

§. .1

Qua ratione stupendæ hæ coniunctiones sint perpendendæ.

HAEC sunt septem mirabilia Dei hominis facti, quæ incredulis sunt tanquam liber obsignatus; & vt Apost. dixit: a *Iudæis scãndalum, gentibus* aũt *stultitia: credentib. autem Iudæis atq; Græcis*, sunt liber apertus, in quo splẽdet ipse *Christus*, qui est *Dei virtus, & Dei Sapientia*. per illa enim admiranda opera ipsum cognoscũt ac venerantur: Quamuis magno stupore & admiratione, iuxta illud Habacuc prophetę secundũ versionẽ LXX. quam recepit Ecclesia: b *Domine* (inquit) *consideraui opera tua & expaui*, siue obstupui, *in medio duorum animalium cognosceris*. quæ verba (vt no-

a 1. Cor. 1123.

b Habac. 3.

tat S. Auguſt. & S. Hieron.) referri poſſunt ad vtrumq; extremum vitæ Chriſti D. N. ex quibus iudicium ferri poſſit de ijs, quæ in medio eorũ euenerunt, â primo ſcilicet ingreſſu eius in mundum per Natiuitatem in ſpecu Bethleemitica, vſque ad eius exitum per mortem in monte Caluario. Quando enim natus eſt, poſitus eſt in præſepio, vt canit Eccleſia, in medio duorum animalium; vbi ab vtroq; populo fuit agnitus Hebræo .ſ. ac Gentili; conuenientibus c *paſtoribus* tanquam primitijs vnius populi; & d *Magis* vero tanquam primitijs alterius, vt illi adorarent, eiq; tanquã Regi *aurum*; tanquam Deo, *thus*; & tanquam homini mortali *myrrhã offerrent*, nihil de cognitione tantæ maieſtatis imminuẽtes eò, quod illã adeò abiectã viderent. Et quando idem Dominus mortuus eſt, fuit affixus cruci in medio duorum latronum, brutis animantibus deteriorum: vbi tamen à e *Centurione*, quamuis gentili; & à multa plebe fuit cognitus, qui e *reuertebantur percutientes pectora ſua ac dicentes*, f *Verè hic homo iuſtus erat*: & f *verè filius Dei erat iſte*; & *vnus de his qui pendebant, latronibus*, eum agnouit, & confeſſus eſt Regem paradiſi, dicens: *memento mei, cum veneris in regnum tuum.* conſiderans igitur hæc opera, ait Propheta: *expaui*, & extra me factus obſtupui: videns hinc maieſtatem Dei infinitam adeò humiliatam, vt ſe collocet inter brutas animantes, & latrones: inde verò, quod in vtraque humiliatione cognoſcatur, & venerationi ſit; ita vt eẽdẽ humiliatio-

nes &

5. de ciuit. c. 23. & in Orat contra Iud. & Paga. c. 13. S. Hier. in Habac. 3.

c Luc. 2. 16.
d Matt. 2. 11.

e Luc. 23. 48. 42
f Marc. 15. 39
f Matt. 27. 54

tes & vilitates, quæ in causa esse poterant, cur non agnosceretur, ac proinde contemneretur; ea vsu sint, vt eadem cognoscatur, & veneratioui sit Iudæis, & gentilibus; sapientibus, & insipientibus; iustis, & peccatoribus, & ijs qui sunt brutis deteriores, quos idem Dominus, diuini sui vultus lumine adeo illustrabat, vt ipsũ agnoscerent, quis esset; adorarent, & æstimarent O altitudo diuitiarum, & sapientiæ Dei ô immensa Charitatis & omnipotentiæ magnitudo? quis alius præter Deum manifestare posset tantam maiestatem in medio extremarum vilitatum quid admirabilius, quàm filium Dei videre factum filium hominis, vt homines redimeret? Dt quid stupendum magis, quã videre sapientiã infinitã in vno infantulo, in specie, rerum ignaro, iacere in præsepio in medio duorum animalium? Quis non fiat extra se, cum videt bonitatem infinitam, in forma peccatoris, in medio duorum latronum, atque si ipse talis esset? & quis non obstupescens obmutescat, considerans summam Omnipotentiam in forma tantæ infirmitatis, vt pannis inuoluatur, ac ligetur; eademque durissimis clauis cruci affigatur? Vere Dñe *considerauí operatua, & expaui*, & in medio duorum horum animalium agnoui, quis sis: vt qui noueris, potueris, ac volueris res adeò alias coniungere rebus adeo vilibus: vt superbiam meam curares, torporem accenderes, & cor meum igne amoris tui inflammares. O Dilecte mi, *quantò pro me vilior. tanto mihi charior*: in

S. Bern. Ser. 1 Epipha 1 1.

rior: in tuis abiectionibus, tuas agnoscam excellentias; & de his æquè ac illis gloriabor, libenter me collocans inter duo animalia, & inter duos latrones optans numerari inter ignaros & peccatores, vt ipsa experientia cognoscam, quantum pro me feceris; & virtutes consequar, quas mihi comparasti.

SED vlterius adhuc huius cognitiõis Christi Domini nostri perfectionem assequeris, si perpendas vocis significationem, qua LXX. interpretes explicarunt; quod Deus cognoscetur in medio duorum animalium, quod nomen (vt notant Eusebius & Theophilactus) significat etiam vitas; quasi diceret: *cognoscetur in medio duarum vitarum*, diuinæ scilicet & æternæ, quam viuit, quà Deus est; & humanæ ac temporalis, quam viuet, quà erit homo. Vt intelligas, si cupias perfectè cognoscere Christum Dñm, omniaque eius mysteria, abinc arnatione vsq; ad expirationẽ in cruce, debere te simul considerare duplicem hanc vitam & opera, quę in eis facit: alia cũ alijs cõferẽdo, et quorũ omniũ coniũctionis, cognosces infinitã sapiẽtiã, bonitatẽ & omnipotẽtiã Dñi, qui illas in vnitate personæ coniunxit, vt arrhã tibi daret, magnãq; fiduciã ꝙ facturus esset in te alia huic simile vnitionẽ, ob quã duplicé quoq; vitam tu ducas, duplici ipsius vitæ similem, vitam scilicet hominis ex natura tua; & vitam Dei ex ipsius gratia vnitas in vno spiritu vna cum ipso diuino. Cum Christum Dominum in matris suæ vtero consideras, in quo fuit Spiritus San-

ob accentũ diuersum. Lib. 6. Demõstr. Euang. c 15.

ſti opera conceptus, aſpiciſq; vitam, quam in loco illo adeo anguſto, obſcuro, & horrẽdo viuit: eleua ſtatim oculos, ad eundem in immenſo Patris æterni ſinu contemplandum: in quo æternùm generatur, recipitq; ipſammet vitã Dei, & ſimul cum illo, eam communicat Spiritui Sancto, amore & gaudio infinito. Et cum eundem inſpexeris in præſepio inter duo animalia; aut in cruce inter duos latrones: & attenderis vitam, quam ibi ducit in tanta paupertate, contemptu, dolore, ac labore: tranſi mox, ad eundẽ conſiderandũ in cœlo empyreo, inter cherubinos & Seraphinos, & in throno infinitæ maieſtatis vitã ducentem, infinitis diuitijs & gaudijs plenam; & eorum participes facientem creaturas ſuas: quas vitas, earũq; opera, ſi ad inuicẽ contuleris, agnoſces immenſam magni huius Dei bonitatẽ, in eo emicantem & hanc vnitionẽ facere voluerit, nõ ſuæ neceſſitatis aut cõmodi intuitu, ſed animo ſolũ tibi manifeſtandi amorẽ, quo te proſequitur; & quãti faciat tuum remedium, magnumq; ſuũ deſiderĩũ te exaltandi, hunc honorẽ tuæ vilitati tribuendo, vt ipſius magnitudini vniatur. Et tũc dices cũ Propheta: O vita viuentiũ: *conſideraui opera tua & expaui*. Conſideraui opera tuæ diuinitatis, mundi creationẽ, prouidentiam in gubernando; ſupplicia prodigioſa, quæ Aegypto intuliſti: ſtupenda illa, quæ in populo tuo feciſti, cũ mare diuideres, manna de cœlo plueres: aq̃ educeres è petra; ſolemq̃ ipſum in ſuo curſu ſiſteres: per quæ opera agnoſco, quis

sis ingenteſq. tuarum virtutũ excellentias. Verum adhuc multò amplius te agnoſco, & expueſco, cũ attendo coniunctionẽ vtriuſq. vitæ in te humanæ & diuinæ, quam in tua perſona effecisti. hic inquam altiſſimam tuam ſapientiã video, ſtupẽdam omniporentiã, ſeueram iuſtitiã, liberalem miſericordiã, tuamq; dulciſſimam charitatẽ. O vtinam me tibi ſimilem in vtraq; vita faceres, obſignãs diuinâ cor meum: & brachium, humana? viuat exterior meus homo, ſicut tu viuebas vitam humanã, g *portans in corpore meo ſtigmata* corporis tui, tuamq; *continuam mortificationẽ*: vt h *vita tua, in mea manifeſtetur*. interior verò homo meus viuat, ſicut tu diuinam tuam vitam viuebas, renouatus de die in diem, & occupatus in te cognoſcendo, diligendo, ac fruendo, vt i *vita mea ſit tecum abſcondita in Deo*, transformatu in tuam Deitatẽ in æternum.

g Gal. 6 17.
h 2. Cor 4. 10.
i. Coloſ. 3. 3.

IN hunc modum conferes reliquos vitæ huius Domini modos prædictos, vt in meditatione illarum eum agnoſcas: applicando eas admyſterium, quod conſideras. In præſepio licebit conferre vitam viri, cum vita infantis; in horto Gethſemani, vitam Beati lætitia plenam, cum Viatoris vita, timore ac triſtitia plena: in progreſſu vitæ eius, licebit aſpicere operum coniunctionem, humanorum ſcilicet ac diuinorum, cum ſtupenda miracula erga alios patrauerit: ſibi verò quæ pœnam doloremq; affer rent acceperit: nolens miraculis vti ad aliquod proprium leuamen. Diuinum quoq. modum attende,

pende, quo virtutes exercet, quæ propriè sunt humanæ, qualis est humilitas in contemptu: Spiritus paupertas, in rerum omnium abrenunciatione; patientia in diuersis, mansuetudo in tolerandis persecutionibus; obedientia in præceptis; compassio ac tristitia malorum alienorum.

Denique perpendes, qm̃do exercuerit cõiunxeritq; duplicẽ illam vitã actiuam & Contemplatiuam, in quarum medio etiam agnoscitur, in cuius testimonium, quando in Baptismo iecit vitæ actiuæ primordia exercitijs pœnitentiæ: & in transfiguratione aperuit vitæ Contemplatiuæ præstantiam, exercitio orationis: in vtroque loco fuit paterna voce declaratus filius eius naturalis. vt intelligas in vtriusque huius vitæ medio, te illum inuenturum & cogniturum, ita vt illum ames, & transformeris in viuam eius imaginem, ob insignem gratiæ & Charitatis eius participationem.

§. 2.

Harum septem coniunctionum motiua & causæ.

Pergens porrò, perpendes præcipuas causas, ob quas magnus iste Deus, stupendas has coniunctiones, rerum adeò distantium fecerit: & mixturam, qua illas tanta harmonia colligauit. quę causæ ad duas p̃cipuè, easq; maximas reduci possunt. *alterã* ex parte ipsiusmet Dei, quò. s. aperiret nobis (vt ait S. Augustinus)

De Catechizan rudib. c 4. S. Thom. 3. p. q 1. art. 2.

immensum charitatis ignē qui in diuino ipsius pectore ardebat: *alteram* ex parte hominis, vt infinitam peccati eius miseriam repararet, secumq; illum vniret vnitione eiusdem charitatis: Amor enim, cuius proprietas (teste S. Dionysio) est, amantem à seipso educere, vt se cōmunicet rei amatæ; etsi ita Deum à seipso eduxit in Creatione mūdi, vt multis modis secreaturis suis cōmunicaret: id tamen totum adeo erat modicum infinitæ ipsius charitati, vt potuerit reputari quasi non fuerit, donec idem infinitus ignis impulit illum à seipso exire, vt proprium suum esse communicaret, vniendo diuinam suam naturam cum humana, in persona filij. Et quo ignis hic magis resplenderet, non eligit naturam Angelicam; sed hominis, qui fuerat eius proditor, & inimicus. neq; enim maior charitas esse potest, quàm adeò infinitum bonum, hosti & inimico suo conferre, vt illum sibi reddat amicum.

c 4. de Diuinis nominibus.

Hoc voluit significare diuina Maiestas, cui se aperuit Ezech. prophetæ, in a *aspectu & figura hominis quasi specie electri*, quod est auri & argenti mixtura, qui *totus per gyrū erat quasi igne accensus: à lumbis eius sursum ignis intrinsecus; à lumbis vero vsque deorsum, quasi species ignis splendentis in circuitu, velut arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ.* Quis alius (ait Sanctus Gregorius) homo iste erat nisi Iesus Christus Dominus noster, in quo cōuenerunt aurum diuinitatis, & argentum humanitatis, faciente hanc vnitionem infinito igne charita-

a Ezech. 1. 27

S. Hiero. ibi. Homil. 1. & 8. in supra.

tis &

tis & amoris, quo ille nos prosequebatur, qui ignis (vt idem sanctus perpendit) antequam hoc mysterium perficeretur, Christusque generaretur in esse hominis, erat quasi intrinsecus incluſus in pectore Dei, & absconditus in intimo cœli sui Empyrei recessu, vbi se angelis communicans, eos in sui amorem incendebat, vixque ab hominibus cognoscebatur, & amabatur; nisi fortè à paucis aliquibus in Iudæa. quicquid enim eorum gratia fecerat, etsi in se plurimum esset, non tamen plus erat quã scintilla quædam fornacis immensæ ipsius charitatis. At postquam mysterium hoc fuit peractum, Deusque factus est homo, sparsit hunc ignem super terram, vt amore sui animas accenderet, constituens figuram cœlestis arcus in signum, quod illas sibi reconciliaret, diluuiaque gratiarum suarum iustificaret: placando patris sui iram; & peccatorum diluuiam, quod mundum submergebat, remouendo. Hos autem ignis radios, in figura arcus emittebat, à lumbis suis vsque deorsum: significans, omnia mysteria, gressus omnes, & opera ipsius, à Conceptione & Natiuitate, vsque ad expirationem in cruce, amoris radios producere, & affectus reconciliationis. Quis enim impulit, vt in virginis vterum ingrederetur? quis vt nasceretur in porticu, & collocaretur inter duo animalia? quis vt circumcideretur & fugeret in AEgyptum? quis coëgit, vt capi se sineret & flagellari, & inter duos latrones occidi? id totum fecit amoris

Homil. 8. supra.

ignis, arcus reconciliationis, & pluuia gratiarum ac donorum cœlestium, quæ secũ in nostram reparationem afferebat: vbicunq; illum aspicias, siue in præsepio, siue in cruce, vbique

Luc. 12. 49 clamat: b *ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?* Veni, vt mundum reconciliarem, & saluarem, & quid volo, nisi vt saluetur? mecum affero gratiarum & virtutum copiam, quas pluuiæ instar spargam super terram. Quid ergò volo, nisi vt super omnes spargantur? O Saluator dulcissime, explede

c 1. Cor. 1. 30. siderium tuum in me, vt & ego meam explebam: quod non est aliud, nisi tuum. Tu enim *factus es mihi sapientia* mea, mea *iustitia, sanctificatio & redemptio* mea, imple me hoc ipso quod mihi es, vt eodem tibi fideliter seruiam.

d Exod. 3. 3 O anima mea, surge, sicut alter Moyses, & dic tibi ipsi: d *vadam & videbo visionem hanc magnam: quare rubus ardeat, & non comburatur.* Volo contemplari hanc ignis diuinitatis, cum rubo nostræ humanitatis vnionem, considerare splendores ignis & rubi, spinas, ardentem cordis Christi affectus, doloresque & cruciatus, quos in suo corpore tulit. Videbo, quãtum amauerit, quantum fecerit, meique remedij causa pertulerit: accedens valdè prope, vt igne suo me illustret, accendat, atque purificet, & vt eius spinæ me pungant, & pungendo sanent. ô ignis diuine, coniungere rubo huic meæ humanitatis, tuæ similis in natura: vt etiam sit in gratia, per vnitionem charitatis. Amen.

§. 3.

De affectibus hinc prouenientibus.

Hoc itaque spiritu, accedendum tibi est ad diuinorum horum mysteriorũ meditationẽ, coniectis in id oculis, vt affectus & proposita sanctitatis concipias, ijs conformia, quæ Christus D. N. intendit vnitione vtriusq; naturæ, vtriusque vitæ, & operũ earum studendo coniungere te cũ Deo tuo; vitamque tuam, Christi Domini vitæ conformare: & amoris igne, quo ille ardet, accendi: fructumque sumere ex reconciliatione, quam ipse tibi affert: & ex pluuia gratiarum ac virtutum, quibus te inuitat: affectusque tuos semper cum eius affectibus conformare: amando videlicet illum, sicut ipse te amat; humiliãdo te, sicut ipse se humiliat; tolerando, sicut ipse tolerat; & obediendo, sicut ipse obedit. Nec verò animũ abijcias, eò quod videas infinitam distantiã inter te & Deũ: ipsius.n. omnipotentiæ facilè est, res etiã disiunctissimas vnire, & cõiungere; nec diffidas, eò q̃ te valdè frigidũ inuenias: quia diuinus ignis in momento valet huiusmodi glaciem liquefacere, & in affectus ardentes conuertere. nec te peccata tua timidum reddant: Nam statim atque Deus arcum hunc cœlestẽ aspexerit, meminerit pacti tecũ initi, & ignoscet propter eum, si tu humiliter in eius conspectu illum constituas. Si te videris; sicut terram sine aqua, in conspectu

Dei;

Dei; intellige, Christum esse instar nubis, immensis gratiarum aquis plenæ, vt aridam cordis tui terram spargat, faciatque ferre fructus, quos desiderat. Denique si assuescas diuina hæc mysteria quotidie meditari, illa te prouocabunt ad virtutum omnium exercitia: quo crescas quotidie, & in eis proficias, iuxta illud a Cant. 1. 12. Canticorum; a *dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*: Qui sunt hi accubitus, & loca, in quibus Rex cœlestis conuiuium facit suis electis, nisi locailla, in quibus vitæ suæ mysteria prædicta celebrat? Quæ verò nardus dat odorem suum in huius regis præsentia, nisi præstantiores virtutes, quibus ipse amplius oblectatur? Nardus (ait sanctus Gregorius & sanctus Bernardus) est parua quædam plantula, natura calida, quæ pectoris frigiditates abstergit: estque vehementis odoris, quem eò vehementius emittit, quo magis conteritur. Ideoque repræsentat humilitatem, quæ inclinat ad paruitatem; & charitatem, quæ inflammat cor; pœnitentiam & contritionem, quæ culpas abstergit; feruorem spiritus, qui torporem repellit: ac denique; animæ deuotionem, quæ profert affectus odoriferos & exemplaria opera.

a Greg. in eũ loci. S. Bern. ser. 42. in Cant. Glos. ibid. & alii Allegoriarum.

I. OMNES hæ virtutes actus suos proferunt, dum est Rex in accubitu suo in quocunq; eorum horum loco eum aspexeris, mox te ad abyssum vsque tui nihili demittes: tum ob humiliationem, quã tua peccata meruerunt: tum ob rarã humilitatem Regis, in eiꝰ exẽplis relucentem.

Nam

Nam cur non se humiliet seruus : cùm videt Regem suum adeò humiliatum : intoleranda (inquit S. Bernardus) esset impudentia, si adeò se humiliante diuina Maiestate, vilis vermiculus superbiat, humiliat se Deus, vt hominis superbiam sanet: & non se humiliabit homo, vt Dei humilitatem imitetur, & quamuis vetè tibi perspecta tua miseria te non humiliaret, id meritò facere deberet charitas tui Saluatoris, se ad illam reparandam humiliantis. O Rex supreme, me vidente adeò te esse humiliatum *nardus mea dabit odorem suum.* qui tamen odor non meus erit, sed tuus, vtpotè productus à tua virtute & exemplo, & ad imitationem odoris humilitatis, quem nardus tua produxit: tantò excellentiorem meo, quantò amplius est ipsum Creatorem se dimittere, quàm creaturam se humiliare: sed coniungo tamen nardum meam cum tua, humiliationem meam cum tua, vt simul vtraque odorem suũ producat, qui tibi patriq; tuo placeat; meque faciat dignum, qui in eius conspectu inueniam gratiam.

Serm. 1 de Natiuit.

Odorem suũ siue eius scilicet sponsi.

In conspectu eiusdem supremi Regis, nardus charitatis vsitatum suum profert odorẽ, affectuum scilicet amantissimorum, ipsius Regis affectib⁹ similium, & iuxta exigentiam dispositionemque illum aspicientis. Nam, si displiceant tibi peccata tua, profert affectus amabilis contritionis, cùm videt quo sensu idẽ Dominus afficiatur propter illa, quidque agat, patiaturque, vt remedium illis afferat.

I.
Odorem suũ sibi propriũ

Debes

Debes aũt exemplo Magdalenæ, procidere ad
b Luc. 7. 38. pedes eius, cum fragranti hoc nardi b *vngũto*
b Ioan. 12. 3 vt eos *vngas*, dolenter tuos affectus cum ipsius
affectibus coniungendo, veniamq; & remediũ
tuorum peccatorum petẽdo. Quod si respires,
spe iam obtentæ veniæ, proferet eadẽ Nardus
gratitudinis & laudis affectus: & cum eadem
c Matt. 26. 7 c Marc. 14. 3. Magdalena, accipies animũ, c *caput eius vngẽdi*, coniungendo feruentia tua desideria sub-
mis perfectionis, cũ præclarissimis operibus
quæ ipse fecit: vt tanquam mysticum membrum
capiti tuo coniunctũ, influentias accipias æ
ternæ vitæ. Qui. n. fieri potest, vt nardus chari-
tatis non producat amorẽ valdè inflammatũ,
si est propè ignem infinitum amoris, in ipso
pectore ardentis? ô homo (ait S. Aug.) *si amare*
pigebat, saltem redamare non pigeat eam, qui
te amando prævenit: ac proinde amore suo in-
finito obstringit te, vt tuũ illi reddas, qui ad
est limitatus. O amator infinite, vellem te a-
mare, sicut me amas, vt amoris mei desideria
ita satiarem: sed ego meum amorem cum tuo
coniungo, vt tuus accendat & perficiat meum,
contrahar ego ac dissoluar in meipso, vt totus
tibi coniunctus fragrantiorem odorem, fer-
uentioremque amorem producam. Amen.

3. IN hunc modũ deduces in praxim reliquas
virtutes, attendens, vt actus & exercitia tua
sint statui tuo accommodata; proprium tuum
odorem non alienũ producendo. In conspectu
enim supremi huius regis nardus tyronis ac
perfecti; prælati & subditi; religiosi huius re-

ligio-

ligionis, & alterius producere debet odorem, quem eius ſtatus poſtulat Et propterea fortè Apoſt. dixit: d *induimini Dominũ Ieſum Chriſtũ*. ſignificans quod ſicut veſtimentum debet menſuræ noſtræ accommodari, vt nec ſit latius, nec anguſtius, aut nimis longum: ita induere debeamus virtutes, affectus & opera Ieſu Chriſti, iuxta noſtræ neceſſitatis & capacitatis menſuram. deſiderium enim progredi poteſt, quouſque volueris, & extendi vſque ad id, quod Saluator tuus fecit & perpeſſus eſt: ad propoſita, quæ ſtatim debent executioni mandari, non vltra debent extendi, quam tibi competant.

d Rom. 13. 14 Galat. 3. 27.

CVM igitur ad orationem accedis, cogita, te accedere, vt ipſum Ieſum Chriſtum induas & imiteris, in ea figura, quam refert myſterium, quod meditaris. & in eius præſentia conſtitutus quatuor hæc exerceas. Cogita primum, quantum ille te amet: audi deinde verba, quæ ad te loquitur; aſpice præterea opera, quæ pro te facit; ac denique ſtude in te ſentire labores, quos pro te patitur. & hæc omnia induere procura, amando ſcilicet illum ſicut te amat; obediendo ijs, quæ iubet, & offerendo te ad ipſum imitandum in eo, quod facit, & patitur; in eo gradu & perfectione, quæ tibi dabitur: cuius praxim in ſequentibus capitibus ponemus.

4.

NOTA.

Quatuor puncta.

CAPVT

CAPVT XIII.

DE COGNITIONE CHRISTI Domini, quoad ea, quæ in primo suo in mundum ingressu gessit: tàm occultè in ipsa conceptione, quam apertè in Natiuitate.

CVM adeò sint multa in Christi D.N. vita, eiusque mysterijs legenda, ac meditanda, de quibus prolixè actum est in libro Meditationum; nũc aliqua tantum addam de initio ac fine diuini huius libri. ex quibus facilè cognoscere-tur, quæ in medio eius sunt scripta. Nam ipse Christus D. N. tam in ingressu suo in hunc mundum, quàm in exitu ab eo, singulariter voluit excellere. In ingressu quidem, vt non felix quoddam nostræ vitæ principium doceret: quod ex vsu nobis esset, ad totam posteà feliciter transigendam, iuxta illud: *dimidium facti qui bene cœpit habet*. Si itaque feliciter cupis ad Christianam religionem accedere, aut ad vitam religiosam, aut insignem aliquam vitæ mutationem facere: inchoandum tibi est, sicut Christus D.N. vitam suam inchoauit, (vt *primus religionis introitus*) vt ait S. Cyprianus) *sit sicut in mundum Christi ingressus*: qui exem-

Serm. de Natiuit.

exemplar esse debet, quod in vita nostra imitemur. Sed magis adhuc singulariter in exitu ex hac vita excelluit: quia a *in finem dilexit suos*, maiora eis præbens amoris indicia in fine; quã dedisset in principio; vt intelligerent, in hoc etiam debere ipsum imitari, multò amplius in vitæ sanctitate crescentes, cùm ad eius finem accedunt, supplices ipsum Deum (vt ait Dauid) orantes, vt singulari cura b *introitum & exitum* ipsorum *custodiat*, in quo integra & consummata perfectio est delineata.

a Ioan. 13. 1.

b Psal. 120. 8.

QVOD ad primum attinet: in ipso Christi Domini nostri aduentu duplicem ingressum licet considerare. alterum occultum in incarnatione & conceptione, quando cœpit esse homo, ingressus in vterum sacratissimæ Virginis: alterum palam & manifestè in sua Natiuitate, cum in specu Bethleemitica nascens ingressus est in mundum, vt ab hominibus c *in terris videretur, & cum hominibus conuersaretur*. In primo cœpit vita contemplatiua & vnitiua, & interior atque recollecta; in secundo cœpit actiua, & exterior, quæ ostenditur in vsu rerum externarum, & conuersatione cum proximis, licet altera alteram semper sit comitata: & in medio vtriusque & in earum coniunctione agnoscemus admirandas eius virtutes, vt eas imitemur.

c Baruc. 3. 38.

§. 1.

Quatuor virtutes exercuisse Christum Dominum nostrum in sanctissimo Matris vtero.

a Iere. 31. 22. IN primo introitu, coniunxit hic Dominus perfecti a *viri* exercitia, cum corpore infantis paruuli; in quo excellentissimas tres virtutes exercuit, quas commemorat Propheta Ieremias, cum dicit: b *bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit super se.* Quis est, qui per excellentiam VIRI nomen mereatur, nisi Christus Seruator noster, qui elegit, vt fieret homo, & ingrederetur per gressus ætatis, sicut cæteri homines: vt coniungeret viri præstantiam, cum vilitate infantis: & stupendo quodam, nouoque modo, in primo suæ conceptionis instanti, cœpit esse vir. & portare iugum Domini: sedens per nouem menses in solitudine ventris vnius fœminæ; tacens in summo silentio, & se eleuans in immensam magnitudinem super se: vt hoc suo exemplo te doceret, qua ratione sit tibi inchoanda vita, à primo instanti vsus rationis, quod si iam hoc præterijt, optes verò nunc recensillam inchoare, vt videas, quale principium accepturus sis à iuuentute tua, aut ab hac ipsa ætate, in qua nunc es, & quam cupis feruenter inchoare.

b Thren. 3. 27

1. PRIMVM in primo illo aditu suo in mun-

dum

tum, obtulit se generosè, ad portandum iugũ perfectissimæ obedientiæ, & subiectionis, voluntati æterni sui Patris; sanctæ eius legi, & ijs omnibus, quæ ille de ipso constituere vellet; siue vt ageret, siue vt pateretur in progressu vitæ suæ, vt mirificè perpendit Apost. ex ijs, quæ Dauid in persona huius Domini dixerat: quod c *ingrediens mundum* æterno suo Patri *dixerit*: *Ecce venio vt impleam, quod in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam* Deus meus, eandem & ego volo, eamque & *legem tuam in medio cordis mei* habeo. legerat sanctissimus hic Saluator in primo illo instãti, & exactè intellexerat quicquid de se in sacra scriptura prædictum esse, præcipuè præcepta & consilia omnia, ad perfectionem spectantia; & quicquid dicturus ipse esset; facturus, atque perpessurus: & multa præterea, quæ Pater æternus in æternæ suæ prædestinationis libro, de ipso scripta habebat in cuius initio scripta illa erant, eò quòd ipse caput esset prædestinatorum. Et quamuis inter ea essent plurima horrenda, & quæ dolorem & ignominiam afferrent; omnia tamen ipse summo amore complexus est, & in medio cordis sui collocauit, tanquam res pretiosas sibique charissimas: seipsum offerens ad ea exequenda, nec iota aut apice vno prætermisso: O altissima obedientia, resignatio perfectissima: & flagrantissima charitas? quæ talem obedientiam produxit tanta velocitate, vt neque ad instans fuerit

Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua.

c Heb. 10. 5. psalm. 39. 7.

cunctata; cum tanta integritate, vt nec apicem prætermiserit; cum tanta hilaritate, vt in medio sui cordis collocauerit; & cum tanta perseuerantia, vt numquam defecerit, aut aliquid in ea relaxauerit: donec in hora mortis aduertens, vnicum adhuc sibi

d Ioan.19.28 deesse eorum, quæ in hoc libro legerat, d *vt* illa *scriptura impleretur*: *dixit*: *Sitio*. *Et cum* oblatum *acetum accepisset*, *dixit*: *Consummatum est*, & impletum quicquid de me scriptũ erat in libro Patris mei, & ego adimpleui, quicquid in meæ conceptionis instanti obtuli me impleturum. Gratias tibi Saluator dulcissime, ob generosam voluntatem, qua te obtulisti ad graue hoc iugum portandum, concede mihi, vt ex nunc ego meam

e Matt.11.30 voluntatem tuæ subijciam, e *tuumque iugum* tanto amore *tollam*, eo quod sit tuum, & iudicem esse *leue*. Disce, ô anima mea, legere, cum Seruatore tuo, quod scriptum est tibi in libro legis eius, ideo siquidem est scriptum, vt tu exequaris: forti itaque animo dic ei: *ecce venio*, paratus vt impleam quicquid iubes voluntas tua erit mea, & in medio cordis mei integra semper erit.

4. *Sedebit solitarius & tacebit.* Vitæ contẽplatiuæ forma.

HAC oblatione peracta, secundo loco amplexus est idem Saluator in eodem instanti solitudinem, & silentium, quod elegerat pro primo suo in mundum ingressu: quamuis enim perfecti viri corpus sumere potuisset, sicut creauit Adamum in paradiso: voluit tamen incipere ab statu & ætate infantis, quo se so-

se solitudini, silentio, & angustijs obstringeret, quæ in ventre matris tolerantur: manet enim in carcere illo cum generali quadam mortificatione rerum omnium, quæ possunt in hoc mundo sensus recreare: ex tunc incipiens offerre sacrificium suijpsius, cum voluntaria rerum omnium visibilium ac delectabilium huius mundi abnegatione. Et quamuis infantes reliqui hæc non sentiant, quia vsu rationis carent: nec sciunt, in quo sint loco: at benignissimus hic infans, vtpotè qui vir esset, nouerat omnia, sentiebat, amplectebatur, & eis omnibus delectabatur: hoc exemplo docens eos, qui sunt in publicum exituri, ad conuersandum cum hominibus, quantum illorum referat, per aliquod tempus, in secreto & solicitudine agere cum Deo: in cuius enim finem, recessit ipse postea in desertum; in quo per dies quadraginta mansit, priusquam ad prædicandum in publicum prodiret.

Sed quoniam parum prodest corporis secessus & silentium, nisi socium habeat solitudinem Spiritus. hanc maiori voluptate in illo instanti amplexus est. Solitudo spiritus est cùm absunt imagines, cogitationes, & affectiones creaturarum, quæ occupantes & conturbantes cor, conuersationem impediant & vnitionem cum Deo. Silentium vero spiritus est, quando is non se occupat cum his creaturis, nec interius cum illis loquitur, sed cum solo Deo, cum quo totam suam conuer-

sationem habet; & hæc sancta solitudo & silentium, fuit semper ipsi Christo Dño familiare, quamuis esset in medio plurimorum: ipse enim de se dixit, se, quamuis f *descendisset de cœlo*, semper tamẽ *in cœlo esse*: spiritus enim eius erat ipsius cœlum, in quo ipse latebat, contemplans ac videns Deum.

f Ioan. 3. 13.

3. *Leuauit se super se.*

ET ex tunc cœpit seipsum eleuare supra se per sublimia orationis & contemplationis exercitia. cùm enim se in eodem instanti videret eleuatum ad infinitam dignitatem filij Dei, propter hypostaticam vnionem; eleuauit quoque se super omnes Cherubinos & Seraphinos, ad supremam cum Deo coniunctionem per cognitionem, amorem & fruitionem. in eo enim instanti diuinam videt essentiam, in qua tanquam in libro, clarissimo legit omnia præterita, præsentia, & futura per totam æternitatem. Vidensque bonitatem illam infinitam, amplexus est eam. Brachijs charitatis, summique amoris, exultans, quasi eam summo gaudio possideret. Tunc omnes affectus produxit orationis, qui possibiles erant, nunc laudando & glorificando Deum ob infinitas, quas in eo videbat excellentias, nunc immensas gratias agendo, ob immensa in se collata beneficia: nunc adorando profundoque diuinæ ipsius gloriæ dilatationem per totum vniuersum, nouosque fauores pro suis fratribus hominibus; & hoc modo inchoatam orationem continuauit per omnes sua

mor-

mortalitatis dies g *cum valido* (vt ait Apostolus) *clamore & lacrymis*, conuertens ventrem matris suæ in oratorium, multò exactius, quã h *Ionas* conuerterit *ventrem* Ceti. O Saluator dulcissime, qui in ipso ventre matris, ascendisti *ad montẽ myrrhæ & ad collem thuris*, cõiungens tam sublimem mortificationem sublimi adeò orationi, docens me ædificare in spiritu meo donum solitudinis, vbi taceam, & oremin abscondito, & meipsum eleuem supra me tecumq; summo bono meo coniungam in æternum. Amen.

g Heb 5.7.

h Ionas 2.2.

i Cant. 4.6

CVM his tribus virtutibus coniunxit hic Dñs quartam, tanquam earũ fructum zelũ videlicet ardentissimum salutis animarum, qui ẽo momẽto cepit comedere eius viscera, & impellere ad eas iuuandas orationibus & oblationibus, quas pro eis offerebat. nam statim cepit exequi, quod licebat; magna beneficia sanctissimæ suæ Matri conferendo, & suauissimas inspirationes communicãdo: per quã voluit etiam præcursorem suũ Ioannem sanctificare, & Spiritu S. replere, magnisq; fauoribus prosequi; vt contemplatiui intelligant, sic se debere supra se eleuare, quò vacent Deo, vt proximos suos non negligãt; sed q̃ndo possint a seipsis rebusq; proprijs exire, vt res fratrum suorũ iuuent orationib. & gemitib. aut per alios, qui ad id talentũ habeant: zelo & oratione sua illos comitando, sicut postea dicemus.

4.

IN quatuor his virtutibus imitandus tibi est Saluator, si vis ad vitæ contẽplatiuæ culmẽ

ascendere, ingressus tanquam in oratorium in ventrem alterius matris, quæ te omnino solum, recollectum, beneque animatum habebit. Et quænam hæc mater est, nisi Dominus ille, *qui* vt per quendam Prophetam suum dixit, k *portat nos in vtero suo, & gestabit in vulua*, quamdiu vita supererit? Ingredere intra ipsam diuinitatem, quæ te omni parte circumstat, sicut mater in vtero suo circumdat infantem, & l *absconditus sit cum Christo*, ora simul cum illo, tanquam exemplar tuæ orationis, Magistrum, & adiutorem accipiens. O cœlestis Magister, qui m *pernoctabas in oratione Dei*, & in ipso mundi aditu prolixam habuisti noctem nouem mensium, quam consumpsisti orando in obscuro & tenebroso Matris tuæ ventre, doce me orare oratione Dei, qua ingrediar ipsummet Deum, loquarque cum illo seorsim, ita vt non me creaturæ turbent.

k Isa. 46. 3.

l Coloss. 3. 3.

m Luc. 6. 12.

§. 2.

De quatuor alijs virtutibus, quas Christus D. N. in sua Natiuitate exercuit.

IN VISIBILI ingressu nostri Salvatoris in mundum, cùm scilicet in specu Bethleemitica natus est, ostendit excellentissimum spiritus feruorem, tanquam iaciens totius Euangelicæ perfectionis solida fundamenta. Quamobrem de eo scriptum est

est: a *Deus ab Austro veniet, & Sanctus de monte Pharan.* vt enim S. Gregorius aduertit, ab eo loco venit Deus, vbi se manifestat: sicut manifestauit in Bethleē, quæ est ad partem venti australi, & ad meridiem respectu Ierusalem. inde enim venit, operante eius aduentum virtute Spiritus Sancti per austrum significati; & obumbrante virginem, quæ ipsum concepit. figuratā per montē Pharan siue vmbrosum. Sed in hoc ipso loco manifestauit etiam se ipse Christus Dominus noster in operibus perfectissimi feruoris, sicut lux & ardor meridiei, ex inspiratione diuini Spiritus, illū ad ea inducentis, licet in Specie, vmbrosa apparerēt, ac despecta: eoq; miro modo suprema suam internam excellentiam contegeret infima illa externa vilitate, in quatuor rebus pænalibus quę maiestati eius nihil nocerent: in paupertate scilicet, opprobriis, doloribus, & laborib°; quibusdam eorū à suis inimicis illatis, alijs propria sua electione in hominum vtilitatem susceptis, licet omnibus valde voluntarijs. quorum omnium memini ipse Dominus, per os Dauidis dicens: n *pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea* educatus; *exaltatus autem* cum essem, *humiliatus sum & conturbatus.* Omnino in sua iuuentute cæpit hos labores sentire, qui statim in sua Natiuitate, eis dedit initium: super has quatuor pænalitates, tanquam super proprias bases erigens quatuor virtutes, quæ veluti columnæ sunt Euangelicæ perfectionis.

e Habac. 33. LXX. verterunt. *de monte vmbroso & condenso* Lib. 31. Mor. c. 18.

n Psal. 87. 16

1. pauper sum ego.

PRIMVM enim tunc exercuit heroicâ valde PAVPERTATEM SPIRITVS, etiàm cum exspoliatione rerum omnium terrenarū siquidem, vt in mundum nascendo prodiret, deserere voluit domum & commoditates, quas in Nazareth habuisset; & ea occasione in Bethlehem se contulit, vt cogeretur, tanquam pauper hospitium mendicare; quo in ciuitate non inuento, pauperrimum & abiectissimum elegit vile scilicet stabulum, vbi pro lecto præsepium habuit. Paupertati coniunxit.

2. Humiliatus sum.

Cordis HVMILITATEM sororem eius, eligens contemptus eosque amplectens: neque solum elegit locum vltimum & abiectissimum ad nascendum, vt .s. inter animalia natus collocaretur: sed adiecit quoq; vt octauo die circumcideretur; quod signum erat propriū peccatorum. neque enim satis sibi esse existimauit, quod se ad formam hominis sumendam demisisset, nisi etiam ad imaginem peccatoris suscipiendam progrederetur; quamobrem exaltatus fuit honore, quem illi Angeli detulerunt; & postea etiam Magi: Mox tamen honorem illum secutus est contemptus, vt humiliatio eminentior appareret, quæ post exaltationem sequeretur.

Exaltatus autem humiliatus.

In hyeme.

DVABVS his sororibus, tertiā coniunxit heroicā PATIENTIAM in doloribus, incipiens statim eos delibare, tū ob seueritatem temporis, in quo natus est: quia ex sponte elegit in hyeme nasci, vt frigoris rigorem experiretur.

tum

tum ob cultum circumcisionis, qui delicatam carnem abscidit, effuso pretioso sanguine, quo nostræ redemptioni principium daret, oblato eius pretio. Intra paucos etiam dies, persequentem Herodem coactus est fugere per loca deserta, in Aegytum, vt maioribus ibi laboribus exerceretur.

His accessit quarta virtus, quæ reliquas supramodum exaltat, ingens inquam FERVOR SPIRITVS, ab incensa eius charitate, zeloq; diuinæ gloriæ, & salutis animarum proueniens pro quibus has omnes pænalitates subibat, remedij nostri, consolationis, & exempli causa proponens eas nobis pro argumento meditationis & imitationis, vt hic dicere nobis liceat cũ sponsa c *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.*

4.

c Cant. 1. 13

Cogita itaque, dilectum tuum esse tanquam arborem myrrhæ, quam per suos poros distillat. cuius cortex, si pungatur & findatur, ea fuit abundantius. Nam tota eius vita, non aliud fluit, quam continua quædam paupertatis, contemptus, doloris, & laboris exercitatio, quas pœnalitates ingenti amore distillabat siue eas propria electione subiret; siue acceptaret, quas hostes illi inferebant, & pungentes duriterque tractantes in persona, fortunis, honore & vita. Ad sanctissimam hanc arborem est tibi accedendum, vt horrendas eius amaritudines metiendo, perpendas ', colligasque aliquam earum in partẽ tuam memoriam, vt eas diutius inspicere possis, ponens illas,

(vt ait

(vt ait S. Bernardus) non retro in dorso, sed in pectore: vt tua consideratio sit continua, & amabilis, cum duplici tenero affectu: altero commiserationis, altero gratitudinis. condolendo scilicet ob ea, quæ pro te passus est; simulque eum laudando, immensasque gratias agendo, quod talia pati pro te voluerit. Verum his non contentus, colliges quoque tibi (vt S. Gregorius suadet) fasciculum alium mortificationis & virtutum illius virtutibus similium: optans ex toto corde imitari ipsius nuditatem, despectum, laborem, & dolorem: vt occasionem accipias exercendi eius paupertatem, & humilitatem, eius patientiam & feruentem zelum, ligando hunc fasciculum affectu amoris & charitatis, d *quod est vinculum perfectionis.* Sic enim fiet, vt quamuis plurimum myrrhæ colligas, non sit tibi sarcina grauis, sed leuissimus fasciculus: quia charitas reddit illum suauem, carnisq; amaritudinem conuertit in Spiritus dulcedinem. Quando enim non erit tibi fasciculus, quod pro te patitur, ipsemet Deus, factus tui causa infans? Quomodo non pones ante pectus tuum, quod ipse ante suum posuit? Quomodò obliuioni trades, & in dorso tuo pones, quod ipse semper coram oculis suis habuit? Ne itaque vnam tantum aliquam virtutem colligas; sed fac ex omnibus fasciculum, vna enim sola grauis esset: omnium verò coniunctio erit leuamen. Nam humilitas suauem facit paupertatem; patientia iucunda est cum charitate; & ipsa charitas dulcorat humi-

ct. 43. in Cant.

ia 1. c. Cant.

d Coloss. 3. 14.

rat humilitatem, & vnius virtutis difficultas alterius societate superatur ; omnesque cohærent optimè cum societate dilecti, qui se illis exornauit. O dilecte cordis mei, ex hoc eris mihi fasciculus fragrantis myrrhæ. si enim te amo: quicquid in te videro, erit mihi dulce ac iucundũ; odor, quem illud habet, eò quòd in te fuerit, confortabit me, & animabit, vt delecter, si semper mecum illud habeam. Diligam te ego sicut tu me dilexisti : & statim dulce erit pro te pati, quod pro me tu sustinuisti.

Quatuor rebus Christus renunciauit

HINC consideratione progredieris ad ea, quæ idẽ Dominus deseruit, & quibus vt quatuor has pænalitates indueret, renunciauit. perpendendum enim est tibi : Si supremus tuus Redemptor in mundum intrare voluisset, vestitus & ornatus iuxta statum & dignitatem suam ; ex Iustitia illi debebatur splendidissima vestis quatuor gloriæ dotium : erat enim beatus, quoad animam suam : omnes verò beati habent corpus gloriosis dotibus ornatum, quas vulgò appellamus claritatem, Impatibilitatem, Subtilitatem, & Agilitatem. Sed hic Dominus, quò e *aptum corpus* assumeret, quod sacrificari pro nobis posset, pretiosæ huic vesti renũciauit; induit verò aliam intextam, siue ex quatuor partibus compositam, quas possemus appellare quatuor dotes miseriæ & pænalitates. pro dote enim claritatis, induit se ignominia; pro impatibilitate, doloribus; pro subtilitate, paupertatis oneribus; & pro agilitate, laboribus

e Heb. 10. 5.

ribus ac defatigationibus : & hoc ornamento veſtitus ingreſſus eſt hunc mũdum viſibilem, reponẽs pretioſam illam veſtem, donec ingrederetur ad poſſeſſionem capiendam regni Patris ſui. Et quamuis f *in monte Thabor*, eam induit, ſolum id fuit, vt quomodo ſibi quadraret, experiretur; carnemque ſuam animaret ad tormenta paſſionis ſuſtinenda; ſpe recipiendi poſtea veſtem illam gloriæ integram, valdeque perfectam per totam æternitatem, quam propterea ſtatim exuit, vt g *exceſſum* impleret *in Ieruſalẽm*, de quo *cum Moyſe & Elia loquebatur* : qui exceſſus erat in paupertate, opprobrijs, doloribus & laboribus, amoris exceſſus toleratis, In his enim omnibus reb voluit cuncta ciſſimus noſter Ieſus excellere, ſi ita loqui licet, nimius eſſe; laborans & patiens pro nobis multò amplius, quàm prò noſtra reparatione eſſet neceſſarium: nimio amore ipſum extra ſe deducente : ad quem ſpectat huiuſmodi exceſſus facere. Aſpice igitur verum hunc Ioſephũ, cum *tunica polymita* variorum colorum, quæ ad pedes vſq; deſcendebat, quam fecit illi pater infantulo, quatuor prædictarum pẽnalitatum varietate intertextam, quæ vt proprio ſuo ipſius ſanguine tingeretur, iuuit fratrum eius inuidia. Attende item, quod quamuis eã infans induerit, & ad propriam menſuram formamque tunc accommodauerit; vt tamen ipſe ætate creſcebat, ita etiam creuit ipſa veſtis in varietate laborum vſq; ad ſummum. Nam etſi tota vitâ valde pauper vixit, i *non habens vbi caput*

f Matt. 17.2.

g Luc. 9.31.

Gen. 37.3.

i Luc. 9.58.

ſuum

summe zelinaret, k *saturatus opprobriis*, l vt *vir esset dolorum*, multisque laboribus lassatus, portans semper iugum quatuor harum pœnalitatum, continuò hanc crucem baiulans, calicemq; hunc amarissimum bibens, & horrendo *hoc baptismo baptizatus*. In morte tñ seipsum superauit, & ea, quę tota vita passus fuerat: volente ipsius Charitate, dilatare, quantum poterat & expediebat, rigorem harum pœnalitatum, donec eis submersus moreretur, offerẽte summo hoc n *Sacerdote, veste hac*, quatuor his coloribus texta induto, suiipsius sacrificium pro nostris peccatis.

k Thre. 3. 30. l Isc. 53. 3.

m Matt. 20. 38.

n Exod. 28. 4

REQVIRE humiliter ab ipso causam, cur huiusmodi vestem in sua natiuitate, totâ vi tâ ac morte induerit; audiesq; respondentem sic fecisse, vt filios huius sæculi confunderet, induentes vestẽ hominis veteris quatuor mũdanæ gloriæ, dotibus textam: quæ sunt *diuitiæ, honores, voluptates & solatia*; fundantes in eis *cupiditatem, superbiam, carnalitatem, & vitæ ostentationem* hostes salutis eorum æternæ. O magister supreme, ex hoc nunc renuncio huic veteris hominis indumento, quod tu tantopere horruisti; o *induam*, verò vestem *hominis noui*, quam tu adeo amasti. Paupertatem tuam omnibus mundi thesauris præfero; pluris tuas facio ignominias, quam omnes mundi honores malo dolorum ac laborum tuorum particeps esse, quàm delectationum & solatiorum, quæ pereunt. Seruetur vestis cum dotibus gloriæ in alteram vitam: mihi in hac

I.

o Colos. 2. 9.

peregri-

peregrinatione glorioſum erit, illam induere quam tu induiſti.

2. HIC præcipuus eſt affectus, & præcipuum propoſitum, quod ex hac conſideratione colligere debeas: perſuadens tibi, quod, ſi obtinere velis patris tui cœleſtis benedictionem,

p Iac. 27. 15. oporteat exuere te, ſicut alter p Iacob, conſuetis veſtibus, quibus terrenum Adamum imitaberis; induere verò pretioſiores fratris tui Chriſti Ieſu, pœnalitates complectens, quæ in Chriſtate cum ipſius pœnalitatibus coniungantur. Et tunc odor huius veſtimenti prouocabit æternum Patrem, vt cœleſtibus te benedictionibus in hac & in futura vita repleat. Nam pro paupertate tibi dabit diuitias ſuæ gratiæ; pro opprobrijs, magnos fauores exhibebit; pro doloribus, immenſa ſolatia; & pro laboribus gaudia ineffabilia.

3. MEMENTO, milites, qui Chriſtum crucifixerunt, q *diuiſiſſe ſibi veſtimenta eius in quatuor partes.* vt vnicuiq; pars vna cõtingeret: ſorte vero obtigit vni *tunicæ* eius *inconſutilis, deſuper contexta per totum*; ad ſignificandam hæreditatem, quam Chriſtus Dominus ſuis militibus relinquit, diſtribuens illis hanc veſtem quatuor harum partium. Quibuſdam enim partem tribuit paupertatis, alijs partem contemptuum; his dat partem dolorum & infirmitatum: illis laborum ac defatigationum in ſuis officijs & miniſterijs: ſed alijs tamen feliciori ſorte, dat tunicam inconſutilẽ, deliper contextam per totum; varietate ſcilicet

q Ioan. 19. 23

quatuor

quatuor harum pænalitatum : vt exerceantur in illis ab initio vsq; ad finem vitæ : ipsi verò magnâ alacritate eâsdem amplectuntur eius amore, qui prius eas induerat. Beati qui felicẽ adeo sortem acceperunt, quæ illis r *cecidit in præclaris*. Nam etsi viles sint in oculis mundi, prætiosæ tamen sunt & præclaræ in oculis Christi : propterea enim illas ipse induit. O Redemptor dulcissime, in cuius manibus sortes meæ, nullas volo meliores quam tuas imitari pænalitates, quas suscepisti ; & virtutes, quas in eis exercuisti : certus sum enim, si hanc *vestem habuero*, me non excludendum à *Nu-* s *ptiis* sed admittendum ad eas, vt regnem gaudeamq; tecum in æternum, Amen.

r Psal 15.6.

s Matt. 22.11

CAPVT XIV.

De lectione et meditatione in libro Iesu Christi crucifixi, & ex eo præstantissimis proprietatibus divini amoris vnitiui, quæ in eo eluxerunt.

LIBER compendiosissimus, maximè sublimis, & efficax ad mysticam Spiritus scientiam, est Iesus Christus crucifixus, apertus, & extensus in cruce ; vt legi possit ac intelligi ab omnibus, qui ad id oculos habent, quod aperte nobis significauit S. ille Apostol°,

qui et si raptus ad tertium cælum, viderit arca-
a 1. Cor. 2. 2. na Dei, volens tñ cũ hominibus loqui, dixit: *a Iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum & hunc crucifixum* quasi diceret: omnia arca-
na, quæ mihi fuerunt reuelata, compendio
continentur in Christo Iesu crucifixo: & qui
nouit quod in abbreuiato hoc diuino libro con-
tinetur, nihil super est illi sciendum, ut sit
perfectè sapiens. Quamobrem quicquid co-
gito, quicquid prædico, & scribo, non aliud
est, quam Christus crucifixus. Hic esse debet
liber, in quo semper studeatis, cogitetis, actu-
ditemini: de eo vobis est loquendum, age-
dumq; de eo est vobis gloriandum; quodcun-
in eo videritis, imitandum; ille (sicut ait Iob)
b Iob 31. 36. b *circundandus quasi corona capiti* vestro, &
pronunciandæ per singulos vestros gressus, &c.
perum vestrorum exercitia, virtutes quæ in eo
supra c. 9. ex S. Greg. lib. 20. Mor. c. 14 Lit. de triumph agon Christi. c 20. c Apoc. 5. 1. c Ezech. 2. 9 sunt scriptæ, *& quasi principi* Regique cœlesti
offerendus, tanquam titulus & causa, ob quam
suis vos gratijs & misericordijs repleat. Nul-
lus excusare se potest ab huius libri lectione.
Nam (vt ait S. Laurent. Iustinianus) sapien-
& simplices multa in eo habent, quæ legen-
possint, capacitati suæ accommodata. Simpli-
ces aspiciendo quod c *est exterius scriptum*; in-
pientes penetrando ad id *quod intus est scriptum*:
exterius scriptus est literis horrendorum do-
lorum & cruciatuum; intus literis insignium
gratiarum ac virtutum: exterius scriptus est
manu carnificum & satellitum; intus digito
ipsius Dei, qui suis donis illũ repleuit. Flagella

spinæ

pinæ,& clani instrumenta fuerunt literarum, quæ exterius apparent;sed facultates & virtutes sanctissimæ eius animæ fuerunt instrumenta heroicarum literarum, quæ interius elucent : &, vt dixit Ezechiel propheta; in eo tria præcipue sunt scripta *d lamentationes, carmen & væ.* in eo enim manifestantur efficacissima motiua ad nostra peccata deflenda; & ad ipsum Deum, ob immensa eius beneficia laudandum: ac denique ad horrenda eius supplicia pertimescenda. d Ezech.2.9.

§. 1.

Praxis Meditationis ex his tribus motiuis.

PRIMVM ergo legendi sunt tibi planctus & lamentationes in hoc libro scriptæ: vt perpendas cruciatus, & dolores omnes Saluatoris,tã interiores,qui in eius anima sunt scripti: quam exteriores,qui in corpore;vt extendantur tibi lacrymæ, videnti, quæ absq; vlla culpa patitur innocentissimus hic agnus,q̃ vellet vt peccata mundi tolleret. Attende quo pacto hic Dominus,in horto Gethsemani,voluerit initium dare huic dolorum scripturæ,ipsomet scribente nõ alio calamo,quã propria sua imaginatione, in qua ad viuum depinxit dolores oës,ignominias,atq; labores, qui ipsũ manebãt,ita vt statim magna vehemẽtiâ ꝓduci cœperint affectus tristitiæ,timoris,tædij,pauoris& agoniæ,adeò vt sãctissima eius anima trãsfigurata & transformata fuerit in dolorosã imaginẽ,q̃

erat habiturus in totius passionis decursu. Quod verò hi characteres interni legi possent, voluit eorum externa quædam indicia dare, erumpentem scilicet per corporis poros sanguineum sudorem, terribilem adeo, ac tremendum, vt satis ostenderet immensam amaritudinem afflicti cordis, ex quo procedebat. Quod si solus repræsentatio, characterum describendorum cum funeribus flagellis, spinis, & clauis tantum sensum huic Domino attulit, vt sanguineas lacrymas per omnes corporis poros exprimeret, quem postea sensum eidem attulerint ijdē funes quib. delicata eius brachia crudeliter ligabantur; flagella, quæ totum eius dorsum sulcabant; spinæ, quæ cerebrum penetrabant; & claui, qui manus & pedes transfigebant? & quem sensum par est, vt efficax in corde tuo, horum omnium memoria? Quomodo poteris lamentationes huius libri legere, quin lacrymarum fontes ex tuis oculis demittas, flens cum flente, cuius fletus tu sis causa præcipua.

2. MVLTO autem amplius hæc senties, si nè perpendas, quid hi characteres significent hæc inquam Domini tui vulnera & tormenta. omnia enim vnà tibi significāt culpæ grauitatem, ad cuius satisfactionem, terribilem adeo pœnam destinauit; multitudinem & varietatem nostrorum peccatorum, pro quorum remedio tot tamque varios subijt cruciatus; inuentiones detestandas peccatorum ingratorum ad quorum curationem diuersa inuen-

inaudita dolorum & contemptuum remedia. Legens itaque ac meditans, quid Saluator tuus, pro alienorum peccatorum satisfactione sit perpessus, simul quoque intelliges pœnitentiæ ac mortificationis remedia, quæ debeas adhibere, vt te purges à peccatis propijs. *Corona* spinarum capiti infixa planctum significat, quem pro tuis superbijs facere; & constantiam, qua illas mortificare debeas. *Fel* & *acetum* te docent, quomodo vincas gulam & helluationes tuas; totius corporis eius *nuditas*, est rerum omnium renunciatio; pedum manuumque *clauis* in cruce sicut carnis tuæ crucifixio cum vitijs & concupiscentijs tuis; *lancea*, quæ latus eius aperuit, te docet cor tuum aperire; vt culpas tuas confitearis: deinque locum diuinis inspirationibus; fluens ex venis omnibus *sanguis*, monet te resistentiæ quam peccato debeas adhibere, effundendo, si opus erit tuum sanguinem; vt illud non admittas sed repellas: Denique (vt ait Sanctus Bernardus) consideratio tui remedij ostendit tibi magnitudinem tui periculi. Agnosce ô Christiane, quãta sint peccatorum vulnera, pro quibus fuit necesse, Dominum tuũ tot pœnis vulnerari, nisi illa lethalia fuissent, & quidem in æternum nunquam Dei filius tam crudelẽ mortem sustinuisset, vt illis mederetur. Ser. 3. de Natiuit.

3. Qvod si hæc lectio nec dum te conuicerit, perge porrò legendo minas & VAE in hoc libro scriptas: omnia .n. hæc vulnera, sunt characteres, qui significant suppliciorũ atrocita-

tem, quæ diuina Iustitia aduersus eos præparauit, qui perseuerant in sua culpa. sicut idem Redemptor dixit filiabus Ierusalem: *si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* sibi- 1 Luc. 23. 31.
ius mundi peccata, talia supplicia operantur in arbore viridi ac fructuosa, qualia efficiens in ficco & inutili ligno? Hæc enim temporalia supplicia, quæ pro alienis peccatis ego sustineo, leue quoddam vestigium sunt æternorum, quæ vos manent propter peccata propria. In meis *spinis* legere licebit eas, quæ tuum spiritum horrendo remorsu pungent; in *sitis* meæ leges, quam tu sine vllo refrigerio sustinebis, sicut auarus ille & epulo dives; in mea *nuditate* tuam æternam confusionem; in *clauis* meis vincula pedum ac manuum tuarum, vt tibi libertas adimatur; tum ad bona opera præstanda, tum ad tormenta pro malefactis fugienda; In *vulnere* mei *lateris* morsum leges vermis æterni; in mea *tristitia*, *agonia*, & desertione cognosces hæc omnia, quæ tu patieris æterna, eò quod fructum capere neglexeris ex sanguine, quem pro te effudi: qui pro atramento est, quo lamentationes istæ omnes minæque describuntur; qui ita mouet ad planctum salutarem, vt peccatores pœnitentes misericordiam consequãtur; qui etiam vltionem petit contra rebelles, qui eius fructu vti nolunt.

4. POSTQVAM hæc omnia legeris, incipe etiam CANTICA in eodem scripta legere, perpendens innumera motiua, quæ in eo inuenies

ad laudan-

ad laudandum & glorificandum Deum, ob acceptа prius, & in posterũ accipienda beneficia: quæ in ipso Christo crucifixo, ob oculos tibi ꝓponuntur. omnia siquidẽ eius vulnera & afflictiones, sunt characteres, significantes infinitã Dei charitatem, misericordiam, ac liberalitatem; heroicam obedientiam, mansuetudinem, & patientiam Saluatoris; quantiq; faciat nostram salutem; valorem item & pretium inæstimabile thesaurorum gratiæ & gloriæ ipsius. In *corona* spinea, licebit legere quid valeat corona æternæ beatitudinis; in *siti & nuditate*, quanti facere debeas saturitatem, q̃ tibi ꝓmittit ex viua aqua gratiæ, & pulcritudine, q̃ dabit tibi cum præclara veste charitatis; in pectũ, manuum, lateriśq; *vulneribus* leges: quam firmiter Deus te scriptum habeat in manibus suis & in corde suo impressum, vt secũ te vniat amore perpetuo, si tu volueris iucundam eam vnionem conseruare. Et quoniam hic liber non solum est legendus, sed eẽ (vt ipse Ezechieli dixit) b *comedendus* ac deuorandus; aperi os tuum, & totum *comede* immittendo illum vsq; ad Spiritum tuũ tecumq; per amorem vniendo, & teipsum in eundem per imitationem transformãdo. Attende q̃ c *in ore tuo* futurus sit *dulcis sicut mel*; sed *ventrem tamen tuum faciet amaricari*; quia dulce quiddam est ruminari & loqui de mysterijs in eo contentis; valde tamen est amarum, eadem reipsa imitari: sed perseueranti in eo libro comedendo, dulcedo Meditationis, reddet dulcem ipsam mortificationem

b Ezech. 3. 1.
c Apoc. 10, 9.

cationem & imitationem. O Saluator dulciſſime, qui tantis tuis expenſis ſcripſiſti *lamentationes, carmen, & væ* in tuo libro, doce me eo amoris Spiritu illa legere, quo tu ſcripſiſti. plangam ego ex amore peccata mea; timeam ex amore ſupplicia tua; laudem quoq; te ex amore, ob tua beneficia; & ex eodem amore ſpem ſuprema tua præmia; vt amando, & imitando, quod in te lego, perueniam ad fruendum eo, quod deſidero.

Opuſc. de incendio amoris par. 2. Apoc 5 1. liber iſte, ait eſt vniuerſa, liis rerũ omniũ notitia.

SVMMAM eorum, quæ diximus, colleg. S. Bonauentura dicens: Chriſtum D.N. paſſione ſua, aperuiſſe ſeptem ſigilla libri, quem S. Ioannes viderat obſignatum. aperuit n. ſingulariter ſeptem myſteria, quæ hominib. erant vtilia de occulta; ſapientiam .ſ. & admirabilem Dei perfectionem, valorem ſpiritus hominis, vanitatem rerum huius mundi, atrocitatem inferni, iucunditatem paradiſi, horrorem culpæ, & virtutis præſtantiam, ac propterea licebit dicere, Chriſtum crucifixum eſſe retectionum librum. Nam omnes deceptiones & errores, quibus homines circa ſeptem illa patiuntur, in eo reteguntur, & tunc legeris, & vtiliter meditatus fueris, quod liber iſte continet, cum ſeptem prædictos fructus, aut eorum aliquos ex eo percepperis.

§. 2.

Quod amor ſimilitudinem efficiat.

SED NECESSE nunc erit, magis in particulari explicare diuini, & vnitiui amoris pro-

ris proprietates & excellentias, ad quas lectio & manducatio huius libri, qui est Christus crucifixus, nos inuitat. quique ex ipsa cruce plus operibus, quam verbis illud nobis canticorum inculcat: a *pone me vt signaculum supra cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est, vt mors dilectio: dura, sicut infernus, æmulatio lampades eius, lapides ignis atque flammarum: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eã* quibus verbis per similitudinem signaculi, mortis sepulturæ, inferni, ignis, flammarum, aquarũ, & fluminum, declarat nobis Spiritus S. perfecti amoris proprietates.

a Cant. 8. 6

HARVM prima est (vt superius dicere cœpimus) efficere magnam similitudinem & cõformitatem in rebus omnibus interius & exterius, cum ipso Domino, quem diligit: ponit enim illum vt signaculum super cor & brachium suum, sicut ipse est in cruce. Nam vbi magis ad viuum figuram ille accepit sigilli, quã in sua passione: cũ æternus Pater per lictores & carnifices eum cælauit? sicut dixit per suum Prophetam b *ego cælabo sculpturã eius*: excauando scilicet in eo magnas fossas; infigẽdo in caput eius multas spinas; dorsum aperiẽdo multis flagellis; pedes eius & manus clauis; latus denique lancea perforando. c *ponam enim eum* (ait per alium Prophetam) *quasi signaculum* in pulcherrimo annulo sculptum:

Prima proprietas amoris. c. 11.

Pone me vt signaculum.

b Zach. 3. 9.

c Agg. 2. 24.

quia *eum elegi*, vt ipsius imaginem omnibus meis electis imprimerem. Scimus sigillum & rem sigillatam esse similia; & vnam eandemque figuram habere: quamuis hoc interfit, quod sigilli figura, sculpta sit in auro, aut argento, aut lapide aliquo pretioso; magnoque artificio ac firmitate elaborata, quæ vt plurimum effecta est arte cælatoria, extrahendo videlicet partes aliquas ex ipso auro, donec figura formetur: at in reipsa sigillata figura efficeræ impressa, aut alteri alicui materiæ molli, q̃ facilè deletur; nec semper aptè imprimitur, curua, modò non satis benè expressa; nó culpa sigilli, sed applicantis illud malè, aut materiæ durioris vitio. Hoc igitur modo Christo crucifixo electi eius similes esse debent in vita: eo
d Rom. 8. 29. quod æternus Pater d *eos prædestinauerit conformes fieri imaginis filij sui.* Sed hoc interest, quod in Christo D.N. qua ratione & simul homo & Deus, omnes virtutes sint quasi in auro aut lapide aliquo pretioso exactissimè ac solidissimè ita cœlatæ, vt nec diminui nec obfuscari aliquando possint. Et licet illas initio acceperit in hac perfectione, voluit nihilominus, sacratissimum corpus suum cœlari, ac perforari, quò virtutum, quæ in eius animo erant, pulchritudo manifestaretur, vt pulchre
Serm. 61. in Cant. dixit sanctus Bernardus: *patet*, inquit, *arcanum cordis per foramina corporis; quid in vulnere per viscera pateant:* per ea enim manifestatur firmitas & præstantia eius humilitatis, patientiæ, & obedientiæ; & viscera clementiæ mise-

misericordiæ, & charitatis: ex quibus omnibus simul conficitur perfectissima imago, quæ iustis est imprimenda. In quibus tamen imprimitur tanquam in cera, ex natura sua corruptibili, & quæ facilè amittit figuram acceptam, nisi idem Dominus, qui impressit, eam conseruet. Sæpè verò eas virtutes accipiunt cum multis defectibus & imperfectionibus: non defectu ipsius sigilli: quia nihil magis desiderat ipse Christus, quam nos videre perfectos: sed culpa nostra, & parua dispositione. Nobis enim incumbit, applicare, cum ipsius auxilio signaculum illud super cor & brachiũ nostrum: conando videlicet conformare nostras affectiones & actiones cum ijs, quas ipse habet. Sed vlterius adhuc nobis est progrediẽdum & conandum: vt solus ipse, & nullus alius spiritum nostrum possideat, tanquam vnicus dilectus & amor noster.

Secũda proprietas amoris.

Nam propterea etiam nobis dicit: pone me vt signaculum. O dilecta anima mea, attende, quod quemadmodum cera, non potest simul duo diuersa sigilla accipere: alterum enim statim delebit alterum: ita fidelis & casta sponsa non debet habere duos amores sibi contrarios; sed totum suum amorem collocare in e 2. Cor. 11. 2. *vnico suo viro* & sponso *Christo*, eum diligendo ex toto corde suo, spiritu, anima, & viribus. Quemadmodum dilectionis præceptum præscribit. Caue itaque obsignes cor tuum & brachiũ signaculo mundi, aut Antichristi; quæ est imago superbiæ, cupiditatis, & carnalitatis; sed

obsig-

obſigna ſignaculo vitæ meæ, quę imago eſt humilitatis, paupertatis, & puritatis corporis & animi. Tu ipſa ponere me debes tanquam ſignaculum ſuper cor & brachium tuum, vt me diligas ſicut ego te; viuaſque, ſicut ego: mihique coniungaris, ſicut ego cupio tecum eſſe cõiunctus. neque enim conſeruare poteris meam figuram, niſi ego ad eam conſeruandam tibi aſſiſtam.

NE autem negligas facere quod præcipio, coniungam minas & VAE canticis. volo enim ſcias: *dilectionem eſſe fortem ſicut mortem, durã æq̃, ſicut infernus, æmulationem.* quaſi diceret: cape hoc benè, quod irritata dilectio, ſit fortis ac terribilis ſicut ipſa mors: zelus verò & æmulatio dura, & quaſi infernus ipſe, inexorabilis: ita vt, ſi ſponſa fidelitatem non ſeruet, quo magis eam prius amabat, eò amplius illam dedignetur, eo quod infidelis fuerit & ingrata: nulliſque admiſſis precibus, vlciſcetur hanc iniuriam, inferendo mortem & pœnam æternam: vt ſic, rebellis caſtigetur pro meritis ſuæ rebellionis. O caſtarum animarũ ſponſe, æquiſſimum eſt, vt tu ſolus ſis vnicum ſignaculũ earũ nullo alio admiſſo, qui tibi aduerſetur. Sed quomodo ego ſolus ponam te, vt ſignaculum ſuper animam meam: ſiquidem opus hoc, tuum eſt potius, quam meum? Nam ſi meum eſt, id eſt propter auxilium tuum. pone te igitur, vt ſignaculum ſuper cor meum: imprime integrè rectèque viuam tuarum virtutum imaginem, deleta omninò execranda vitiorum

tiorum figura. Ego tibi cor meum offero, tanquam ceram mollem, aptam & promptam ad signaculum tuum suscipiendum; tu illud applica & fortiter preme, vt rectè solideque exprimatur, etiam cum meo dolore ac labore. Si enim tanti tibi constitit fieri signaculum tuorum electorum; an multum est, quod aliquid illi patiatur, vt obsignentur? Ex nunc dicam cum Apostolo, f *vt Deo viuam, Christo confixus sum cruci.* Christus crucifixus, meum erit signaculum, imago mortificationis, quã ipse habet in corpore suo, portabo ego in meo: spinæ, quæ caput eius coronarunt, & meũ coronabunt; claui qui pedes & manus eius transfixerunt, meos quoque transfigent: g *absit mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi:* cuius amore viuo tanquam cruci affixus: *& stigmata Domini Iesu in corpore meo porto:* h *carnem meam crucifigens cum vitijs & concupiscentijs eius.*

f Galat. 2. 19

g Gal. 6. 14. 17.

h Gal. 5. 14.

§. 3.

De mortificatione quam efficit amor.

Tertia proprietas amoris.

HINC progredieris ad excellẽtem aliã proprietatem meditandã amoris diuini, vt sit solus in corde. quod scilicet *fortis sit vt mors*, vincens, mactans, destruẽsq; omnes affectiones sibi contrarias, aut ipsum impedientes: siue sint vitiosæ, siue naturales, licet cum discrimine. Nam, quemadmodum mors occidit, omniaq; viuentia destruit, solu-

Fortis est vt mors dilectio.

uendo

uendo connexionem, & colligationem, quâ anima & corpus coniunguntur, etiamsi antiquissima sit, ità vt non sit in terra potestas, quę illam possit impedire, aut intercipere, aliter tamen occidit viuentia, quæ ratione carent, quam rationem habentia. Nam in brutis cum animam à corpore separat, simul illam destruit, & conuertit in nihilum, ita vt nunquam possit ad vitam redire: at in hominibus nõ occidit animam, sed à carne separat, vt ipsa caro moriatur, anima verò viuat; non tamen eius legibus tributisq; subiecta: sed sicut purus spiritus. Ad eundem ergo modum perfecta charitas & dilectio est fortis, sicut mors: quia vincit, eijcitque ex corde reliquos omnes affectus & vitiosos quidem, qui à proprio amore carnali & mundano nascuntur, omninò destruit, ac reducit in nihilum: & quamuis in corde fuerint valdè radicati, contra eos prævalet adeò, vt non amplius regnet in anima peccati vllum graue, nec vitiosus habitus; imò nec leue sponte admittit, sed statim atque apparere incipit prau' motus, destruit illũ ac intercipit; ne culpa reuiresçat. Quod si tales affectus sint naturales & humani, qualis est naturalis amor parentum, & fratrum; sanitatis & vitæ propriæ, alijque similes: non eos destruit omninò charitas, sed ità separat, & abstrahit à carne & sanguine, vt occidens in eis quod carnem sapit & sensum; viuere permittat quod in eis est honestum & spirituale: vt affectus quidem viuant, non tamen iam tanquam carna-

nales, sed tanquã spirituales; inducẽtes nimirũ rationem spiritualiũ ab ipsa charitate, ita vt, si amet sanitatem aut morbũ timeat; si parentes diligat, ac de prosperitate eorũ lætetur; tristetur verò de aduersitate, non id fiat, solo titulo carnis & sanguinis, sed titulo amoris Dei, in quo & per quẽ diligit, quod Deus vult oditque quod illi non placet. Talis fuit eminenter amor Iesu Christi crucifixi; qui, vt hominibus benefaceret, reliquos oẽs amores & affectus superauit, non vitiosos, qui nunquã vixerunt nec aditum in cor eius habuerunt. quamuis. n. grauissimis iniurijs afficeretur, nec minimum tamen vnquã adfuit iræ, aut impatientiæ indicium propter illas: sed naturales omnes affectus vicit, timoris & tristitiæ, & amoris vitæ propriæ contra quos nocte suæ passionis luctans, dixit patri suo: *non mea voluntas sed tua fiat*. & ita generoso quodã corde ad ipsam mortem se obtulit nisi. n. ipse se obtulisset, nec totus mundus nec infernus potens fuisset, ad ipsum morti subijciendum. O dilectio sicut mors fortis: si fortitudine tua contra Deum prævaluisti, quantò magis contra homines prævalebis? O anima mea, si amor Christum posuit in cruce. an ne multũ erit, si te in altera ponat? obsigna te signaculo Iesu Christi crucifixi, & mortui, vt cruci affixa viuas & ipsius amore mundo sis mortua.

Dura sicut infernus æmulatio, & proprietas amoris.

Vlterius tamen amoris victoria progreditur cuius zelus & *æmulatio* dura est tanq̃ sepulcrũ aut *infernus*. in qua similitudine alia quædam dile-

dilectionis proprietas valde eminens insinuatur. Nam sepulcrum & infernus sunt duo hostes post mortem duriores & crudeliores. Sepulcrum enim est durissimum contra corpus, quod omnibus quæ habebat spoliat, comedit que ac destruit exiguum illud residuum, quod nors illi reliquerat: conuertit enim carnes, ossas venas, & arterias in puluerem, totamque eius fabricam dissoluit, relictis ossibus omnino spoliatis ac siccis; exequendo seueriss imè sententiam in Adamum prolatam, qua dixit Deus a *puluis es & in puluerem reuerteris.* Infernus verò crudelissimus est in animam, ad ipsum descendentem; horrendisque castigat tormentis culpam, quam illa secum affert. vterque autem hostis durus adeò ac pertinax est in prædæ retinenda, vt eam ante integram vltione sumptam non deserat. In hunc itaq; modum diuinus amor durus est in eum ipsum, quem amat, crudeliter quidem sed suauiter, & absque violentia. Non enim contentus est, quod in eo occiderit internas omnes affectiones inordinatas: sed vlterius pergit ad perfectionem, spolians illum rebus omnibus externis, quas possidebat: ita vt ipse parentes deserat, amicos, & notos, exeatque ex mundo, & seipsum in religione sepeliat, aut in aliquo terræ angulo, in quo soli Deo viuat, & de seipso vindictã sumat ob peccata præterita; seueram propter illa pœnitentiam amplectens; seipsum ad puluerem vsque demittens; seque offerens, si opus erit, ad subeundos inferni dolores & cruciat⁹, vt Deo

a Gen. 3. 19.

suo

suo placere possit, & vt his omnibus dilectum suum Iesum imitetur: cuius zelus fuit ipsi durus, sicut sepulcrum & infernus, iuxta illud b Dauidis in eius persona: *zelus domus tuæ cõedit me.* fortunas enim omnes, honorem, omniaque vitæ solatia comedit, & consumpsit donec illum reliquit in cruce nudum, infamem, & mortuum; ac postea corpus eius protecit in sepulcrum; animam verò in infernum aut limbum, licet non in pœnam, sed vt hanc etiam humiliationem subiret, ad eos, qui in ea captiuitate tenebantur, eripiendos, cùm prius seuerissimam in seipso vindictã sumpsisset de omnibus, quæ homines, ob sua peccata, merebantur, pro quorum amore ad omnes hos labores sese obtulerat. O si quis mihi daret, vt anima mea felici hac amoris morte morereretur; & in amabile eius sepulchrum ingressa, ibi clauderetur, & signaculo dilecti sui obsignaretur? O dilecte cordis mei, c *moriatur anima mea* non quocunque modo *morte iustorum*, sed morte illius, qui est iustus iustorum; & *nouissima mea* nouissimis eius sint *similia*: vt d *vita mea* sepulta *sit* & *abscondita cum Christo in* te *Deo* meo in æternum.

b Psal. 68. 10.

c Num. 23. 10

d Coloss. 3. 3.

§. 4.

De *fortitudine in agendo & patiendo quam efficit amor*,

Quinta proprietas amoris.

VT autem appareat, mortem & sepulturam, quam adfert diuinus amor, dirigi ad vitam aliam nobiliorem, addit Spi-

Lampades eius lampades ignis atq; flammarum.

ritus S. quod *eius lampades sint lampades ignis atque flammarum*, eò quod semper diuinus huc amor resplendeat præstantissimis & heroicis operibus, valdeque accensis affectibus, qui nō hærent in terra, sicut prunæ; sed flammarum instar in altum ascendunt, trahentes post se spiritum in cœlum, vbi est eius dilectus, cui cupit esse perpetuò amore coniunctus. Et valde propriè comparatur igni, & flammis lāpadū, quæ suis proprijs expensis ardent. & splendēt, consumentes oleum, & lychnū, quibus ignis ipse fouetur; vt sic intelligatur ipsius amoris excellentia, qui non dubitat amittere & cōsumere quicquid habet, quo lucere & ardere possit insignibus operibus, in obsequio sui dilecti: qui in cruce tanquam lampas arsit, emittens flammas immensi splendoris & ardoris, quæ accendere & inflammare possunt frigidū cor nostrum. Si enim a *esurientem inimicū cibare* (vt Sap. ait) *est prunas congregare super caput eius*, ad eius animi duritiem emolliendam, sibiq; reconciliandum. Quid faciet: si pro eodem honor, fortunæ, & vita ipsa exponantur, quò ille ab æterna morte liberetur? Quid aīt est Christus cruci affixus, nisi vas prunarium tot prunis plenum; quot sunt ea, quæ patitur; & bona, quæ nobis largitur, & mala à quibus nos liberat; quæ omnia ipse Christus congregat super capita nostra, vt tot beneficijs corda nostra emolliat, & amoris flammis incendat, vt tantoperè nos amantem redamemus? O Saluator dulcissime, qui ex prunario cru-

a Prou. 25. 22

cis cla-

eis clamas: b *ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?* proijce in terram cordis mei aliquam ex his prunis, vt amoris tui ignem concipiat; flammamque in altum tollat eò meum spiritum transferendo, vbi tuus est: faciendoque per amorem, ex vtroque vnum.

b Luc. 12. 49

Nec sine mysterio comparat Spiritus S. dilectionem *morti, sepulcro inferno*, & *igni*, quibus proprium est esse c *insaturabilia, nec vnquam dicere: sufficit*. Tale enim est diuini amoris ingenium, vt licet multa pro suo dilecto faciat & patiatur: nunquam tamen satietur, aut dicat, *sufficit*. Semper enim crescere desiderat; ascendere & in omnibus proficere. Si moritur per mortificationem, magis adhuc desiderat mori; si sepelitur per humilitatem, amplius desiderat sepeliri; si seipsum cruciat ob sua peccata, vt de illis vlciscatur, desiderat amplius vlcisci; si ardet splendetque insignibus operibus, multò amplius ardere desiderat, & lucere: & quantumuis altè ascendat, non requiescet, donec in æternitate ipsi dilecto suo coniungatur.

Sexta proprietas amoris.
c Prou. 30. 15

Richar. tract. de charitat. vulnerat.

Vervm multò adhuc amplius eminet diuini amoris excellentia cùm dicit Spiritus S. quod *aquæ multæ non potuerint ignem charitatis, nec flumina illam obruere*: ad significandam adeò esse inuictam eius patientiam & constantiam, vt nulli labores aut molestiæ internæ & externæ ipsam chari-

Septima proprietas. *Aquæ multæ non potuerũt extinguere charitatem.*

tatem extinguere valeant, siue descendant è
cœlo instar pluuiarũ; siue è terra veniant in-
star fluminum. Nam etiamsi plurima sint & co-
piosa, sunt tamen instar guttarum in focum
missarum, quæ multò amplius eã accendunt:
adeò vt ampliores edat splendores in medijs
maioribus calamitatibus; & maiores deside-
ret calamitates, vt adhuc magis splendeat. ac
quod vehementer desideret ad altioré perfe-
d Ioan. 15. 13 ctionem peruenire, quæ consistit in d *vita pro*
amicis suis ponenda. Talis fuit charitas Christi
nostri Seruatoris, quæ etsi fuit impugnata a
aquis immensis, non dulcibus sed amarissimis,
e Psal. 68. 1. de quibus Psalmista e *intrauerunt aquæ vsq; ad*
animam meam, infixus sum in limo profundi, ve-
ni in altitudinem maris & tempestas suis flu-
ctibus *demersit me*, & cooperuit: non tamen
submersit, nec eius amorem imminuit, sed po-
tius in feruore tot tribulationum accensissi-
mos emisit splendores. circumdederunt eum
hostium exercitus (quos ob feritatem modo
f Ps. 21. 13. 17. 22. *vitulos*, modò *pingues tauros*, *canes*, *vnicornes*
& leones appellat) qui quinquies præcipuè
in quinque locis illum inuaserunt, in horto,
domo Caiphæ, in palatio Herodis, in prætorio
Pilati, & in monte Caluario: in quibus omnibus
perstitit inuicta eius charitas, benefaciendo
ijs, qui ipsi faciebant malè: ita vt in ipsa etiam
cruce pro suis persecutoribus exorauerit, ex-
cusando illorum peccata, & vitam suam offe-
rendo, vt eos ab eis liberaret. quod est summi
g Rom. 5. 7. amoris. vt enim dixit Apost. g *vix pro iusto, &*

eo quod

eo quod iustum est, & obligatorium, *quis audet mori: commendat autem charitatem suam Christus, quoniam cum adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est*: quam *charitatem nec multa aquæ* nostrorum peccatorum *nec flumina* grauissimorum tormentorum *obruere* aut immunuere *potuerunt*. quo facto prouocat nos adipsum alia charitate insuperabili. qualis fuit ipsius, amandum, ita vt quemadmodũ nulli labores eius charitatem extinguere potuerunt: sic nec possint nostram, iuxta illud quo Apost. de vtraque dixit: h *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? In his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia nos poterit separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu* D.N. Quia neque nos poterunt separare à charitate ipsius erga nos, neque nos ab ea, quã erga illum habemus: illius enim est inuincibilis, eiusque virtute & nostra erit inuincibilis. O fortissime Redemptor, diligam te ego, sicut tu me diligis; vt charitas mea insaturabilis sit & inuincibilis, sicut fuit tua; coniunge amorem meum tuo, & i *cuiusuis manus pugnet contra me*: si enim *posueris me iuxta te*, tecumque vnueris, etiam si impugner, non expugnabor, nec succumbam.

h Rom. 8. 35.

i Iob. 17. 3.

§. 5.

De amoris liberalitate.

Octaua proprietas.

SED omnes superiores proprietates amoris, hæc vltima perficit, cùm dicitur *si dederit homo omnem substantiã domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam*: in quibus verbis ostenditur, quanti charitas sit æstimanda, quanta que esse debeat amantis liberalitas vt eam illæsam conseruet, quam in tribus rebus manifestat.

Prima est, quod dilectionis causa det quicquid habeat, nihil sibi reseruans.

Secunda adhuc perfectior, quod cùm totũ det, etiamsi illud sit reipsa multum, ipsi tamen videtur parum: & quicquid det, quasi nihil despiciet.

Tertia adhuc perfectior, quod non solùm parum se dare existimet, etiamsi det multum: sed quod det, etiamsi existimet, se parui faciendum, & stultum iudicandum propterea quod dederit. Distinctius hoc declarat LXX. Interpretum versio, quæ habet: *si dederit homo omnem v.tã suam in dilectione, despectione despicient eum*. Qui.n. nescit, quid sit amare, stultitiam iudicat, cùm videt, quæ facit, qui multum diligit: illumque propter ea despicit & contemnit. Quæ tria eluxerunt eminenter in Iesu Christo crucifixo, de quo per excellentiam dictum est: *si dederit homo*. Nam etsi verum sit, propter amorem talia illum fecisse, vt dixerit de se: a *ego sum vermis & non homo, opprobrium*

Psalm. 86. 5. *Homo natus est in ea.*

a Psalm. 21. 7

brium hominum & abiectioplebis. Sed adhuc in hoc ipso ostendit, se excellentissimum esse hominem, qui sua omnia dirigeret summa hominis ratione ac discretione, licet non puri hominis, sed simul hominis & Dei, de quo ait Apost. b *quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues*: & ob amorem, quem erga nos habuit, omnibus renunciauit, quæ habebat; etiam in ipsa cruce vestimenta reliquit, quibus operiebatur; & nutrimentum, quo se alebat; ac denique totam vitam, ex quo natus est, donec expirauit, expendit in dilectione, & in amoris operibus, faciens stupenda, pœnasque grauissimas sustinens, in eorum commodum, quos diligebat: pro quibus propriam etiam vitam dedit. Neque his contentus, propter eandem dilectionem dedit nobis omnem substantiam domus suæ, corpus scilicet & sanguinem suum, in cibum & potum, vt mox videbimus. Et quamuis adeò fuerit magnum, quod fecit, & nostri gratia perpessus est, existimauit tamen se nihil facere: quia multò plura facere desiderabat. ad magnitudinem enim amoris sui adeò insaturabilis, parum erat, quod mille vitas daret, milleq; annorũ tormenta, & laborum genera, si nostræ reparationi necesse fuisset, subiret: Ad hoc aũt totũ sese obtulit, sciens, se propterea contẽnendum, & pro stulto habendũ: siquidẽ c *Christus crucifixus Iudæis fuit scãdalum, gentibus autem stultitia*. vtpotè qui non assequerẽtur neq; intelligerẽt amorẽ, à quo ꝓcessit, vt se ad talem mortẽ offerret cũ omnib.

b 2. Cor. 8. 9.

c 1. Cor. 1. 23

inuentionibus, quæ in illa fuerunt. Omnes enim fuerunt à charitate, cum altissima sapientia, ac discretione: cuius exemplo fideles, qui oculos habent, ad has amoris inuentiones cognoscendas, resumentes spiritum tanto huius Domini amore accenduntur, vt liberalissimè dent quicquid habent, quò charitatem consequantur, eamque in suo corde conseruent. Hic

[1] Matth. 13. 44. 46. est d *thesaurus absconditus in agro* Euangelij, pro quo *vendit homo vniuersa quæ habet, vt illum emat*; est item *preciosa* illa *margarita* pro qua *vendit homo omnia quæ habet, vt illã emat*. Propter hanc deserunt Religiosi omnem substantiam domus suæ, renunciant hæreditatibus, & possessionibus suis: propter hanc contemnentes Martyres propriam vitam, crudeli morti se offerunt, vt eam conseruent: in hac totam suam vitam exponunt electi, qui viuere cupiunt, vt plus liceat amare, & postquam dederunt, quicquid habebant; & fecerunt quicquid potuerunt: id totum illis videtur pa-

[2] Sap. 7. 9. rum: quia e *in comparatione* ad charitatem, *aurum videtur esse sicut arena, & argentum sicut lutum*: & omnes mundi thesauri, tanquã nihil sunt in conspectu illius. Et propterea quamuis sciant propter hoc se contemnendos,

[3] Heb. 12. 26. nihili id ducunt, [f] *maiores diuitias æstimantes thesauro AEgyptiorum, improperium Christi*, & summam prudentiam existimant, quam mundus iudicat stultitiam, id, quod suo tempore manifestabitur iuxta illud quod Iob dixit: [g]

[4] Iob. 12. 4. *deridetur iusti simplicitas, lampas contempta*

apud

apud cogitationes diuitum, quæ tamen *parata* est *manifestari ad tempus statutū*. Lampas ignis (vt diximus) charitas est iustorum contempta tamen è diuitibus huius sæculi: quia nec lucet, nec ardet iuxta eorum opinionem: sed quando constitutum à Deo tempus aduenerit, is manifestabit eius splendores: & omnes aduertent, quam fuerint eius opera cordata, & inuentiones prudentes; tunc, vt Sapiens ait ipsimet homines mundani, rei veritate conuicti, dicent: h *nos insensati vitam illorū æstimabamus insaniam, & finem illorū sine honore*: sed iam deceptio nostra est retecta. *cōputati enim sūt inter filios Dei, & inter Sāctos sors illorū est.* h Sap. 5. 4.

Lampas etiam contempta fuit Christus D.N. cùm esset coram Caipha, & Principibus Sacerdotū, qui tamen, dum ab ipsis cōtemneretur, valdè libere dixit i *Amodo videbitis filiū hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli* cum maiestate magna, manifestantem diuinitatis & maiestatis suæ: splendores qui tunc erant suis hostibus occulti, licet amicis fuerint semper manifesti. nam in crucis candelabro adeò ipse eminenter arsit, & resplenduit, vt fuerit à multis cognitus; & filius Dei viui, & Rex paradisi proclamatus, vt statim cœperit implere quod prædixerat: k *ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*; exaltando illa ab ipsa terra, vt ibi sint, vbi ego sum. O ignis infiniti amoris, qui omnia trahis ad te, vt ea transformes in te, per amorem & imitationem? Tu trahis ad te i Mat. 26. 64. k Ioan. 12. 32.

eorum memoriam, vt semper de te cogitét; intellectum, vt tibi credant, teq; cognoscant; voluntatem, vt te diligãt; potentias & sensus eorum, vt tibi pareant, corpus & animam, vt in tuo seruitio occupentur; eorum fortunas, honorem, delicias, salutem, & vitam, vt sint tuæ gloriæ instrumenta. Sed quid mirum, si omnia eorum ad te trahas, siquidem eadem omnium te inueniũt? trahe me, Domine, ad te, vt amem te, sicut me amas; transforma Spiritum meũ in tuum qualem tu habes in ista cruce. sit vna tri-usq; crux, vt tecũ sim confixus ei, amoris clauis tanta firmitate, vt nec vitæ prosperitates, nec mortis amaritudines à cruce me separent, donec per eam me tibi coniungas in gloria in æternum.

CAPVT XV.

DE AMABILI IESV CHRISTI cognitione, quæ est sanctissimo altaris Sacramento: ac de septẽ stupendis rebus, quas in se includit cũ admirandis virtutibus, vi exẽplis perfectionis, ad eandem cognoscendum perpendendis ac meditandis.

EX iis medijs, quæ in hoc exilio habemus, ad discendam & assequendam eminenter beneuolam & vnitiuam Dei Domini nostri, eiusq; filij Iesu Christi cognitionem altissi-

nem, altissima, accommodatissima, efficacissima ac potentissima est cognitio sanctissimi Altaris Sacramenti: in quo ipsemet Christus D.N. inclusus latet, vicē subiens libri in triplici excellentia. *Prima* est, quod nobis det copiosissimam materiam legendi & cognoscendi quicquid in toto libro suæ vitæ descripsit, à sua incarnatione vsque ad mortem, & in cœlos ascensionem: quorum omnium instar est pugillarium, & memorialis excellentissimi, sicut ipsemet Dominus suos Apostolos monuit, cum dixit: a *quotiescunque feceritis, quæ ego iam feci, facite in meam commemorationem.* Et prius idem prædixerat Dauid: b *memoriam* (inquit) *fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Et hinc oritur *secunda* excellentia; q in animæ viscera immittat quidquid idem in se habet scriptum: ingreditur enim tāquam cibus, vt imprimatur & obsignetur in corde. Neq; enim nouum quid est, (vt proximo capite diximus) quod velit Deus libros suos, non solum legi, sed etiam comedi, vt virtutem quam habent, comedenti communicent hic enim ad literam impletur, quod præcepit, dilecto suo discipulo, cum dixit: c *accipe librum & deuora illum*; & quod dixit Sponsæ: d *pone me vt signaculum super cor tuum.* Ex quo fit vt liber hic miro quodam modo nos doceat, illustret, afficiat, transformetque in Iesum Christum Deum & hominē verum, cum quadā humanitatis ac diuinitatis eius iucunda & vnitiua

1.

a 1 Cor. 11. 24.

b Psal. 110.

2.

c Apoc. 10. 9
c Ezech. 3. 1.
d Cant. 8. 6.

coniun-

coniunctione, quæ perfectam nostri Spiritus cum diuino coniunctionem efficit: in quem finem illud est institutum, eoque tendunt duo illi modi illud manducandi, *sacramentalis* videlicet, cum re ipsa Sanctissimum Sacramentum sumitur; & *spiritualis*, cùm legimus, meditamur, & reliqua ruminamus, quæ in eo cõtinentur: exstimulata vehementer fide, ad ea

e Apoc. 5. 1. bene penetranda, eo q̃ liber sit clausus *e septẽ sigillis*, septem rerum difficillimarum, quas in se habet obsignatus: quæ tamen res si fides eas bene penetrat, fiunt septem res admirandæ & iucundissimæ, in quibus patefiunt diuinæ excellentiæ & perfectiones. Ne autem diffidas, audi *tertiam* huius libri præstantiam, quod scilicet contineat in se Magistrum ipsum à quo fuit scriptus: qui etiam illum declarat, sensumq; aperit, vt capi possit. ipse siquidem est agnus, qui aperuit septem sigilla alterius libri obsignati, vt intelligi possent: & miro quodam modo ipsemet est liber, & Magister, & cibus & potus, arctatus ad vnum exiguum bolum iuxta I-

f Isai. 30. 20 saiæ Prophetiam dicentis: *f dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem. & non fa-*
ciet amplius te vltra doctorem tuum: & erunt
oculi tui videntes præceptorem tuum. quæ promissio etsi præcipuè intelligatur de tempore,

s Hiero ibi in quo Christus Dominus, noster homo factus prædicauit, legem suam Euangelicam in hoc mũdo, fundatã in crucis coarctatione, & redactã ad duo charitatis præcepta: potest nihilominus eadẽ promissio intelligi de hoc diuino

Sacramento,

Sacramento, in quo ipsemet Christus, Deus & homo verus, carnem & sanguinẽ suum ita angustauit, vt totus & integer sit in parua panis illius buccella, & exigua vini quãtitate, admixta aquæ guttula, in memoriam pressurarum, & angustiarum, quas in passione sua pro nostra reparatione sustinuit; & vt inde nos doceret, non verbis externis modò, sed præcipuè exemplis diuinisque inspirationibus, arctam viam mortificationis, cordibusq; nostris imprimeret viuam & abbreuiatã legem gratiæ & charitatis. Cui muneri ita constanter ac perseueranter attendit, vt propheta dixerit: *non faciet vltra auolare doctorem tuum.* licet enim, post suam Resurrectionem, assumpserit alas aquilæ, & volauerit ad cœlum Empyreum: vt iam eum non videas in propria figura humana; in hoc tamen Sacramento nunquam auolabit, aut à te discedet vsque ad finem sæculi: ideoque tui oculi videre semper possunt præceptorem tuũ: licet panis vinique accidentibus velatum. Confidens itaq; sublimis huius Magistri virtuti, incipere poteris legere ac meditari septem illa mirabilia & stupenda prodigia, quæ fides nobis reuelauit in hoc libro viuo, & pane vitæ: legendo quoque in ipsis prodigijs virtutes cæleſtes, quæ per illas significantur; aut in eis exercet ipse Magister, quia ea instituit, ad ostendendam infinitam suam sapientiam, & charitatem; sed prius corroboranda fides tua est celebri illa S. Augustini sententiâ: *si ratio quæritur non erit admirabilis: & si quæritur exemplum, non erit.* Epist. 3. ad Volusian.

non erit singularis. Fateamur itaque Deum posse aliquid facere, quod nos non possimus intelligere: in huiusmodi enim operibus tota ratio ipsius facti, est omnipotentia facientis.

§. 1.

De coniunctione Dei & hominis cum speciebus Panis & Vini.

PRIMVM prodigium, quod in hoc diuino libro resplendet, est stupenda quædã coniunctio, sicut superius dicebamus, duarũ rerũ â se inuicè plurimũ distantiũ accidentiũ videlicet panis & vini cum corpore & sanguine Christi veri Dei & hominis, in eadem integritate ac maiestate, qua est in ipso cœlo. Quid igitur admirabilius, quam rem adeò vilem & terrenam coniungi rei adeo sublimi ac diuinæ? Hoc est admirandum illud quod Propheta dixit Zacharias: a *Quid bonum Dei est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines.* O diuinæ Sapientiæ altitudinem, quæ tales potuit adinuentiones excogitare, vt coniungeret quod bonum & pulcrum est Dei, cum panis & vini figura, electionem vitæ æternæ cum manducatione panis; floremque virginitatis, cum haustu vini? Sed omittamus nunc has duas vltimas adinuentiones, de quibus postea erit sermo, nunc de prima dicamus: in qua simul cum speciebus Sacramentalibus Panis &

a Zach. 9. 17.

vini

vini coniunctum est omne bonum & pulcrum quod habet Deus intra & extra se, corporale & spirituale, & in omni genere virtutum, quod bonitatem & pulchritudinem veram efficit. Nam ibi est ipsamet diuinitas, quæ est bonitas & pulchritudo per essentiam; & vnio preciosissima & pulcherrima, quam adinuenire potuerit Sapientia diuina: vnio scilicet verbi diuini cum humana natura, & cum carne & sanguine, ex quibus illa componitur. Ibi est pulcherrima creatura, quæ sit inter puros Spiritus, anima scilicet Christi Domini nostri sanctissima, in cuius comparatione obscuræ sunt Hierarchiæ Angelorum: sicut in præsentia solis, stellæ non lucent. est præterea elegantissimum corpus inter omnes homines, qui sunt, & erunt cum splendore immenso, quem ex coniunctione talis animæ accipit, cuius venæ sunt plenæ preciosissimo agni sanguine; quo ille abluit peccata mundi. Ibi quoque suprema est bonitas & pulchritudo gratiæ, charitatis virtutum, ac donorum quæ Deus communicauit, aut communicaturus est suis creaturis. quia b *in hoc* Domino *sunt omnes thesauri Sapientiæ & scientiæ* DEI, cum supremo lumine gloriæ, visioniſque beatæ, cum potestate excellentiæ, & innumeris alijs gratijs: de cuius plenitudine omnes iusti accepturi sunt partem bonitatis & pulchritudinis, quam habuerint. Ac deniq; quoniam, Bonū (teste S. Thoma) obiectū est appetitionis & amoris; pulchritudo verò

b Coloſ. 2. 3.

verò aſpectus & cognitionis, qui ſunt actus perfectæ vitæ contemplatiuæ. ſi in hoc Sacramento eſt omne bonum & pulcrum Dei, in eodem quoque erit omne quod amare poſſis, ac deſiderare, ad implendam capacitatem tuæ voluntatis, & intellectus; cordiſque famem ſaturandam. Conijce oculos per omnia quæ ſcripta ſunt in diuinis ſcripturis, & in libris creaturarum, & omnia hic inuenies cum excellentia infinita, quamuis abbreuiata & velata externo illo panis & vini veſo: ſimul legas profundiſſimam & ſtupendam filij Dei humilitatem, qua exempli & vtilitatis tuæ cauſa rem adeò excelſam coniunge e voluerit rei adeò vili; tantamque pulchritudinem & ſplendorem tam vili externa ſpecie occultare. O altitudinem & profunditatem ſapientiæ & charitatis Dei: obſtupeſcit Apoſtolus, idque meritò, quod e *qui in forma Dei eſſet* Patriq; ſuo æqualis, *ſemetipſum exinaniret formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus*; diuinitatis gloriam, noſtræ humanitatis vilitate contegens. Quomodo ergò tu non obſtupeſces, quod Deus hic & homo eo ſe demiſerit, & abiecerit; vt in hoc ſacramento, panis & vini figuram acceperit: & vilis adeò creaturæ accidentibus ſe veſtiuerit, non ſolùm diuinitatis gloriam, ſed etiam humanitatem glorificatam re adeò vili paruaque cooperiens? Laudent te, Deus meus, pulcherrimæ Angelorum hierarchiæ, ob hanc vnitionē tantæ pulchritudinis cum tanta vilitate ſa-

e Phil. 2. 7.

ctam?

ctam; quò te magis humiliatum aspicio, eò magis obstupesco, eoq́, amplius te diligo. Sciebas tu benè Domine, si hoc modo te cooperiebas, multos te contempturos, paruiq́ue facturos, tanquam purum panem quemadmodum multitudem mortali vita degentem contempserunt & tanquam purum hominem vili penderunt, sed immensa tua charitas has humiliationes tacens complectitur, tolerat ac dissimulat: nullam quærens vltionem de ijs, qui eas tibi intulerunt, vt mihi mansuetudinis & humilitatis exemplum præberes. O humilitatem ineffabilem? ô mansuetudinem incomprehensibilem? ô cœlestem Magistrum? qui in sanctissimo isto Sacramento, docendo tuo exemplo clamas, omneſq́; exhortaris: d *discite à me quia mitis sum & humilis corde*. fac me discere à te, vt mundi huius gloriam occultem, sicut tu diuinam occultas; & vt patientiam habeam, dum ab alijs contemnor, sicut tu habes, dum contemneris; gaudeam ego si habear qualis sum, & contemnar pro meritis; siquidem tu à multis haberis pro eo, qui non es; nec in eo honore, quo dignus es.

d Matt. 11. 29

§. 2.

De conuersione substantiæ panis, accidentibus sine subiecto remanentibus.

PRIMVM hoc miraculum alia valde stupenda comitantur, in quibus licebit tibi legere ac meditari veritates & exempla

altissimę perfectionis. Secundū ergo miraculū est stupenda conuersio substantiæ panis in corpus Christi D.N. & substantiæ vini in preciosū eius sanguinem. Quemadmodum olim a *virga Moysis* cōmutabatur *in serpentem*, & *aqua flaminū in sanguinem*, & b *aquæ denique in vinum*. Interest tamen, quod aliæ conuersiones fuerint visibiles, hæc autem est inuisibilis: in qua interiora panis & vini mutantur, persistentibus visibilibus accidentibus: ad eum modum, quo Christus D. N. ex vtero suę Matris egressus est absq; eius integritatis detrimento: & cū aues (ait Sanct. Thomas) conuertant interiora ouorum in carnem viuam, eorum corticibus non mutatis: non est multum, quod modo alio prodigioso commutet noster Seruator, interiorem panis substantiam, eisdem externis accidentibus persistentibus, figura scilicet, integritate, & reliquis proprietatibus, quas antea illæ habebant, vt fidei diuini huius mysterij locus relinquatur; & ad significandas stupendas mutationes, quas in suis electis operatur potens dextera excelsi, hic latentis mutatisque non exteriora corporis, sed interiora spiritus; non quod naturale est in illis, sed quod liberum & quod terrenum est, in cœleste, humanumque in diuinum: vt quemadmodum sub ipsa accidentia ingreditur caro Christi pro substantia panis, quæ ibi erat: sic intra nos ipsos in locum Spiritus proprij ingrediatur Spiritus Christi vinatque ille in nobis & non Spiritus noster: vt liceat cum

a Exod 7 10.
a Exod. 7. 20.
b Ioan. 2. 9.

Opus. 58. c. 11

Apostolo-

Apostolo dicere: *c viuo iam non ego viuit verò in me Christus.* c Gal. 2. 20.

Hoc ipsum magis elucet in tertio miraculo, quod huic simul coniungitur insignis videlicet solennisq; diuisionis, quam efficit Deus rerum intimè vnitarum, & in naturali suo esse colligatarum: accidentia enim panis & vini manent sine suo subiecto, substantia scilicet: cui iuxta suam naturam ita inhærebant, vt, illa sublata, ipsa quoque perirent: Sed Dei virtute fit, vt licet sensibus nostris percipiamus colorem, odorem, & saporem panis & vini: fide tamen credamus, nullam ibi panis substantiam remanere; sed virtute Christi subintrantis dissolutam esse vnionem illam accidentium & substantiæ; conseruariq́ue accidentia per seipsa supra id, quod ipsorum natura & propensio exigebat. Quemadmodum d *Iordanis fluminis aqua* in præsentia Arcæ Fœderis diuisa ita fuit, vt superior pars consisteret, inferior verò more consueto *decurreret vsque ad mare mortuum, donec omnino deficeret.* Hoc est diuinæ Omnipotentiæ opus, quo diuina Sapientia te docet, posse te virtute sanctissimi huius Sacramenti talem perfectionem consequi, ne sis nimium creaturis astrictus: quamuis natura stricto amoris vinculo te illis agglutinauerit. eam enim fiduciam consequeris, quod, etiam rebus omnibus creatis, quibus adhærebas, deficientibus, non sit d Iosuæ 3. 13.

3.

tibi creator defuturus, ob cuius amorem, si opus erit, vitam ducere possis separatus a parentibus, fratribus, cognatis & amicis, & illis omnibus, à quibus tuæ vitæ sustentatio alioquin pendebat. Cum enim hic Dominus dixerit: e *se venisse non vt pacem mitteret in terram, sed gladium & separationem* inter eos, qui se diligunt, quando id ad ipsius diuinum obsequium est necessarium: ita diuinum hoc verbum (de quo Apostolus, quod sit g *penetrabilior omni gladio ancipiti*) in hoc diuino Sacramento latens, ad animam tuam venit, vt affectiones omnes carnis & Spiritus diuidat, perdatque carnales, vt solus Spiritus viuat. Attende verò, quod quemadmodum post consecrationem, sub illis accidentibus neque manet, nec vnquam reuertetur substantia panis, aut aliqua eius pars; sed ipse solus Christus, qui nullam aliam substantiam voluit cum sua ibi manere: sic studendum tibi sit, vt post sacram communionem, offeras DEO teipsum in holocaustum, ita repellendo à te affectus omnes inordinatos, vt amplius nec tui ipsi, nec aliquid eorum locum in te habeant, sed ipse solus Christus Dominus. h *non grauatum enim est* tui Spiritus *stratum*, vt non capiat alterum, qui ipsi aduersetur; nec manebit ipse in altari cordis tui i *cum idolo Dagon*, siue cum inordinata aliqua ad creaturas affectione. nec vult se admitti ad te ad breue aliquod tempus; sed animo nunquam illum dimittendi; & cum ea fiducia de eius omnipotentia, quod

e Matt. 10. 34
f Luc. 12. 51.
g Heb. 4. 12.
h Isai. 28 20.
i 1. Reg. 5. 3.

DUX SPIR
P. DE PONTE

fia, quod gratia sua sit tibi affuturus; vt in ijs, quæ proposueris & statueris, firmus sis & constans. O Deus omnipotens, qui talem diuisionem in Sanctissimo hoc Sacramento efficis, accipe in manu tua potentissimi verbi tui gladiũ, sanctam scilicet tuam inspirationem, eaq; sepera à me quicquid me potest à te separare. tu esto Domine firmitas mea, & habita semper in mea habitatione: te enim in ea existente, nihil mihi deesse poterit, etiamsi nulla sit creatura, cui adhæream.

Ex Hoc prodigio aliud sequitur nõ minus stupendum. Nam panis & vini accidentia per seipsa & absque substantia cum inhæreant obeunt officia omnia & opera naturalia, nõ illa modo quæ imperfectæ accidentis naturæ sunt proportionata; Sed alia etiam, quæ eam excedunt, & ipsius substantiæ potius sunt propria. quæ officia æquè perfectè præstant, atque si essent substantiæ coniuncta, supplente diuina virtute, absentis substantiæ vices. Non itaque solum odorem, saporem, aut calorem proferunt, sed confortant etiam, exhilarant & nutriunt humanum corpus, æquè benè, atque si reuera essent panis & vinum. vt appareat verissimum esse, quod k *non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo, quod procedit ab ore Dei*: siquidem in hoc Sacramento non panis est, qui nutrit; sed virtus Dei, cum accidentibus concurrens; quæ etiam, illa eleuat ad alia opera supernaturalia & diuina: eisdem enim animas nutrit, admi-

4.

k Deut. 8. 3. Matt. 4. 4.

randosque effectus efficit, quos hoc Sacramentum producit.

HAEC OMNIA illud nobis significant, quod iusti à creaturis veluti auulsi, & innitentes soli creatori, & virtuti, ac viribus quas diuinus hic cibus illis communicat; non solum ordinarias suas actiones, & quidem excellentissime ac perfectissimè faciant: sed etiam grandia quædam facinora supra proprias vires aggrediantur: felicitérque voti compotes in eis fiant. eò quòd diuina potentia suppleat humanam imbecillitatem. quemadmodum gloriosissimi Martyres in suis agonibus; sanctissimi Confessores ac Virgines in suis ieiunijs, & vitæ asperitatibus sunt experti. Nec verò est cur ex pusillanimitate teipsum contrahas, tuumque nutrimentum soli pani astringas. Nam potest Dei verbum & ne eo solis herbis sustentare eum, qui multos delicatosque cibos sumere consueuerat. neque iustum est diuinam omnipotentiam limitare, vt quæ & possit & soleat viles Creaturas, tanquam instrumenta, adhibere ad opera præclarissima. & ita licebit cum Apost. dicere l *omnia possum* in virtute diuini huius panis, *qui me confortat*; & cum Iob: m *pone me Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me*: si enim tu es intra me, omnem, tui amore, superabo difficultatem. O DEVS infinite, qui n *infirma mundi eligis, vt confundas fortia*, ne glorietur aduersum te brachium carneum; vtere me, tanquam

l Phil. 4. 13.
m Iob. 17. 3.
n 1. Cor 1. 27.

tuæ Om-

tuę Omnipotentię instrumento, ad insignia gloriæ tuę facinora præstanda.

§. 3.

Quomodo sit Christus Dominus noster in Sanctissimo Sacramento.

QVINTVM prodigium, vereque stupendum est, quod totum corpus Christi Domini nostri, cum tota sua integritate, & pulchritudine, quam habet in cœlo, sit in hoc Sanctissimo Sacramento, modo quodam singulari. Nam totum & integrum est in tota hostia consecrata, & in qualibet eius parte, atque si esset Spiritus, ad eum modum, quo anima nostra est tota in toto corpore, & tota in singulis eius partibus. Ex quo fit, vt quamuis Christus Dominus noster habeat in hoc Sacramento veram carnem, non tamen viuat vitam carnis, exercendo scilicet proprias potentiarum, & sensuum corporis actiones. Habet enim ibi pedes & manus, nec tamen ambulat, aut palpat; habet palatum, sed non degustat; linguam habet, sed non loquitur; oculos & aures, quibus tamen ibi non vtitur: quamuis spiritualibus vtatur, quibus videt auditq; omnia: ac deniq; ob eum modum, quo in hoc Sacramento, caret omnibus delicijs, & delectationibus, quæ sensibus percipiuntur: atq; si eis careret. Hæc fuit infinitæ Sapientię & omnipotentiæ Dei adinuentio mirabilis, qua condiuit carnem Agni immaculati, tanq; Spi- 5.

ritum, vt esset Christiano populo cibus. Quod non sunt assecuti rudes illi discipuli, qui id iudicabant impossibile, aut omnino horrendum ideoq; murmurantes dicebant: a *quomodo potest hic nobis carnem dare suam ad manducandum, & durus est hic sermo, & quis potest eum audire? & ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iã non cum illo ambulabant.* remanentibus verò, secretum hoc aperuit dicens: *Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. verba quæ ego locutus sum vobis Spiritus & vita sunt.* Quasi diceret: ne ita crasse verba mea accipiatis, sicut isti, qui ex mea schola recesserunt: caro enim mea non ita est manducanda carnaliter, sicut manducatur occisorum animalium caro; sed sumenda est sacramentaliter, tanquam Spiritus: quia est caro viua, dabitque vitam ijs qui hoc modo eam manducauerint: commutabit enim illos ex carnalibus in spirituales.

1 Ioan. 6. 53. 63.

QVALIS autem sit hæc vita, hoc ipsum miraculum repræsentat. Cum enim viri iusti verè habeant carnem & sanguinem; virtute tamen huius manducationis, vitam ducunt adeo Spiritualem, & ab omni carnis odore & sapore nudam; vt possint cum Apostolo dicere: *in carne ambulantes, non secundum carnem militamus:* nec propensiones carnis sequimur. Nã ad omnia quæ Deo displicent, eiusque voluntati aduersantur, etsi habeamus oculos & aures, nõ tamen ea videmus vel audimus; & cum habeamus gustatum & linguam, non tamen gusta-

2. Cor 10. 3.

mus au-

mus aut loquimur: & habentes pedes ac manus, non tamen ambulamus aut cõtrectamus: interdicentes nobis omnem sensuum oblectationem, in omnibus quæ Dei voluntati nõ sunt conformia: sed attendimus tantum ijs, quæ ad ipsius obsequium spectant, c *mortificantes* (vt ait idem Apostolus) *spiritu facta & opera carnis*, quò vita nostra spiritualis & perfecta sit: sicut in sanctissimo hoc Sacramẽto adumbratur.

c Rom. 13.

6. Ex hoc prodigio aliud sequitur, non minus stupendum. Nam esto diuidantur ac separentur species Sacramentales in plures partes, nõ tamen diuiditur ipsum corpus aut sanguis Christi Domini nostri, sed totum & integrum remanet in qualibet parte diuisa, etiamsi minima. Diuisio enim & separatio solum fit in exterioribus non in interiori: quod est indiuisibile, sicut spiritus: ad eum modum quo speculum refert vultum se aspicientis: quod si in quatuor partes diuidatur, vnaquæque refert eundem vultum æquè integrè, atque cùm simul essent. Ex quo intelligitur, tantũdem recipi in parua hostia, atque in magna; & in qualibet eius parte, atque in tota; in quo renouatur antiquum illud miraculum de manna, de quo dicitur, quod d *nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant congregauerunt*, modò designatam *mensuram* collegissent: quod quid aliud est, nisi quod in hoc tibi delineetur ac describatur cordis inte-

d Exod. 16. 18 Abulens. q. 7 in Exod.

gritas,& interior recollectio,quam possis obtinere virtute huius Sacramenti. Nam licèt necesse sit,te in varias externas occupationes diuidere,iuxta status & officij tui obligationē,
o Oscæ. 10.2 non tamen diuideris interius, e *nec cor tuum* ad varias inordinatas affectiones *diuides,ne intereat*: sed potiùs in medijs occupationibus Marthæ,conseruabis illud vnum necessarium cui attendit Maria:cor.s.integrum,recollectū & cum Christo vnitū:dirigendo externas illas occupationes ad vnicū solum finē,gloriā .s.Dei,& executionē diuinę eius voluntatis,in reb.omnib.siue magnis siue paruis,& in qualibet earū parte,collimando sēper & in omnib. ad eundem finē;& attendendo illis vno eodēque spiritu Christi, propter quem æquè saturaremanebis paucis atque multis,& infimis atq; altissimis:quia tua saturitas in eo erit. vt voluntatem Dei in omnibus,quæ ipse iusserit,exequaris:eodē amore magna & humilia amplectendo,si idem Dñs hæc iusserit,qui illa. Denique in præclaro hoc exemplo addiscere licebit recollectionem in oratione & contemplatione,quā desideras;includendo te, sicut tuus Magister intra recessum tuum, relicto vsu sensuum corporis, & vtendo potentijs spiritualibus,ad agendum solum cum Deo, eiusq; magnalia meditanda,concordando, & vniendo tanquam fratres, cogitationes & affectus tuos,virtutes cœlestis huius escæ, quæ panis est vnionis & concordiæ. O panis vitæ,qui cōiungis atque conseruas in tuis electis duplicē

vitam

vitam actiuam & contemplatiuam, confirma, & collige cor meum, vt ita exerceam plurima alterius opera, vt pacem & vnionem cum altera non amittam. O vinum generans virgines, purifica & ordina animæ meæ affectiones, vt ita creaturas diligam, quamuis multæ illæ sint, vt in omnibus te creatorem meum diligam. O Deus sub isto velo latens, abscondeme intra teipsum, vt de te solo cogitem, teque solum amem, omnibus meis potentijs inter se, & tecum colligatis & vnitis.

§. 4.

De Christi D. N. ad Sacramentum aduentu.

SEPTIMVM miraculum seu prodigiũ est, quod cùm Christus D.N. sit in cœlo empijreo, ibique locum corporaliter occupet suæ dignitati congruentem, non discedens inde, descendit semper ad Sacramentum, in quo est in partibus innumeris vniuersi, vbicũque fit consecratio, nullo prætermisso loco, quantumuis abiectissimo, & vilissimo. attendit enim prouidentia sua incomprehensibili, omnibus sacerdotibus volentibus consecrare; & in eodem instanti accedit ipse, vt verba consecrationis, ipsius nomine super panem & vinum prolata, verissima esse faciat: ita vt statim, atque sacerdos dicit: HOC EST CORPVS MEVM, & HIC EST CALIX SANGVINIS MEI, sit ipse ibi, sicut supra est dictum: a *obediente Deo voci hominis* sacerdotis. 7.

a Iosu. 10. 14.

non

non ſolum, ſi ille iuſtus ſit, bonaque intentione ve: ba illa proferat; verum etiam, ſi ille ſit improbus, prauaque intentione, ipſum Chriſtum verbi gratia contemnendi & in mortali peccato communicandi, illa dicat: idque facit non ſolùm ſemel in die, ſed quoties eius minister voluerit. Quod enim in ſe eſt. decreuit & ſtatuit, non ſuam voluntatem, ſed alienam ſequi; in qua ſuam omninò poſuit. in eodem itaque initanti miro & ſtupendo quodam modo, corripit ipſas ſpecies Sacramentales ita firmiter ac ſolidè, vt quamdiu illæ durant, nunquã illas dimittat, vbicunque illæ collocentur: ita vt neque ſumentis illas indignitas, qualis fuit Iudæ; neque vtilitas loci, vbi Sacramentum ſeruandum reponitur; nec iniuriæ vllæ, quæ illi inferantur; aut blaſphemiæ, quæ in ipſum iaciantur, illum ab ſpeciebus expellere valeãt. Nam quemadmodum factus fuit obediens vſque ad confixionem in cruce, & in eadem vſque ad mortem perſeuerauit; itaque noſtri gratia accedit ad ſanctiſſimum Sacramentum: in quo tamdiu perſeuerat, donec ipſe panis & vini ſpecies corr umpantur. & vniuerſum immutabiliter id ſeruabit vſque ad finem mundi, hac etiam ratione implens verbum, quo promiſit, b *ſe nobiſcum futurum vſque ad finem ſæculi*. O heroicam obedientiam: ô inuictã perſeuerantiam: ô prodigioſum exemplum, digniſſimum quod omnes venerentur & imitentur: Lege ô anima mea, & rumina excelſiſſimas virtutes in hoc libro ſcriptas, eaſq. comedas,

b Mat. 28. 20

edas, vt tuas facias. Ex nunc Saluator mi, virtute huius tui Sacramenti, spero me imitaturũ tuam obedientiam, humilem, & ad nutum: meipsum subijciens non solùm maioribus, sed & minoribus; c *non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis*: quatenus illi vices tuas obeunt. nec solùm in rebus mihi iucundis & honorificis, sed etiam in insulsis & abiectis: exuendo meam propriam voluntatem, vt induã superioris, hilariter, ad nutum, sine dilatione aut mora; & tanta constantia, vt mori potiùs eligam, quam desinam obedire. O panis viue, qui de cœlo venisti, vt perpetuam manducanti vitam conferres, siquidem d *vita mea in voluntate tua* implenda est: concede mihi te cũ eo spiritu manducare, vt semper existimem: e *cibum meum esse facere voluntatem eius*, qui tanta in me bona confert

c 1. Pet. 2. 18.

d Psal. 29. 6.

e Ioan. 4. 34

8.

Hvic miraculo aliud quiddam accedit, quod mirificè illud exaltat. Nam, esto ad rei veritatem, quam verba cõsecrationis in rigore significant, satis fuisset, quod sub accidentibus panis esset solum corpus Christi D. N. & sub accidentibus vini, solus esset sanguis: hoc tamen nõ obstante, voluit ipse, vt se hæc duo inuicẽ comitarentur, simul cũ cæteris rebus, quæ simul cum illis sunt colligatæ, nulla prorsus excepta: ita vt in sacra hostia sit corpus cũ suo sanguine & anima, ac diuina persona, quæ hæc omnia sustentat, cum tota diuinitate, quæ est in filio, in qua ipse est vnum cum Patre, & Spiritu S. ita vt nõ possit vnus ab alio separari.

Et eo-

Et eodem prorsus modo in sacro calice est sanguis cum ipso corpore & anima, ac diuinitate. ex quo fit, vt tantundem omninò suscipiat laicus in hostia sola, sicut sacerdos in hostia & calice: eo quod totus Christus sit sub singulis speciebus. quare omnes excellentiæ, quas diuina scriptura tribuit huic pani, sunt etiam de hoc vino intelligendæ; & vicissim quas vinoi tribuit, sunt intelligendæ de pane, qui f *sitim extinguit*, inebriat, & g *generat virgines*: sicut diuinum hoc vinum: & hoc f *famem sedat*, cõfortat, nutritque, sicut panis: & in vtroq; manifestat infinitam suam charitatem & liberalitatem erga nos h *commouens* (vt dixit per Aggæum Prophetam) *cælum & terram*: edens adeò stupenda prodigia in pane & vino terrenis; & in corpore & sanguine suo cœlestibus; coniungens vtraq; in vno, vt *veniat desideratus cunctis gentibus* quotidiè in templum suũ, *& impleat domum suam* summa *gloria*, reali vi delicet sua præsentia. Quænam charitas profusior esse potest, aut quæ liberalitas magis benevola, quam quod Deus nobis det quicquid i *bonum & pulcrum* habet. inuertens omnes naturæ leges, vt sua nos repleat gratia.

f Ioan. 6. 35.
Osee 14. 8.
Cant 7 9.
g Zach. 9. 17.
h Agg 2. 7.
i Zach. 9. 17.

SATIS equidem fuisset, ad spirituale nostrum alimentum, si merum panem & vinum benedicta nobis dedisset, ipso Christo Domino è cœlo eis tanquam instrumentis vtente, ad efficiendos eosdem effectus in anima, quos nunc efficit; quemadmodum pura aqua, purum oleum ac balsamum materia sunt alio-

rum

rum Sacramentorum: sed id tamen non fuisset satis, vt infinitam suam charitatem, liberalitatem, ac misericordiam nobis manifestaret. quare voluit ipsemet per seipsum venire, cum suo corpore & sanguine, cum anima & diuinitate: vt sic esset nostrum alimentum. Si magnus quispiam Princeps, mensæ accumbens cum suis regni Magnatibus, recordaretur pauperculi alicuius ægroti in straminea sua casa iacentis, nihil habentis, quod posset comedere, motus Princeps eius commiseratione, mitteret per aliquem ex suis famulis delicatum aliquod ferculum, ex quo ipse vescebatur; hoc existimaremus magnum indicium misericordiæ & charitatis illi' Principis erga desertum illum pauperculum: quod si non per aliquem famulum, sed per vnum ex Magnabus mensæ accũbentibus, quẽ ex mensa surgere & ferculum illud ad pauperculum portare iuberet, diceremus maiora Principem tunc dedisse indicia amoris erga pauperem, quantique illum faceret. Quod si verò ipsemet è mensa surgens, cibum illum delicatum ad pauperem deferret; excessum amoris interpretaremur: nec deesset, qui stultitiæ factum illud tribueret; aut rem maiestate regia indignam, assereret.

O IMMENSAM sublimitatem? ô diuini amoris excessum infinitum: quod regis pectus terreni non capit, hoc præstat quotidie Rex cœlestis modo quodam adeò amabili ac liberali, vt excedat

quic-

quicquid nos aut loqui possumus, aut intelligere. Rex enim hic cœlestis accumbens in cœlestibus palatijs k *mensæ* (sicut ipsemet Apostolis suis dixit) & continuum exhibens conuiuium suæ aulæ magnatibus, seipsum præbens illis in cibum, vt videant ac fruantur ipso in magna saturitate. Ibi inquam meminit pauperculi & miserrimi hominis, imbecillis, & iacentis in huius mundi casula, prostrati in cœno suarum miseriarum, nec bolum habentis panis, quem ori apponere possit. Huius ergo miseratus, vult aliquid ex proprio ferculo & reliquijs mensæ suæ illi mittere, de gratia videlicet & charitate, de donis & consolationibus: quæ ibi in magna abundantia & absque vllo fastidio comeduntur; sed hanc tamen portionem non vult mittere per aliquem ex Angelis, qui illi ministrant; nec per Seraphinos qui mensæ assistunt. Sed ipsemet è cœlo descendit, licet accidentibus panis & vini velatus, & ita fit ipsemet cibus & potus, vt suis donis eum impleat, qui dignè ipsum acceperit.

k Luc. 22. 30.

Si non scis quid sit amare, stultitiam hanc existimabis: vt enim ait Sanctus Bernardus: instar linguæ græcæ est ei, qui nunquam illam didicit, quod loquaris de amore cum eo qui nesciat quid sit amare. Si tamen vel aliquid scias de amore, facilè credes quicquid hactenus diximus: est enim quædam proprietas amoris, vt sit inuentiuus viarum & modorum, quibus dilecto suo vniatur. fa-

Serm. 79. in Cant.

ciat,

ciatque illum participem omnium, quæ ipse habet, vt prouocet ad redamandum. & cùm Deus infinitam habeat sapientiam, & omnipotentiam; eiusque amor sit infinitus: quomodo potes dubitare, quod sciet, poterit, ac volet has adhibere adinuentiones, quibus te ad ipsum amandum alliciat, ac pertrahat? O amor infinite, quid faciam, vt ita amem te, sicut tu amas me? cur non tibi dem quicquid habeo, cùm sit adeò modicum; siquidem tu venis ad me cum omnibus, quæ habes, quæ tãta sunt; adhibeam ego mille inuentiones, ad tibi seruiendum; sicut tu, ad mihi indulgendum adhibuisti.

Hæ sunt, frater chariſſime, ſeptem diuini amoris adinuentiones; in quarum meditationibus, simul cum alijs septem capite duodecimo positis, frequenter exercere te debes, dicens cum Dauide: l *meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor*; congratulando Saluatori tuo de omnibus, illis verbis Isaiæ: m *diuite iusto, quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.* O iuste iustorum & sanctorum sancte, sint felices sanctæque omnes adinuentiones, quas ad nobis indulgendum adhibuisti: sit benedicta sapientia tua quæ illas adinuenit; & omnipotentia quæ illas est executa; & charitas quæ illas voluit & elegit. Certus esto Domine, quod comedes fructus earum: multas enim animas ad te trahes, quæ has adinuentiones meditantes diligant te

l Psal. 76. 13.

m Isa. 3. 10.

amore feruenti, & inuentiuo, qualis tuus est amor. Fructus tui fuerunt, adinuentiones Apostolorum, Martyrum, Virginum, Anachoretarum, & Religiosorum, quibus ostendere voluerunt amorem erga te, respondente tuo erga se; & nunc comedunt, fruunturque in cœlo fructu adinuentionũ, quas adhibuerunt in terra. Quis mihi det, vt ego sim vnus ex his iustis, meditando ita tuas adinuentiones, vt tuo simili amore te diligerem: quò & ego, sicut illi, fructum comedam mearum adinuentionum, fruendo tuis in æternum. Amen.

CAPVT XVI.

DE AMORE VNIENTE NOS cum Christo Domino nostro: & cum proximis, qui per hoc sanctissimum Sacramentum obtinetur: & quosnam gradus hæc vnio habeat.

IIs quæ in proximo capite sunt dicta, satis declaratum est quicquid pertinet ad aduentum & ingressum Christi Domini nostri in hoc Sacramentũ, & ad vnionem, quam habet

habet cum Sacramentalibus accidentibus; & quid ea vnitione nobis significetur: exempla quoque heroicæ perfectionis, quæ in illis nobis præbet. Oportet nunc pergere vlterius, vt legamus etiam ac meditemur, alterum eiusdem Seruatoris nostri aduentum & ingressum, quem in ipso Sacramento existens, facit in ijs, qui communicant; & admirandam vnitionem, quam in illis efficit, quò nos disponamus & excitemus, vt eius participes simus, meditantes nouas eius adinuentiones, quæ in hoc ipso elucent: eidemq; Domino cõgratulemur quod illas fecerit.

Ad horvm declarationem est aduertendum, quod amor (teste sancto Dionysio) vbicunque sit, siue in Deo, siue in Angelis, siue in hominibus sit virtus vnitiua; cui proprium sit, vnire & coniungere amantem cum re amata, aut (sicut ait sanctus Augustinus) bitumen quoddam coniungens siue alligans, mutuò se amantes in conformitate voluntatum. cupit enim illos coniungere, maxima, quæ possibilis erit, vnione & nexu: ad eum modum, quo dicit Scriptura sacra, *animam Ionathæ conglutinatam fuisse* quasi glutine quodam *cum anima* magni sui amici *Dauidis*. Et Philosophi dicere solebant, quod amantes optarent ex ambobus fieri vnum: quod explicabat Plato per quandam fabulam duorum insignium amicorum, qui cùm simul iter facerent, obuium habuerunt

C. 4. de diuin. nomin.

Lib. 8. de Trinit. to. 8. Tho. 1. 2. q. 28 a. 1.

21. Reg. 28. 1

Aristophanes apud Arist. 2. polit. c. 2.

Vulcanum, (quē antiqui fabrum appellabant) qui iussit, eos petere, quod vellent: ipsi verò responderunt: petimus vt nos in ferrariam tuam officinam inducas, tuoque malleo & incude nos ita emollias ac dissoluas, vt ex vtroque fiat vnus. Hac sua sententia significantes ingens desiderium, quo tenentur amantes, vt inuicem sint inter se vniti; modosque & vias, quas ad id obtinendum adhibent. Sed hoc quod apud homines impossibile est ac fabulosum, est quodam modo admirabili possibile ac verum nostro magno Deo: qui quod infinito amore suas creaturas prosequebatur; sitque omnipotens ad faciēdum quicquid velit, desiderat se illis coniungi maxima vnione, quæ ipsius magnitudini sit conueniens. Quarè non contentus communi illa vnitione, quam cum omnibus habet, per essentiam scilicet, præsentiam & potentiam suam; nec ea, quam habet cum iustis per gratiam, nec ea, quā habet cum beatis in gloria; alias duas valdè prodigiosas adinuenit, quæ excedunt capacitatem omnis intellectus creati.

Vnio hypostatica.

Prima est *vnio hypostatica* diuini verbi cum humana natura, qua vna eademque persona realiter ac verè Deus esset ac homo: filius Dei per æternam generationem; & filius virginis per temporalem. Inducens itaque Deus hominem in officinam infinitæ suæ charitatis, fecit ex vtroq; vnum, Christū videlicet in quo esset infinitæ diuinitatis excellentia, nec tamen proprietates deessent humanitatis, sicut

iam

iam est declaratum. Verùm hac vnione (sicut sanctus Thomas perpendit) licèt cognationem cum omnibus hominibus contraxerit, & omnes suæ cognationis nobilitauerit ac ditauerit, non tamẽ cum singulis personaliter se conjunxit. quia id infinitam eius Maiestatem non decebat; sed neque omnibus licuit eius præsentia frui, nisi paucis quibusdam, quibus fuit concessum vestimenta eius tangere, pedes & manus osculari, vulnera tangere, & in eius societate manere; & soli vni virgini fuit concessum, ipsum in vtero suo tanquam filium proprium gestare. Opus. 58. c. 3.

HANC igitur ob causam infinita Dei sapientia ineffabilem aliam vnitionem adinuenit, maximam, quæ præter hanc prædictam esse poterat, qua hic Deus & homo omnibus hominibus iungeretur: Ingressus enim officinam infinitæ suæ charitatis ita se pinsuit, angustauit, & trãsformauit in cibum & potum, coniungens corpus suum cum speciebus panis; & sanguinem ipsum suum cum speciebus vini, qua ratione verè & corporaliter ingreditur singulos homines, qui hoc sacramentum sumunt; estq; intra illos ita ipsis vnitus, vt licet sint duo, vnus tamen vterque esse videatur: eaque vnio tam diu in ipso homine perseuerat, quamdiu Sacramenti accidentia perdurant; sitque particeps homo deliciarum & fauorum, quos adeò potens amicus, suis amicis potest communicare. **Vnitio Sacramentalis.**

HAEC sunt NOVA illa prodigiosa & mũ-

DUX SPIR
P. DE PONTE

do inaudita, quibus inuitat nos Ieremias propheta reuocans nobis in memoriam miraculum incarnationis, quod quotidiè in sacra
a Iere. 31. 22. Communione renouatur. a *Vsque quo* (inquit) *delicijs dissolueris filia vaga*, tota effusa ad tuas voluptates: scito enim *quia creauit Dominus* NOVVM *super terram*, FOEMINA CIRCVMDABIT VIRVM: quasi diceret: attende, quod noster magnus Deus, quòte cœlestibus suis delicijs impleret, opus quoddam nouum & prodigiosum fecerit in terra, ingressus in ventrem vnius virginis, ita vt illa intra se circumdet & gestet virum, non quidē ætate, sed sapientia & sanctitate: Quod nouū prodigium adhuc progredietur vlterius. illud enim renouabit Deus quotidiè in terra, quo tu possis eius esse particeps. Nam vna fœmina, & quælibet persona, quæ diuini huius Sacramenti panem comederit, circumdabit intra se realiter ac verè hunc virum, qui est Christus, non iam virum in sapientia, & sanctitate tantum; sed etiam in ætate & integritate viri perfecti, quam nunc habet in throno suo cœlesti. qui suo in quēlibet hominem ingressu communicat ei cœlestes delitias, tanta nouitate, quotiescunq; illum accipit, atque si tunc primum illum acciperet. O sublimitas diuitiarum sapientiæ, omnipotentiæ, & charitatis Dei: Quænam sapientia, Deus meus, nisi tua, prodigiosam adeò nouitatem potuisset inuenire? & quæ potentia, nisi tua, ad eam exequendā suffeciſſet? & cuius charitas nisi hæc

tua eam

tua eam velle potuisset, vt suis amicis indulgeret, & ijs coniungeretur, quos amat. Clarifica, Domine, oculos meos sapientia tua, vt omnipotentiæ tuæ opera probè intelligam; tuaque immensa charitate totus inflammer, ingressus in hanc tuam officinam, vt euadam per amorē vnitus tuæ infinitæ bonitati.

§. 1.

De spirituali cum Christo Domino nostro vnitione.

PRODIGIOSA hæc Sacramentalis vnitio dirigitur præcipuè ad spiritualem animæ nostræ cum ipso Christo D.N. vnitionem; ita vt esto sint duo spiritus, per amorem tamen perfectum vnus spiritus efficiantur; iuxta illud Apost. a *Qui adhæret Domino, vnus spiritus est:* & qui Christum manducat, vnus est spiritus cum Christo, vnitate quadam ineffabili, quæ ipsa manducatione significatur. Nam quemadmodum inter omnes res creatas nihil est quod maiori vnione ac similitudine cum homine coniungatur, quam cibus sumptus: quia conuertitur in ipsi⁹ hominis substantiam, induitq; ipsasmet eius qualitates. ex quo fit, vt cibi delicati molles carnes nutriāt; crassi verò fortia & robusta corpora: ita etiā ingressus Christus D.N. in forma cibi in hominē, connectit cum ipso vnionē & similitudinem spiritualē, licèt diuerso modo, quā cibus corporis, sicut ipsemet Dominus S. Aug. mani-

a 1. Cor. 6. 17

Lib. 7. conf. c. 10.

manifestauit dicens: *cibus sum grandium, cresce, & comedes me: sed non tu me mutabis in te; sed tu mutaberis in me:* quasi ei diceret: qui cibos alios comedit, illos conuertit in suam substantiam desinentibus illis esse, quod erat: comedens enim mutatione hac cibos ipsos viuificat, ita vt & ipsi viuant vita ipsius comedentis, qui eos portat secum quocunque eat. Qui aũt diuinum hunc panẽ comedit, ipse desinit esse quod ante erat, & incipit esse quod est Christus, qui ipsum spiritualiter mutat in seipsum, dans illi spiritualem suam vitam, vt vita viuat ipsiusmet Christi; & ab eodem dirigatur in ijs, quæ cogitat, loquitur, & operatur: ad eum modum, quem S. Paulus experiebatur, cùm dixit: *viuo tam non ego, viuit verò in me Christus* Nam vt (sanctus Dionysius perpendit) *viuebat vitam amatoriam*, siue amantis, qui non in se, sed viuit in amato, quocum versatur: & quiescit: in cuius conspectu semper incedit, cuius opera imitatur, suique ipsius oblitus, solum est solicitus, quomodo placeat dilecto suo IESV. Nam *amatoris animus mortuus est in suo corpore, & viuit in alieno.* & anima, quæ Christum amat, est veluti mortua in seipsa rebusque suis, solum viuens rebus Christi, cum quo se vna coniungit in omnibus: quod (sancto Chrysostomo teste) proprium est vehementer amantium.

Gal. 2. 20.

vbi supra.

Hom. 61. ad pop. & 41. in Ioan.

QVIS verò explicare poterit præstantiam huius vnitionis, vitamque ex ea prouenien-

nementem? ipsemet Dominus non inuenit apriorem similitudinem, quæ eam declararet, quem eam conferendo cum æterna & infinita vnione, quam ipse cum æterno suo Patre habet. c *qui manducat* (inquit) *meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in illo: & sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* O infinita diuinæ charitatis altitudo, quæ ita splendes in cœlesti hoc cibo? quænam vnio maior esse potest, quam illa quæ meruit comparari ei vnioni, quam Dei filius habet cum æterno suo Patre? Nam quemadmodum ab eo per generationem æternam accepit ipsum esse, & vitam Dei, omnesque eius perfectiones & excellentias: ita proportione quadam, qui diuinum hũc panem comedit per eum accipit ipsum esse, & vitam Christi, omnesque eius perfectiones & virtutes; ita vt nec sensum alium, nec vitam aliam habeat, quam ipsius Christi; nec quicquam operetur, faciatue, quam per eundem Christum. propterea (ait Sanctus Gregorius Nyssenus) datur nobis qui semper est, in cibum; *vt id efficiamur quod ipse est*, desinentes esse quod sumus, ita vt ipsius gratiâ, ineffabili quadam similitudine participes efficiamur eius, quod ipse est per naturam. Et hinc prouenit, vt, quando communicas sicut oportet, simul manduces in Sacramẽto Christum cum eius donis; & ipsemet Christus spiritum & cor tuum comedat; siquidem ipsum in se transformat: sicut comedens sum-

c Ioan. 6. 57.

Par. VI. Med 42. punct.

In cap. 3. Ecclesiast.

ptum cibum in se conuertit. Vtrumque autem hoc allegat diuina vocatio, cum ad hoc conuiuium nos vocat, dicens: d *Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* quasi diceret: Ego per gratiam meam ingrediar eius animã, & solemne conuiuium instituemus: in quo ille corpus meum in Sacramento sumet, fructusq; ac virtutes, quas ei meo ingressu cõmunicabo: ego verò Spiritum eius sumam, & in meum transformabo, ne amplius sit quod erat, sed imitatione perfecta sit, quod ego sum: viuatq; sicut ego viuo. O Iuste Iustorum, & Sanctorum Sancte, sit felix faustumq; quod factus sis homo, & hominum cibus, e *quoniam fructum adinuentionum tuarum comedes.* comedes enim, & simul comederis; comede, Domine, corda te in Sacramento comedentium, transformans ea in tuum Spiritum, ne vltra sibi, sed tibi viuant, te amantes sicut tu illos amas: permanẽs in illis semper, & illi semper in te in æternum. Amen.

d Apoc 3,2.

Isa.3.10.

§. 2.

Varij Spiritualis huius vnitionis gradus.

QVo supremam hanc vnitionem pluris facias, operæ pretium erit, omnes eius gradus ac proprietates aperire; & qua ratione diuinum hoc Sacramentũ eos efficiat in ijs, qui benè dispositi illud sumunt, eò maio-

ri eorun-

ri eorundem graduum augmento, quò illi maiori præparatione accedunt.

Prima omnium vnio fit per communicationem gratiæ, animam, ob lethalem culpam mortuam, viuificantis. Tanta enim est virtus huius Sacramenti, (eo quòd sit panis viuus, habeatque in se carnem diuini verbi purificatam) vt in aliquo casu det verè vitam, gratiq; vnionẽ ei, qui ea carebat; si accedat vel ignorãs, se in tali peccato esse; vel id quidẽ sciens, sed nõ potens confiteri, existimans verò se perfectum dolorem habere, quẽ vocamus contritionem. Vis.n.& efficacitas Sacramentorũ legis nouæ resplendet in hoc, q; suppleat hunc Contritionis defectum in eo, qui accipit illa, cum ea præparatione, quam potest moraliter adhibere, quam appellamus Attritionem. 1.

Spectat tamen magis propriè ad hoc diuinum Sacramentum, (vt ait S. Thomas) conseruare hanc primam vnitionem, vitamq; gratiæ quã efficit Baptismus, aut Pœnitẽtia, id q; præstat valdè excellenter. Nam corporalis cibus etiam æquè precioſus atq; ipsum Manna, non sufficit ad sustentandam perpetuò comũctionem animæ cum corpore, sed ad tempus tantum limitatum, ità vt, qui illo vescitur, tandem moriatur, siue morte violẽta, siue ob defectum naturalem ex nimio senio: a *Qui autem comedit hunc panem* (ait ipsemet Saluator) *viuet in æternum.* Si enim ipse velit, numquam morte culpæ morietur: panisque hic diuinus virtutem conferet, ad 2. 3 part. q. 29. a 1.

confer-

conseruandam in æternum vnitionem, quam habet cum gratia, quæ est ipsius animæ vita; quem propterea panem Propheta appellat b *frumentum electorum.* O altitudo sapientiæ diuinæ quæ cum manducatione panis, nouit electionem æternæ vitæ coniungere. Si vis esse ex numero electorum ad cœlum, manduca frequenter ex arbore hac vitæ, quæ est in medio paradisi Ecclesiæ Militantis; cuius virtute perueniens etiam ad c *edendum de ligno vitæ, quod est in paradiso* Ecclesiæ Triumphantis, vbi clarè videas Deum æternum, quem nunc in Sacramento sumis. O vitæ arbor Christe Iesu, conserua me à morte æternâ conseruando in me vnitionem cum tua gratia donec illam consequar, quam es mihi daturus in gloria.

b Zach. 9. 17

c Apoc. 2. 7.

3. SED vlterius progreditur efficacitas diuini huius Sacramenti. Nam quotiescunque sumitur, nouos addit gradus diuinæ huius vnitionis; gratiamque ita auget, vt nullus sit augmenti terminus: quem tamen terminum & limitem habet cibus corporis ineius augmento. Et fortè propterea LXX. interpretes Spiritu Dei afflati, hoc Sacramentum appellarunt *frumentum iuuenum*, vt significarent, quod iuuentutem & vigorem spiritualem conseruet, nec permittat senium aut tepiditatem, quin potius d *renouat sicut aquilæ iuuentutem* nouo feruore Spiritus. Quare si desideras cum Sancto Iob e *redire ad dies adolescentiæ tuæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo tuo, quando lauabas pedes tuos butyro siue lacte & petra fundebat si-*

Ita S. Hiero. ibi.

d Psal. 102. 5.
e Iob. 29. 4.

birituos

biriuos olei: manduca hunc panem electorum; quo rectus intret Deus in tuum hospitium, & renouet spiritualem tuam iuuentutem, rigan potentias tuas lacte suarum consolationum; manante ex petra hac viua, adeò copioso deuotionis oleo, vt reddat te sanitati, illuminet, emolliat, consoletur, & corroboret te in hac via tua.

QVOD si vis scire, qua ratione hanc faciat renouationem, respondeo id facere, efficiendo in spiritu actualem vnitionem cum Deo, per recentes feruentesque amoris ac deuotionis affectus; atque trahendo ad seipsum intellectum lumine illustrationum, quas illi communicat; & post eum etiam voluntatem, efficacitate diuinarum inspirationum. replet enim eam iubilis, & cœlesti quadam saturitate, ex reali veraque præsentia eius Domini, à quo adeo diligitur. Hæc est refectio spiritus, diuini huius Sacramenti propria, quod eminenter est f *cella* cælestium *vinorum* sponsi: in quam suos electos *introducit* ac recolligit: & vt Sanctus Ambrosius ait) adeò eos inebriat, vt omnem curam huius sæculi dimittant, mortisque timorem; & omnium terrenorum obliuiscantur. Est Manna absconditum, cuius dulcedo tãta est, (eo quod in sedulcedinis fontem contineat) vt nemo possit cognoscere, qui eam non experiatur. Et quemadmodum Manna, vnicum tantum habebat saporem proprium & naturalem, g *quasi similæ cum melle*. quem plebs & vulgus percipiebat, nec vllum alium: at iusti, cum quibus Do-

f Cant. 2, 4.

Serm. 15. in Psal. 118.

g Exod. 16. 31

bus Dominus familiarius agere cupiebat, ac diuinæ suauitatis suæ diuitias manifestare, inueniebant in eodem Manna (vt Sapiens dixit) h *omne delectamentum & omnis saporis suauitatem : deseruiens* enim Manna *vnuscuiusque voluntati, ad quod quis volebat conuertebatur.* Cum itaque Manna esset vnicum, qui cupiebat Saporem carnis, piscium, aut fructuum eundem percipiebat : Ita etiam cœleste hoc Manna gratiam communicat, ac deuotionem ordinariam ijs qui ordinaria & vulgari tantum dispositione illud sumunt : qualis esse solet in hominibus vulgaribus & imperfectis in Ecclesia, feruentibus tamen ac perfectis, qui magna præparatione illud sumunt, magnam abundantiam & spiritualium consolationũ varietatẽ cõmunicat; eos permouens ad varios virtutum affectus iuxta desiderium, quo ad illud sumendum accedunt. Si desideras humilitatem, sapiet humilitatem; Si patientiam quæris, eius tibi infundet affectus: quod si anxiè orationem & contemplationem suspires, hic tui voti compos efficieris: liberalissimus enim hic pater, qui voluntatem timentium se facit, voluntatem suam in tua voluntate cõstituit, vtpote ad finem huius Sacramenti directa; per quod exequitur q̃ ipsa elegerit, ad perfectius implendam ipsam diuinam. Et quemadmodum ingressus in matris vterum, extraordinarijs eam consolationibus repleuit : quæ testimonium dederunt diuinæ suæ præsentiæ statimq́; inspirauit, vt i*cum fe-*

b Sap. 16. 20 ita Abul. q. 5 in cap. 9. Exod. & q. 15 in c. 16. & q. 16. in cap. 11 Numer Lyra in c. 16. Sapi.

Luc. 1. 39.

stinatione

stinatione abiret in montana, in ciuitatem Iudæ indomum Zachariæ per quam tanquam instrumentum & medium, innumera contulit beneficia infantulo Ioanni, eiusque parentibus: ad eundem modum, cum ingreditur ad eos, qui generosa quadam dispositione, hoc Sacramentum sumunt, eos replet Spirituali lætitia, quæ diuinæ ipsius præsentiæ dat testimonium: quibus statim inspirat, vt ad perfectionis sublimitatem ascendant, idq; cum festinatione, vt ad eius culmen perueniant, multisque animabus bene consulant, in virtute hospitis, quem intra se habent: O clementissime hospes, qui tuorum filiorum voluntati te accommodas, vt k *tuæ* illi deseruiant, *in qua* eorum *vita* consistit, concede mihi ita voluntatem tuam in terra facere, sicut fit in cœlo: vt dignus inueniar, qui panem hunc quotidianum manducem, cuius virtute eos æmuler, qui sunt in cœlo, eo modo quo fieri potest in terra: & siquidem l *deliciæ tuæ* sunt, *esse cum filiis hominum*, per hoc diuinum Sacramentum veni, ac visita filium hunc hominis, miserijs plenum, vt me in filium Dei cõuertas, plenum delicijs ac donis cælestibus.

k Psal. 29. 6.

Ex hac vnitione ac refectione Spiritus, alia stupenda oritur vnitio & refectio carnis; cui etiam sua pars contingit, ex præsentia venerabilis huius Sacramenti, quod eam vnit cũ proprio suo Spiritu, dum (ait Sanctus Cyrillus) passiones eius subijcit rationi: eiq; portionem & partem Spiritualium suarum consolationum

l lib. 4. in c. 9

lationem tribuit, vt omnes sensuum delectationes spernat: quapropter appellauit Propheta hoc Sacramentum; l *vinum generans virgines*. caro enim Iesu mundissima, castificat animas eorum, quibuscum vnitur. & quamuis potuisset hanc excellentiam speciebus sacramentalibus panis attribuere; voluit tamen potius vinum exprimere, vt appareat omnipotentia ipsius Saluatoris; quæ florem virginitatis coniunxerit cum potu vini m *in quo* solet *esse luxuria*: sic dissoluendo Dæmonis adinuentiones quod eadem re, tanquam instrumento castitatis vtatur, qua ille vtitur tanquam instrumento carnalitatis; quia tanto diuino amore inebriat animã, vt flammas extinguat amoris proprij. Et quoniam opera Dei sunt perfecta, vinum hoc pretiosissimum non generat n *virgines fatuas, sed prudentes*, virgines scilicet in corpore & spiritu adeò humiles, & charitate plenas, vt neq; ex virginitate euanescat, neque illis desit oleum charitatis, vt o *sequi* possint *agnum quocunque ierit*. Ex quo fit, vt quemadmodum generat virgines, ita etiam Martyres generet, atque Doctores, feruentes concionatores, sacerdotes excellentes, Religiosos perfectos, viroſq; in omnibus statibus sanctos, fortes, & strenuos contra omnes Dæmones, nihil pertimescente ipsa carne licet infirmâ, cum illis congredi. Nam ex hac mensa (ait S. Chrysostom.) eximus facti leones, qui flammas ignis per os spirãt, terribiles atq; tremendas vniuerso inferno. Quid enim magnum

l Zach. 9. 17.

m Eph 5. 18.

n Matt. 25. 2.

o Apo. 14. 4.

Homil. 16. ad popul.

est, si

est, si euadas in leonem, cum habeas intra te leonem illum de tribu Iuda, qui vicit omnes Dæmones? & quid mirum, si Ipires flammas ignis, qui comedisti *ignem consumentem*? Si vinci non vis, indue huius Sacramenti armaturã, sine quo (vt ait S. Cyprianus) nemo permittebatur agonẽ intrare martyrij, quia timebatur *ne mens deficeret, quã recepta Eucharistia nõ erigeret ac accenderet*. O vinũ fortissimũ, flores producẽs virginũ ac Martyrũ, inebria cor meum vi amoris tui; vt possim inferni potestates superare meæq; carnis flãmas tẽperare. O panis electorum, sub cineribus humanitatis & charitatis excocte, qui simul etiã es Gedeonis gladius, ad exercitus Dæmonum destruendos; cõforta me tua virtute, vt illos omninò vincam: tua siquidem erit meæ victoriæ gloria. Epist 14.

§. 3.

De amoris cum proximis vnitione.

EX HAC vnitione amoris cum Christo D.N. de qua hactenus dixim⁹, alia oritur coniunctio & vnitio Iustorũ inter se. Nã vt philosophi dicunt quæcunq; sunt eadẽ, siue vnita vni tertio, ẽt sunt eadẽ siue vnita inter se quemadmodum duo brachia, quæ vni corpori sunt vnita, etiam sunt inter seipsa colligata. ita cum oẽs iusti, dignè cõmunicantes, vni eidẽq; Christo in Spiritu sint vniti, habebunt eundem sensum, idẽ velle, & idem operari ipsi Christo conforme; vnũ eundemq; modũ humilitatis, & patientiæ; vnam eandemq; conformitatẽ in vir

tutibus cum Christo, per quem vituunt, dicente
a Ioan. 6 58. ipso: a *qui manducat me, viuet propter me.* Nã
p hoc Sacramentũ adeò eminenter efficit hanc
b 1. Cor. 10. 7. vnionẽ, vt dixerit Apost. b *quoniã vnus panis & vnũ corpus multi sumus: oẽs qui de vno pane &* de vno calice *participamus*; quib. verbis mirificè nobis declarat sublimitatẽ huius vnitionis; fundamentũ, cui innititur; ac modum quo efficitur; eius denique effectus.

1. PRIMVM enim, quid est, q̃ sint vnus panis, omnes, qui diuinum hunc panem manducant; nisi quod ad tantam imitationis & vnitionis præstantiam perueniant, vt omnes sint vnus idemque panis viuus, ipse videlicet Christus; habentes scilicet ipsummet eius Spiritum? Nã quemadmodum omnes Sacræ hostiæ, quæ sunt in vniuerso mundo, etsi plurimæ illæ sint, ac in externis panis accidentibus diuersissimæ; realiter tamen ac verè omnes illæ sunt vnus panis viuus: eò quod in illis sit vnus solus Christus, qui viuens est & cum omnibus illis vnitus: Ita qui dignè communicant, quamuis diuersi sint homines in naturas in Spiritu tamen sunt vnus idemque panis viuus, qui est Christus, qui viuit in eis, estque cum illis vnitus. Et quemadmodum omnes illæ hostiæ, propriam suam substantiam amiserunt, vt vnam omnibus communẽ admitterent, quæ est Christus D. N. Ita qui dignè cõmunicant, amittũt quicquid p̃prij erat Spiritus, vt eius loco n grediatur Spiritus Christi, qui vnus & omnibus cõmunis: quia oẽs se spoliarunt proprio

suo

suo Iudicio, propria voluntate, proprijsq; omnibus propensionib. & affectibus; qui discordiarum ac dissensionum sunt radices, solumq; admittunt eos affectus, iudicia, & voluntatem, quæ Christi Spiritui sunt conformia, in quo omnes habent vnum sentire, vnum velle, vnumque operari cum summa conformitate, atque si multa essent corpora, in quibus omnibus vna esset ac viueret anima, ad eum modum, quo de primis Christianis dicitur: c *multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* Nam cum diuinus hic panis, non conuertatur in eos, qui illum sumunt: sed contra ipsi in eum mutentur: (vt supra est dictum) manifestè efficitur, omnes qui digne illum sumunt, mutari in vnum eundemque Spiritum Christi, fieriq́ue eundem panem ob conformitatem cum ipso Domino, qui illos transmutauit, & in seipsum ita conuertit, vt oẽs vnanimiter dicere possint, quod dicebat Apost. d *non sumus nos qui viuimus: sed viuit in nobis Christus.* O Christe dulcissime, esto tu noster vnicus Spiritus; vt omnes Spiritus nostri ita cũ tuo vniti, sint quoque vniti inter se Amen.

c Act. 4. 32.

d Gal. 2. 20.

Sed aliud quoq; mysterium latet in verbo illo Apost. *omnes vnus panis simus*: insinuare enim voluit viam & rationem, qua hæc vnio exsurgat: nam (vt perpendit Sanctꝰ Cyprianus) Christus D. N. instituere voluit hoc Sacramentum in re tali, quæ vna quidem sit, sed fiat tamẽ ex multis, qualis est panis, qui fit ex multis seminibus frumenti: & vinũ q; fit ex multis vuarum

2.

Epi. 63. S August. tract 26 in Ioan.

rum granis. Si enim apertius significatur vnio charitatis, quam ipse in suis fidelibus, excellentissimo hoc cibo mediante, efficere intendebat; ipsaq; ratio eam cõmunicandi, quæ erat ad similitudinem panis & vini. In quorum granis duplicem vnionis rationem licet considerare; alteram naturalem, alteram artificiatam. *Naturalis* vnio consistit in eo, q; plura simul grana in vna spica, aut in botro vnio nascãtur, valdè inter se similia, in quantitate, in figurâ, in odore, & sapore: *artificiata* dissoluit hanc vnionẽ, vt in maiorẽ aliam commutet: abstrahens enim grana ipsa ab spica siue botro, eaq; cõmuniens, corticem crassioresq; partes à subtilioribus separat furfuribus scilicet, à folliculis, rete ctis: ex his massam quandam cõficit panis, & liquorẽ quendã vini, qua vnitione cõfecta, nihil supereſt quo maius granũ à minori, aut album à nigro discernatur: quia omnia conuersa sunt in vnũ panẽ, vnumq; vinum vnitione maxima quæ perficitur & conditur igne, dum panis in furno coquitur; mustũ vero proprio calore feruet aut bullit, vsq; ad perfectam purificationẽ.

3. EODEM omninò modo inter homines est duplex ratio vnitionis: altera naturæ, altera gratiæ. *Prima* innititur eidem sanguini, aut patriæ, conditioni aut naturali constitutioni; ex quâ procedit naturalis amor, quo se inuicem diligunt parentes & filij, fratres & vicini, & qui eandem habent propensionem, & eisdẽ rebus delectantur. Quæ tñ vnio solet esse valdè imperfecta; & admittere multa carnalia & terrena,

rena; deoq; opus est eam dissoluere, & secernere partem illam, quæ impedit vnitionem gratiæ, quæ multò maior est atq; perfectior. Quâobrem dixit Christus D. N. se *venisse in terrã, vt separaret hominẽ aduersus patrem suũ & filiũ aduersus matrẽ suam, & aliquos domesticos* ab alijs domesticis, quasi qui grana tritici ex spica; vuæ ex botro, excipit: quę conterit & calcat, vt separet ab eis, quicquid est carnale atque terrenum, mortificando inordinatas carnis & sãguinis affectiones omniaq; terrena desideria fortunarũ, honorũ, & deliciarum, quæ charitatis vnitionem cum proximis impediunt. his .n. inordinatis affectionibus mortificatis, coniuncta manent inter se, & charitatis igne condita, & deuotionis calore, Spiritusq; feruore eousq. purificantur & perficiuntur, donec ipsa vnio stricta valdè sit, & in omnibus perfecta. & tunc impletur, quod dixit Apostolus: omnes esse vnum panem & vnum corpus, qui de hoc diuino pane & calice participamus.

e Matt. 10. 34 Luc. 12. 51.

Cvm enim Christus Dominus ingreditur in cõmunicantem, mox tanq; gladius, incipit diuidere & separare quicquid charitatis vnitionẽ impedit: suaq; vehementi inspiratione, efficaciter impellit ad excernendum cor parentum & fratrum à diuitijs, vanisq. honoribus, ac delectationibus sensuum: ita vt hæc omnia carnalia & terrena mortificemus, vt in vnione & concordia cum proximis nostris viuamus. Aliquando inclinat nos ad hæc omnia relinquenda affectu tantum; aliquando etiam ef-

fectu & reipsa: sicut faciunt Religiosi, vt vnio sit præstantior, ac securior: tantaq; similitudine, vt, postquam ea est peracta, sint sicut vnus panis, nec facilè discerni possit, quis magnus fuerit, & quis paruus; quis liber, aut seruus, eò q
f Gal.3.28. f *in Christo Iesu* (vt ait Apostolus) *omnes vnum estis*: charitatis .n. vnio æquales illos in chri-
g Isaiæ.11.6. sto facit, & efficit (vt ait Isaias) g *habitare lupum cum agno, vitulum, leonē, & ouē simul morari: leonemq; quasi bouē comedere paleas.* ita vt qui magni sunt, demittant se ad actiones paruorum; seseq. ijs coniungant, qui alterius sunt constitutionis & cōplexionis: atq; si eandē & ipsi haberent. habent enim vnum eundemque Spiritum Christi in se viuentis. O panis vitæ, quas tibi gratias reddemus pro hac vnitione, q in nobis facere constituis. O si omnes eo Spiritu te sumeremus, vt efficeremur verè vnus panis, non terrenus sed diuinus: desinentes esse q sumus, vt, quod es tu, essemus: tuique amore eam vitam, quam tu ducis, duceremus.

4. NE verò existimes, hanc ipsam vnionem, nullam amittere in statibus & officijs varietatem, aliam idem Apostolus attulit similitudi-
h Cor.12.10. nē, dicens: h *oēs nos esse vnū corpus, in quo multa sint membra*, diuersis officijs destinata: ita tñ coniuncta & vnita, vt non sibi inuicem aduersentur. Nam virtute sanctissimi huius Sacramenti, qui diuersorum sunt statuum, gradumq. in mystico Ecclesiæ, & religionis corpore, adeo sunt inter se vniti, vt diuersitas nō efficiat dissensionem, aut disiunctionem. Nam qui

magnus

magnus est, vnitur cum paruo: & qui paru' est, cum magno. eò quod Spiritus omnes viuificãs & connectens sit vnus. quemadmodum anima coniungens omnes corporis partes secum, efficit, vt & illæ inter se coniungantur.

Verum adhuc est mirabilior vnitio, quam habet idem panis, quando eò peruenit, vt cum sumentis corpore coniungatur, cum se accommodat, & assimilat omnibus eius partibus, licet adeò diuersis. Nam dum coniungitur carni efficitur caro, & cum ossi coniungitur, etiam in os conuertitur. Quid verò hoc est aliud, quã nobis significari, quod, q̃ digne cõmunicant, fiant vnus panis, & vnum corpus, dum omnes adinuicem sese accommodant in omnibus, quę sunt licita expediunt ad mutuam omnium vnionem & concordiam conseruandam, vt cum Apostolo dicere liceat: i *omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem*: cum ijs, qui in tristitia sunt contristor; cum lætis lætor; & cum infirmis infirmor; cum paruis efficior paruus, vt cum omnibus vnionem seruem: O panis diuine, qui ipsius terræ habitatoribus, eandem præbes, animorum consensionẽ & vnionẽ, q̃ Sancti habent in cœlo, cõmunica omnibus, te sumentibus vitam q̃ tu viuis; vt omnes vnũ tecum effecti, sint etiam vnum inter se ad gloriam tuam in æternum. Amen. i 1. Cor. 9. 22

§. 4. *De frequenti Communione.*

Ex ijs, quæ hactenus diximus, satis constat, quicquid pertinet ad affectuosam magnaliũ

DUX SPIRI
P. DE PONTE

& vtilitatum venerabilis huius Sacramenti cognitionem: cuius fructus sentiunt, & experiũtur, qui frequenter communicant: Hæc n. est alia vna ex diuinis eius excellentijs, quod summum valorem cum summa frequentia conũgat; & excellentiam extraordinariam cum ordinaria & familiari communicatione. id quod valde est singulare. nã terrena dona, si sunt pretiosa, etiam sunt rara. quod si vsitata sint, & frequentia non habẽtur preciosa: hominum enim facultates, etiam Regum, sunt limitatæ: quod si multum largiantur, id fit valde rarò; Si autẽ frequẽter, id non potest esse multum, alioquin breui tempore nihil, quod largirentur, haberent. at in hoc Sacramento, quod est donũ Dei, vtrumq; inuenitur. nihil enim est pretiosius, nihilq; magis extraordinarium, quam Christ⁹ homo & Deus: nec aliquid est magis ordinariũ quàm panis & vini alimentum; quorum accidentibus se tegit, vt animum habeas frequenter eum suscipiendi; infinitas ei gratias agendo quod precioſum adeò donum, adeò etiam frequenter tibi largiatur; quasi nunquam sibi satis esse existimet, quod seipsum tibi det, & quicquid habet magnum fauorem Israelitæ reputabant, quod Deus illis quotidie largiretur a *mãna de cœlo*: sed id fuit per *quadraginta tantũ annos*. Hoc autem Sacramentũ, à mille sexcentis annis datur, dabiturq; ad finem mundi. Cibus ille dabatur summo mane, & non aliter: at hic cibus, & Dominus ipse in eo, datur nobis omnibus horis diei ac noctis, mane ac vesperi: semperq;

a Exod. 16. 35

semperque paratus est ad nos venire. Et quasi repetat semper illa verba, b *vado & venio ad vos*, venio de cœlo ad Sacramentum propter vos, vt cor vestrum mecum ad cœlum traham; iterumque redeo, atque reuertar sæpissimè, nec desistam, donec animam vestram & corpus eò deducam; vosque sedere faciam mecum in throno gloriæ meæ. Siquidem ergo adeò propendet iste Dominus, vt ad te visitandum veniat, non propter suum, sed propter tuum commodum, par est, vt studeas eum excipere valdè frequenter, non tàm propter tuum commodum, quam vt eius desiderio satisfacias: ita vitam tuam instituens, vt hæc manducatio possit esse valdè frequens: præparando tamen te ad eam excellenti dispositione: sic enim fiet, vt frequentia, rei pretium non minuat, sed augeat potiùs: quia & ipsa dona, quæ cum eo conceduntur, augentur. Recordare, inter septem illa, quæ iussit nos ordinaria nostra oratione petere; voluisse vt quarto loco hic panis peteretur, quem *panem quotidianum* appellauit: vt intelligeres te quotidie debere illum desiderare, ac petere: ideoque par esse, vt te ad illum recipiendum digna dispositione præparares. posuit verò hanc petitionem in medio sex reliquarum, eò quod veluti medium quoddam sit ad perfectionem impetrandam, quæ in illis petitur. Quod si optes ad supremum vitæ vnitiuæ culmen pertingere, nullum est medium efficacius, quam frequens feruensque cœlestis

b Ioan. 14. 28

huius cibi sumpto, in quo ipsemet perfectionis auctor venit. vt eam augeat atque conseruet, tanquam qui optimè nouerit, quantopere simili auxilio indigeamus Nam (vt ait S. Laurent. Iustin.) amor noster, est instar ignis, qui in sua propria sphæra non indiget lignis, vt foueatur; extra illam tamen, c *cum defecerint ligna*, quibus continuè foueatur, *statim exstinguitur ignis*. Ideo in veteri lege d *iubebatur sacerdos nutrire ignem altaris subijciens ligna per singulos dies*, quò *semper arderet*: &, vt ait Sap. e *secundum ligna siluæ sic ignis exardescit*: tantum scilicet fore (ait) ignem, quanta sunt ligna, quæ apponuntur. In hunc igitur modum Dei amor, quando est in sua propria sphæra, in cœlo videlicet, non opus habet recentibus beneficijs, aut manducationibus, vt conseruentur; quia ad id sufficit clara diuinitatis visio; quam nulla res aduersa destruit aut imminuit: at in terra nostra, vt quæ extra eius sphæram est, multis contrarijs obsessus, facilè perit, nisi duplex adhibeatur nutrimentum. *Alterum* idemque præcipuum est nutrimentum recentium beneficiorum, quod efficit summus noster Sacerdos IESVS, ita statuens, vt quotidiè hoc diuinum Sacramentum consecretur, & ipsemet veniat ad ignem illum fouendum; addens singulis suis visitationibus recentium gratiarum ligna, donaque ad eum conseruandum & augendum; ac proinde quod in se est; vellet, vt quotidiè sacramentaliter eũ sumeremus; modò talis adesset dispositio, quę

Serm. de Euchar.

c Prou 26. 20

d Leuit. 6. 12

e Eccl 28. 12

id pro-

id promereretur. *Alterum* eiusdē ignis fomentum, sunt profundæ meditationes: & tale fomentum adhibere, spectat ad nos tanquā spirituales Sacerdotes, meditantes quotidiè aliquas, quibus ignis ille magis accendatur: quare quotidiè spiritualiter saltem esset nobis communicandum; ac desiderandum, quod in nobis est, diuinum ipsum Sacramentum sumere; studendo nos necessaria ad id puritate præparare, feruentibus orationibus ac desiderijs, demissè eundem Dominum deprecantes, vt spiritualiter ligna addat huic igni: siquidē eius virtus non est Sacramento alligata. O dulcissime Iesv, qui in isto Sacramentali throno clamas: ignem f *venimittere in terrā, & quid volo, nisi vt accendatur?* veni in terrā cordis mei, & accende in ea diuini tui amoris ignem: fouens illum tua præsentia, vt semper ardeat. O Deus immense, g *cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem.* Nam intra Ecclesiam tuam manes in hoc Sacramento, tanquam caminus, emittens flammas ignis cœlestis; accende frigidum cor meum, vt te feruenter diligat in sancta Sion Ecclesiæ militantis, donec fruar te in Ierusalem Ecclesiæ Triumphantis in æternum. Amen.

f Luc. 12. 49.

g Isa. 31. 9.

CAPVT

DUX SPIRI
P. DE PONTE

CAPVT XVII.

QVOD MEDITATIONI mysteriorum Seruatoris nostri adiungenda sit mortificatio, & imitatio: in quibus tribus actibus consistit manducatio spiritualis, quæ dispositio est ad Sacramentalem.

SVPEREST nunc, vt dispositionem explicemus, qua cœlestis hic cibus sit sumendus quo vnionem illam consequamur, ad quam dirigitur: simul verò explicabimus ea, quæ Meditationi mysteriorum Seruatoris nostri sint addenda.

PRO cuius rei intelligentia præmittendum est, quod Christus D. N. in solemni illo sermone, quo diuinum hoc Sacramentum promisit, tres manducationes mysticè valdè coniunxerit. *Primam* CORPORALEM panis quæ nutrit Spiritum: de qua dixit: a *ego sum panis vitæ, qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me, non sitiet vnquam.* *Secundam*, SACRAMENTALEM ipsius manducationem, licet panis vini que accidentibus tecti, de qua dixit: *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam*: in

a Ioa. 6. 35 55

quo

quo nobis insinuauit: primam manducationem esse medium ad declarandam secundam: & hanc esse dispositionem ad fruendum vtiliter tertia. Quemadmodum enim corporalis manducatio tres præcipuos actus habet, conterere scilicet & comminuere cibum inter dentes, & eundem naturali calore conuertere in sanguinem: ac demum in substantiam ipsius comedétis perfecta similitudine transformare: ita spiritualis manducatio tres alios actus complectitur, MEDITATIONEM scilicet, MORTIFICATIONEM, & IMITATIONEM perfectam: quas refert Spiritus sanctus per Salomonem dicens: b *quando sederis, vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo: si tamen habes in potestate animam tuam, ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.* quæ verba intelligunt de cœlesti hoc conuiuio insignes duo Ecclesiæ Doctores, sanctus videlicet Ambrosius & Augustinus, sequentes translationem septuaginta interpretum, quæ sic habet: *si sederis cœnare ad mensam potentis, considerans intelligè quæ apponuntur tibi: & sic mitte manum tuam: sciens, quod te tale oportet præparare.* Quis est princeps hic potens, qui ad suam nos mensam inuitat, nisi IESVS Christus Dominus noster princeps pacis & c *potens in opere & sermone*? & quæ est ipsius mensa; nisi diuina scriptura, sacrumque Euangelium: vbi eius mysteria sunt notata? &

b Prou. 23. 1.

Lib. 1. offic. c. 13. Tract. 47. & 84. in Ioan. Vide Ianſen in Prou. 23.

c Act. 24. 15.

mensa

mensa sanctissimi Sacramenti, in qua summam eorum exposuit? Ad eam te mensam inuitat, quando desideria inspirat legendi & orandi, aut affectum communicandi; ad quod cùm accedis, persuadeas tibi, te non venire, vt solus comedas, sed vt *comedas cum Principe* isto potente: qui tanquam testis assistet eorum, quæ facis, & tanquam adidem adiutor; cum quo loquendum tibi, sermonesque miscendi sunt, dum comedis. vult autem, te *sedere*, & non stare, vt intelligas hanc spiritualem manducationem non cursim aut obiter, sed ex instituto & cum mora sumendam.

§. I.

De Consideratione.

Diligenter attende. Cõsiderans intellige.

PRIMVS actus spiritualis huius manducationis est Consideratio & Meditatio eorum, *quæ tibi apponuntur*: quæ attenta esse debet, absque distractionibus; ac diligens, sine torpore; & profunda, donec assequaris ac penetres omnia, quæ sunt coram te: & nominatim quæ *apponuntur tibi*. Nam in cœlesti hac mensa (vt optimè perpendit sanctus Bernardus) idem euenit: quod in conuiuijs principum, in quibus duo sunt genera rerum. Nam quædam cedunt in vtilitatem ac delectationem conuiuarum, quales sunt cibi delicati, vinaque pretiosa: alia solum ad manifestandum inuitantis principis magnitudinem, qua-

Serm. 1. de Natiuit & S. Andræa. S. Martino & alibi.

lia

lia sunt aurea & argentea vasa, in quibus cibus & potus apponuntur.

Et quemadmodum rudis & inurbanus iudicaretur, qui de cibis appositis ad comedendum, gustare nollet; ita haberetur fur & impudens, qui sibi acciperet aurea vasa, in quibus cibi essent positi. ita enim Ioseph fratres suos, ingratitudinis arguit, cùm finxit illos a *furatos esse scyphum* argenteum, *in quo* & *ipse bibebat*, & illis hausturn dederat. In hunc ergo modum, in mensa sacri Euangelij, & huius diuini Sacramenti duo proponuntur, virtutes scilicet & prodigia: & vtraque sunt profundè considerandа; aduertendo virtutes proponi tanquam cibos, vt eas comedas tibique concorpores, faciasque tuas proprias per imitationem. At prodigia & opera stupenda, solum sunt tanquam vasa pretiosissima, ad manifestandam Dei magnitudinem & maiestatem, ad recreandum spiritualem animi aspectum; & vt maiori tua delectatione & suauitate ad virtutes afficiaris, quæ tot rebus stupendis inferuntur, tibiq; proponuntur. Quis itaq; auderet, velle imitari miracula, superbus iudicaretur, ac temerarius: Christus n. Seruator noster dixit: b *Discite à me*, non mortuos suscitare, aut visum cœcis tribuere, sed *mites esse* ac *humiles*: quia *ego mitis sum & humilis corde*. Et quoniã non omnia opera virtutũ & præcipuè externa omnibus conueniunt, attentius tibi considerandа sunt, *quæ apponuntur tibi*: eò quod illa sint tuæ necessitati, desiderio,

a Gen. 44. 5.

b Mat. 11. 29.

pro-

proprioque tuæ vocationis fini, magis accó
modata, quæ propterea diutius tibi sunt ru
minanda, vt magis tibi prosint. Cibus enim
etiam valdè pretiosus, si deglutiatur integer
nec adeò benè sapit, nec adeò prodest; atque
comminueretur, & cum mora traijceretur
Quamobrem, cùm Deus D. N. guttur sponsæ
c Cant. 7. 9. laudaret, ait de illo, quid esset c *sicut vinum o*
ptimum, dignum dilecto meo, eo videlicet, qui à
me diligitur, *ad potandum, labijsq; ac dentibus*
illius ad ruminandum. hac sententia significat,
officium munusque iusti contemplantis, esse
meditari, lenteque ruminare mysteria ac vir-
tutes dilecti sui IESV. omnia enim sunt instar
vini, dignissimi quod eius amici bibant, non
festinanter haurientes, sed lentè valdè degu-
stantes, seque oblectantes, quasi relingentes,
cogitando de eisdem. ne autem existimes, ex-
ercitium hoc solum ad feruentes pertinere, a
lia ait eiusdem loci versio, quod illud vinum
fit *commouens labia senum*. quo significat, quæ
admodum senes, eo quod sint complexione
debilioris, frigidi, ac melancholi, vehementer
delectantur vino, quod illos confortet, cale-
faciat, & exhilaret: ita qui aduertunt, se in spi-
ritu ita consenuisse, vt debiles, frigidi acti-
stes sint redditi, maiori cura studere debent,
lentius degustare cœleste hoc vinum, quò ve-
res illis adferat, contra imbecillitatem, fe-
uorem, contra tepiditatem; & hilaritatem
contra tristitiam. amplectere igitur consilium
Spiritus S. cùm ad cœlestem eius *mensam ad-*

dis,

des, ac *diligenter attende quæ tibi apponuntur*: distinguendo virtutes à miraculis; & in his lauda, & admirans glorifica omnipotentiam, ea patrantis; & introspice virtutes in eis contentas, tibique manifestas: ex quibus & ex aliis faciens quasi mixturam, & massam quandam extolle bonitatem, splendentem in Domino, in quo illæ sunt: attende autem, & perpende nominatim quæ apponuntur TIBI, vt eas tibi ipsi concorpores.

§. 2.

De Mortificatione.

EODEM spectat secundus actus spiritualis huius manducationis, MORTIFICATIO scilicet, cuius causa adiecit Spiritus S. postquam attenderis, quę apponuntur tibi: *statue cultrum in gutture tuo*. quis enim hic culter est, nisi *mortificatio* & discretio qui guttur debet transfigere, quod est gustatus & sermonis instrumentum, eò quod meditatio debeat secum penetrantem adeò feruentęq; mortificationem, sed discretam tamen adhibere, vt vitam omnem carnalem, & eius inordinatas appetitiones, rerumque sensualium delectationes, inania verba; & reliqua omnia, quæ rebellis carnis sunt fomenta, trucidet, ac mactet. absque hac enim mortificatione, virtutes non poterunt ad animam penetrare; neque earum imitatio poterit exerceri. Et quemadmodum cibus, postquam est in ore comminutus, non prius potest ad omnes

DUX SPIRI
P. DE PONTE

corporis partes peruenire, quam sit benè coctus, dissolutus, & conuersus in sanguinẽ, ita etiam postquam intellectus meditatus est horum mysteriorũ veritates, mittit has ad voluntatem, vt eas concoquat, deuotionis & affectuum calore: qui affectus conuertendi sunt in sanguinem mortificationis, suique ipsius abnegationis, sine qua non potest perfecta, cum ipso Deo Seruatore nostro similitudo obtineri. Ideo enim ipse dixit: a *si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* ita significans, abnegationem aditum esse, ac transitum ad imitationem, pretiumque, quò perfecta sanctitas comparatur. Quamobrem sanctus quidam Abbas, quem refert S. Dorotheus, dicere consueuerat: *da sanguinem, & accipe spiritum.* eò quod expensis mortificationum virtutes comparentur. Quod si verum est, & ipsa experientia docet, quamcunque humanam scientiam, sanguine, hoc est labore & importunitate comparari; quid mirum, quod scientia spiritus sanguine abnegationum sit comparanda? resistendo scilicet peccato, prauisque carnis propensionibus, etiam vsque ad sanguinis, si opus erit, effusionem, vt omninò vincantur? Quod si attentiùs cõsideres, quæ tibi in his mensis & in omnibus earum mysterijs proponuntur, non tibi erit graue, statuere cultrum hunc in gutture tuo. statim enim proponi tibi videbis continuam mortificationis exercitationem, quam ipsemet Princeps, quite inuitat, adhi-

a Mat. 6. 24.

Serm. 10.

buit.

buit. is enim transfixum semper in anima sua habuit hunc cultrum, donec in cruce totum sanguinem, remedij tui causa effudit, iuxta æterni patris sententiam dicentis: b *framea suscitare super pastorem meum: & super virum cohærentem mihi*. O animarum pastor, vir Deo in vnitate personæ vnitus, adde mihi exemplo tuo spiritum; ad statuendum in anima mea cultrum mortificationis, qui tuam transfixit: vt mundo mortuus, viuam, sicut oportet, in tuo conspectu. b Zach. 13. 7.

Non est tamen sola mortificatio, quæ comitari debet meditationem, cùm dicitur nobis, vt accumbentes mensæ, *statuamus cultrum in gutture nostro*. monemur enim etiam in eadem ipsa oratione & meditatione, cùm res cœlestes sentiuntur & delibantur: cum dulcia colloquia cum Domino miscentur, cultrũ statuere mortificationis & discretionis, ne spiritus noxia aliqua nimietate aberret, vel proprius amor spiritualibus ipsis deliciis foueatur, dum pluris illæ fiunt, quam ipsi cibi, qui sunt ipsæ virtutes; & dum ipsæ virtutes quæruntur propter delectationes earum; aut dum loquimur nimiũ & parum cautè & irreuerenter coram Principe, qui nos inuitat, in cuius conspectu decet nos, tanquam cultrum ad guttur habentes, tremere: ne fortè nobis eueniat, quod illi alteri conuiuæ, qui repentè & ignominiosè fuit ex conuiuio nuptiali erectus, eo quòd c *nuptialem vestem non haberet*. NOTA. c Ma. 22. 12.

Cogita ergo quoties ad orationem vel communionem accedis, tam d*ecurim ad radicem arboris esse positam*: gladiumque diuinæ iusti-
[1] Luc.3.9. tiæ esse nudatum, teque habere cultrum iam ad guttur & ipsam mortem ante oculos tuos; ac forte eam ipsam diem fore vltimam: hoc enim totum inuenit te, ad feruenter illud opus præstandum coniungendo amori timorē vt alter suppleat, quod alter nón poterit. est enim hoc totum necessariū ad tantū animum induendum, vt cultrum hunc contra teipsum arripias neque enim sine causa Spiritus S. adiecit: *si tamen habes in potestate animam tuam*, vt scilicet attendas diligenter, num tantas vires habeas super animam tuam, vt statuere possis de ea, quod velis; & efficere, vt in omnibus tibi pareat; quæ illi mandaueris: licèt expendenda sit vita, ne amittatur gratia.

§. 3.

De Imitatione

POST Mortificationem sequitur actus tertius, scilicet IMITATIO, qua virtutum cibus, quem intellectus est meditatus, & voluntas (vt dictum est) acceptauit, cōcorporatur animæ exercitanti feruentissimè internos suos actus; & efficaciter statuenti, etiam externos exercere, conformiter ad exemplar, quod sibi propositum habet. Quemadmodum enim sumptus coctusque iam cibus, & in sanguinem conuersus, sparg tur per omnes corporis venas, magnaque similitudine in

cuius-

cuiusque partis substantiam conuertitur, & vnitur animæ partes omnes viuificanti: ita veritates attentè consideratæ, & mortificationis propositæ, quæ inde nascuntur, spargunt per totum corpus virtutum, ita vt imitatio humilitate exerceat actus humiliationis; patientia actus tolerantiæ; obedientia, actus subiectionis: vt anima coniungatur spiritui diuino, omnes illas actiones viuificanti, vt ipsi placeant. Quamobrem dixit S. Bernard quod in oratione bibatur vinum spiritus inebrians, & obliuionem afferens voluptatum omnium carnis; idem que emolliat interius conscientiam, adiuuet concoctionem, digestionemque cibi bonorum operum; digeratque per omnes animæ facultates, fidem confirmans, spem corroborans, a *ordinans charitatem*: & bonos mores perficiens: & propterea fortè loquens Sponsus de vino, quod eius dilecti essent gustaturi, ait iuxta aliam versionem: *vadens directo meo in rectitudines*, seu *vadens ad dilectũ meum directè*: quod scilicet recta ingrediatur in dilectum suum, efficiens intra ipsum directiones, aut rectitudines. dirigit enim regitque omnes potentias, & animæ virtutes, vt recta proprium suum finem obtineant In quo statim apparet discrimen corporalis vini ab spirituali, illud enim curuat, quod est rectũ; hoc quod est curuum, rectificat; illud sensus obtundit, hoc clarificat; illud linguam soluit, vt sine attentione & iudicio loquatur; hoc eam dirigit, vt loquatur sicut oportet. deniq;

Serm. 18. in Cant.

a Cant 2. 5 v de itelm naum.

pretiosum hoc vinum dirigit proprium iudicium, vt se alieno subijciat; & voluntatem propriam, vt se addicat diuinæ (& ipsos appetitus, vt rationi pareant: & omnes gressus motusque hominis externi, vt conformiter incedant ad hominem interiorem, & vterque conformet se nouo homini, Christo IESV, qui prima est regula, & amussis totius rectitudinis, quem propterea par est omnes imitari.

AD idem pertinet, quod adiecit Spiritus sanctus, monens eum, qui accumbit mensæ potentis, manumque extendit ad cibos: *sciens* (inquit) *quod te talia oportet præparare*: quasi diceret, attende, quod lege gratitudinis tenearis inuitantem te reinuitare; eique similes escas proponere ijs, quas ipse tibi proposuit, iuxta facultates tuas. & cùm Christus Dominus noster te inuitet, offeratque ferculum cum exemplo suæ humilitatis, obedientiæ & charitatis, reliquarumque virtutum, debeas tu & illum inuitare tuis virtutibus, propositis, earumque actionibus & exercitijs. Hic enim est cibus, quo supremus hic princeps oblectatur. Et cùm ad orandum & communicandum accedis, optat ipse hoc sibi conuiuium exhiberi, vt comedat tecum de illis, quæ tu ei obtuleris. Propterea siquidem dixit in Apocalypsi: b *si aperueris mihi ianuam, intrabo ad te, cœnabo q; tecum, & tu mecum*, tu sumas gratias & dona, quæ tibi concedet; affectusque, & vires quas magnalijs eius me-

b Apoc. 3. 20.

ditan-

ditandis accipies. Ille verò acceptabit efficacia tua proposita illi seruiendi; feruentesque actus, quos in eius præsentia exerces, & quemadmodum tu pasceris verbis, quæ ab ipso audis: ita vicissim ipse recreatur verbis, quæ tu profers, cùm oras, cùm ipsum laudas, gratiasque pro eius donis agis. Sic finitur perfecta spiritus manducatio, cuius perfectus cibus non est meditatio absque mortificatione, & imitatione. Soli enim discursus instar sunt manducationis, quæ euenit in somnijs, de qua dixit Isaias: c *sic somniat esuriens, & comedit: cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius. & sicut somniat sitiens, & bibit: & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est,* sicut antequam somniaret: ita eadem anima debilis manet, ac inanis post ipsos discursus, sicut erat ante eos. Quia non accepit verum cibum cordis, de quo dixit Christus Dominus noster d *cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.* quasi diceret, cibus meus non solum est, vt cognoscam voluntatem patris mei; sed vt illam faciam: nec solùm nutrior ex hoc quod meam abnegem voluntatem, hoc solo nomine, quod illam abnegem: sed vt faciam voluntatem eius qui me misit; studendo in hoc progredi, donec voluntas mea in hac actione conformis omninò sit eius voluntati.

c Isa. 29. 8.

d Ioan. 4. 34

O Saluator dulcissime, concede mihi semper hunc cibum, vt spiritus meus illo semper

DUX SPIRI
P. DE PONTE

iuuetur atq; foueatur, manducet meus intellectus panem meditationis, vt voluntas mea panem comedat mortificationis; totaque anima mea pane imitationis vescatur, vt & tu eum cibum comedas, quo delectaris, procurâte me tibi placere in omnibus, quæ mihi facienda præscribis.

§. 4.

De præparatione ad sacram Communionem.

EX prædictis deducere licebit: perfectam ad Sacramentalem Communionem præparationem consistere in his tribus spiritualis manducationis actibus hactenus positis.

1. PRIMVM in meditandis sanctissimi huius Sacramenti magnalijs, quemadmodum in præcedentibus capitibus est dictum: quò excites in anima tua magnam æstimationem & famem illud recipiendi, ei similem, quam ipsemet Dominus habuit in ipsa nocte, qua illud instituit, dicens Apostolis suis: a *desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* O Saluator mi, tu ipse aperi, quam fuerit magnum, quamque antiquum desiderium; & cur ad finem vsque vitæ illud implere distuleris? desiderium (inquit) meum æquè antiquum est, atq; ego. Nã ab ipso meæ incarnationis instanti, vidēs me posse in forma cibi cũ electis meis coniungi, id mox eodem feruore desideraui, quo me ad mortem

a Luc. 22. 15.

pro

pro eis subeundam obtuli. Et quamuis desiderium illud semper fuerit continuatum; distuli tamen illud explere ad finem vsq; vitæ meæ; vt hinc tu discas, benè collocatos censeri debere triginta tres annos feruentis desiderij, & præparationis, vt vel semel frui liceat hoc ipso cõuiuio, quod si sæpius fiat, ita semper fieri debet atque si tunc vltimo esset sumendum pro viatico ad æternam vitam. quod vt impetres, meditari oportet heroicas mortificationes ac virtutes, quæ in eodem Sacramento resplendent: exacuendo famem ac desiderium, vt ipse Dominus te disponat ornetque similibus alijs: De ipso enim dicitur b *inclinauit cœlos & descendit, & caligo* siue nubes *sub pedibus eius.* b Psal. 17. 10.

Quid est inclinare suos cœlos, nisi communicare hominibus gratias virtutesque cœlestes? quæ veluti humiliatæ sunt & abiectæ, quando in vilibus nostris cordibus habitant. At eius humiliatio, nostra est exaltatio: quia nos transferunt è terra in cœlum, cum ijs ornamentis, quæ habent Spiritus beati. Tunc enim descendit Christus Dominus, noster vt recipiatur in nostris animabus, quæ instar sunt cœlorum, quamuis obtectus veniat nube huius Sacramẽti. Eius enim aduentus, quasi obiter fit, ad visitandos eos, qui peregrinantur cum obscuritate fidei, donec perueniant ad claram gloriæ eius visionem.

Sed quoniam apta præparatio non in solis meditationibus, ac desiderijs consistit, coniungendus est secundus actus, mortificando 2.

scilicet quicquid vitiosum atq; imperfectum est, quod te possit tali conuiuio indignum reddere: præcipuè verò arripiẽdus est culter mortificationis, & transfigendus per guttur, quod organum est & instrumentum ad manducandum, & loquendũ: ita vt illa die refrenes compescasque inordinatas appetitiones ciborum, & colloquiorum terrenorum. Cum enim Christus D.N. per tuam linguam & guttur sit transiturus, non decet aliquid exijsse aut intrasse per illud, quod maculet animam tuã. Et propterea fortè Spiritus S. adiecit, *ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.* non enim benè se cõpatiuntur duo desideria, duæq; fames adeò contrariæ, qualis est fames ciborum principis cœlestis, cuius panis est veritas & Sanctitas; & fames ciborum principis huius mundi, cuius panis est mendacium & malitia. & si hanc famem mortificaueris, statim altera reuiuiscet, & augebitur, efficietque vt prosit tibi manducatio comedenti diuinum hunc agnum, vt ait Apostolus, c *cum azymis synceritatis & veritatis*: cum anima scilicet pura absque d *fermento* corruptionis, plena synceritate in affectibus, & in sensib. veritate. Et quoniam synceritas hæc & veritas præcipuè consistit in altitudine & puritate actionis, qua ad communicandum accedis, expedit perfectissimam illam procurare. Aduertes igitur, (vt ait Sanctus Bonauentura) octo fines siue motiua posse nos ad communionem permouere. *Quosdam* enim impellit experientia

c 1. Cor. 5. 8.

d Exod. 12. 15

Proœm. 7. Relig c. 22.

infirmi-

infirmitatum ſuarum ſpiritualium, vt aduocēt ad ſuam domum cœleſtem medicum qui ab eis illos eripiat. 2.

Alios ipſa propriorum peccatorum conſcientia vrget, vt æterno Patri ſacrificium offerant, quo placatur; & ſatisfactionem, quæ pro eis illi debetur. 3.

Alios ipſæ angustiæ magnæ alicuius tribulationis, aut tentationis, ad communicandum inducunt, vt hic Dominus, qui omnia poteſt, ipſos iuuet, ſuaq; præſentia protegat. 4.

Alij accedunt ad communionem cum feruenti deſiderio, gratiam aliquam aut beneficiū, ab æterno Patre impetrādi adhibentes aduocatum aut interceſſorem eum, cui pater nihil poſſit denegare. 5.

Alij accedunt cum Spiritu gratitudinis, ob accepta beneficia, offerentes Deo calicem hunc Salutaris quo ſuam gratitudinem proteſtentur. 6.

Alij cum Spiritu laudis, ad honorandum Deum, eiuſque Sanctos, digniſſimā hanc hoſtiā offerentes, ad illorū gloriā. 7.

Alios excitat charitas in proximos, ſiue viuos ſiue vita functos, quos cupiūt iuuare ſanguine Chriſti Ieſu, q eſt efficaciſſimus ad viuos à ſuis peccatis: defunctos verò à pœnis, quas pro ſuis ſuſtinent, eruendos. 8.

Alios deniq; trahit amor Dei optātes à ſuo dilecto ſæpius viſitari, quo illum ſecū habere, & ex intimo cordis amplecti, eidemq; cordali vnitione charitatis vniri poſſint: eo quod in eo ſolo inueniant quicquid eorum Spiritus deſiderare poteſt, iuxta illud S. Ambroſij: *Chriſtus nobis omnia eſt.* ſi cupis tua vulnera curari, ipſe eſt medicus; ſi concupiſcentiarum febribus æſtuas, ille eſt fons; lib. 3. de virgin. poſt med.

DUX SPIRI
P. DE PONTE

fons; si es peccatis onustus, ille est iustitia; si auxilio indiges, ipse est fortitudo; si mortem times, ipse est vita; si cupis cœlum, ipse est via; si tenebras fugis, ipse est lux si desideras nutrimentum, ipse cibus est; e *gustate & videte, quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo*, spiritumque suum cum adeò dulci Redemptore coniunxit. O Redemptor mi, & omnia mea: Si te habeo, quid amplius volo? si tibi sum vnitus, quid amplius desidero? Nunc licebit mihi dicere cum Sponsa f *botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi* Quid habet Insula Cypri remota cum Engaddi quæ est in tribu Iuda, prope mare mortuum? quod si interiora huius Sacramenti inspicio, dilectus meus est botrus omnino cælestis, densus valde, plenusque vuis dulcissimis virtutum dotiumque præstantissimarum: quod si exteriora aspicio, est fructus, qui in terra nostra inuenitur ad nutritionem, salutem, lætitiam, & vitam eorum, qui eius nomen confitentur, peccato verò sunt mortui. Engaddi significat fontem hædi. & oculum tentationis: dilectus autem meus fons est, quo mea lauantur peccata, in quo omnes cupiditates meæ suffocantur; in quo omnia mea bona desideria explentur: est oculus ille, qui me dirigit, iuuatque in tentationibus, & ab omnibus periculis eruit. Quis mihi det, vt omnes culpę meę in pręclarissimo hoc fonte lauẽtur? quò digrè liceat diuini hui⁹ botri vuas comedere, cœlesteque vinum haurire, ac dulcedinem delibare: quam sibi seruientibus in

e Psal. 33. 9

f Cant. 1. 14. g Hier. de locis Hebraicis:

terra

ferra communicat, vt cum feruore progrediantur, ad fruendum ea, quam abundanter cõmunicat ijs, qui habitant in cœlo, ipsi corregnantes in Aeternum Amen.

CAPVT. XVIII.

DE CHRISTI DOMINI NOstri cognitione iuxta glorioſum ſtatum, quem habet in cœlo Empyreo, & officiis præclaris, quæ illic erga nos exercet.

ADINTEGRAM & perfectam Chriſti Domini noſtri cognitionem illud ſolum nunc eſt reliquũ vt eum conſideremus in ſtatu illo glorioſo, quem poſt ſuam reſurrectionem eſt conſecutus, & nunc in Empyreo cœlo poſſidet, ſedens ad dexteram patris, poſſidens optima eius gloriæ bona; ex qua cognitione conſequemur plenè quod dixit Apoſtolus, quod a *reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur*. quæ autem eſt gloria Seruatoris, niſi quam ipſemet explicuit: b *hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Non eſt ingreſſus hic Dominus in gloriam animæ, per paſſionem: quia ab inſtanti ſuæ conceptionis eam habuit, ſed ingreſſus eſt in gloriã

a 2. Cor. 3. 18.

b Luc. 24. 26.

corporis

corporis, quæ data est illi post resurrectionem & in throno gloriæ, quam habet in cœlo Empijreo, quò peruenit in die Ascensionis suæ.

HAEC gloria consistit in quatuor gloriosissimis dotibus, quibus sanctissimum corpus suum exornauit, CLARITATE videlicet millies maiori, q̃ sit sol, IMMORTALITATE, vt nunquam amplius moriatur; IMPATIBILITATE, vt nô sit capax vllius passionis; AGILITATE, vt eat quocunque voluerit absque defatigatione, & summa velocitate; SVBTILITATE denique aut Spiritualitate, viuens in carne non subiectus tributis carnis, sed ab eis exemptus, quemadmodum viuit qui est purus Spiritus. Hæc est gloria, quam ostendit in monte Thabor suis discipulis, cum c *resplenduit facies eius sicut Sol; vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix.* & quamuis Sanctus Petrus minimam eius partem tantum videret, adeò tamen ea visione satiatus est, atque si nihil amplius haberet, quod in hoc mundo videret aut desideraret. Quid autem fecisset aut dixisset, si eam plenè vidisset, quemadmodum eius Magister nunc eam habet in cœlo? Si vel vnica tantum gutta eius gloriæ pergustata, tanto affectus est fastidio omnis rei creatæ, quid fecisset, (ait Sanctus Augustinus) si ingressus fuisset in abyssum gaudij Domini sui, ac bibisset ex copiosissimo dulcedinis eius flumine? O Saluator dulcissime, concede mihi Spiritu

Med. 52 par. 6 puncto. 2.

c Matt. 17. 1.

In Soliloq c. 6.

hi Spiritu intrare in cœlum istud Empijreum; & appropinquare diuino tuo throno, gloriamque tui glorificati corporis contemplari, vt transformer in imaginem gloriæ, quam illa repræsentat.

§. 1.

A BHOC desiderio auspicanda est tibi hæc meditatio, memor illius quod dixit Apostolus: a *si consurrexisti cũ Christo, quæ sursũ sunt quærite, vbi Christ⁹ est in dextera Dei sedens.* quibus verbis significat, oportere te resurrexisse cũ Christo ad nouã vitam, si velis eũ contemplari, sicut est in gloria sua. ita vt particeps fias glorioſæ figuræ Christi resuscitati; ac proinde oportere te transiuisse per meditationes Christi crucifixi ac mortui, cum virtutum eius imitatione. propterea siquidem sponsa prius dixit: *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, & mox adiecit, *botrus cypri dilectus meus mihi*: significans (vt Sanctus Bernard. declarat) quod qui fuit fasciculus myrrhæ in passione, excitans eam ad considerationes & affectus valde amaros: idem postea fuerit botrus vuarum in resurrectione, impellens eã ad considerationes, & affectus valde dulces. Siquidẽ ergo botrus hic diuinus tibi proponitur tanq; indicium fertilitatis promissionis terræ æternæ, quam speramus, non decet integrum deglutire, quia non percipies eius dulcedinem sed singula grana; perpendendo videlicet

a Coloſ. 3. 1.

b Cant. 1. 13. 14. Ser. 4. 4. in Cant.

Num. 13. 28.

seorsim

seorsim singulas eius gloriæ dotes. Intuere ergo primum pulchritudinem, CLARITATEM, & splendorem diuini illius corporis, quod fuit aliquando deformatissimum & abiectissimum totius mũdi, adeò vt eius Propheta dixerit: c *non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus: & desideramus eum despectum & nouissimum virorum.* O facies pulcherrima & speciosissima d *in quam desiderant Angeli prospicere.* Nam licet semper te aspiciant, numquam tamen aspiciendo satiantur; gaudeo de ista pulchritudine, quæ es prædita, & quaita illos ad te allicis. O anima mea, si daretur tibi, speciosissimam diuinæ huius faciei formam intueri, inuenires procul dubio in ea plurima dignissima, quæ viderentur; licet non omnia posses comprehendere: O sponsa Regis æterni, quæ eius pulchritudinem vidisti, dic mihi e *qualis est dilectus tuus*, vt cor meum desiderio eius videndi accendatur? quid de eius capite, quid de coma, quid de oculis, maxillis, labijs, & manibus eius dicis? *dilectus meus*, inquit, *candidus & rubicundus electus ex millibus*, quicquid habet præstat omnibus, quæ omnes Creaturæ habent omnis pulchritudo siue in cœlo, siue in terra tanquam nihil est, comparatione eius. & omnis similitudo; quæ ex eis potest adhiberi, valdè humilis est & abiecta. Si enim dico, caput eius, esse tanquam aurum: comas, sicut elatas palmarum: oculos sicut columbas, quæ lacte sunt lotæ: labia, sicut lilia: genas, sicut granata:

I.

c Isa. 53. 2.

d 1. Petr. 1. 12

e Cant. 5. 10.

manus

manus sicut sapphiros: adeò quæ ipse habet his omnib. præstant, vt hæc dicendo, quasi nihil dici videatur. O Rex gloriæ, gaudeo & sit tãta tua pulchritudo, tuaq; claritas; vt nihil omnino sit & plene possit illũ exprimere? ô speciosissime super omnes filios hominũ, compatere magnæ meæ fœditati. f *Specie tua & pulchritudine tua intende prosperè, procede & regna.* tua est omnis pulchritudo, & à te procedit mea. Per eã quę in te est, supplex oro, vt eius me facias participem, eandẽ mihi radio aliquo tuæ lucis manifestando, vt eam cognoscã & amem: incipe & prosequere in me, tuæ redemptionis opus, amorẽ tuo me dirigens, donec perueniam ad tui regni magnitudinem intuendam; g *Teq; Regem in decore tuo videndum.* Amen.

f Psal. 44. 4.

g Isai. 33. 17.

HINC pergere poteris ad considerationem aliarũ dotium gloriæ perpendendo quæ dixit Apostolus in hunc finem: h *quod* in hac vita *seminatur*, in futura colligi, & qualis est sementis, talem futurã messem: & quoniam sementis Christi D.N fuit in magna ignominia, messis fuit in magna gloria. O mũdi Saluator, quid dicere potero de ijs, quæ in tua passione seminasti, & in resurrectione collegisti; & quibus nũc in tuo regno frueris? seminasti in sepulcro corpus tuũ mortale, per mortem amarissimam: resuscitasti verò illud immortale, vt nõ amplius i *iam moriatur*, sed viuat semper vitam gloriosissimã; seminasti illud patibile, tormentis & cruciatib⁹ plenũ: sed surrexit impatibile, plenũ summis gaudijs. seminasti illud deformatũ,

2.

h Cant. 15. 42

i 1. Rom. 6. 9

graue milleq; afflictionibus affectum: surrexit pulcrũ, agile, & ab omnibus laboribus expeditum. Seminasti carnis miseriis subiectũ, & prodiit cum nobilitate & subtilitate Spiritus. O

k Ioan.12.24 *granum frumenti* quod k *cadens in terrã mortuũ* fuisti, vt *multum proferres fructum*, generans multa alia grana, in donis & gratia tibi similia, doce me hãc sementẽ, sicut tu fecisti, instituere vt fructum ex ea colligam, quẽ tu collegisti.

3. QVOD si scire velis huius considerationis fructum: id fiet transformando tuũ Spiritum, in imaginẽ Christi glorificati, ita vt sis per gratiã pulcher; per fidem splendẽs; immortalis per constantiam & perseuerantiã in conseruanda vita charitatis; impatibilis per talẽ tuarum perturbationũ mortificationem, vt liberet te ab omnibus spiritualib. infirmitatibus; agilis ob promptitudinẽ, & velocitatem in obedientia omniũ diuinorũ præceptorũ, Deiq; consiliorum, ac inspirationũ. Ac deniq. subtilis & spiritualis cum pleno tuę carnis dominio, vt ab eis impedimentis expeditus, ascendere possis ad tuam conuersationem in cœlis habendam. Et tunc licebit spem concipere colligendi eos fructus corpori tuo, quos Redemptor suo collegit: dicens cum Apostolo: l *Saluatorem expectamus D.N. Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.* Nam ex transformatione Spiritus sequetur suo tempore transformatio etiã corporis; imitando (vt ait S. Greg.) ex nunc spiritualiter, quod obtinebis in resurrectione corporaliter

l Phil.3.20.

poraliter vt tu quoq; tanquam eius *dilectus* sis per imitationem *botrus cypri in vineis Engaddi*, ducens Spiritu vitam quandam cœlestē, qualē ille in cœlo habet, licet corpore sustineas miserias terrenas. m Cant. 1, 14

§. 2.

NE tamen existimes, quamuis Christus D.N. in cœlo Empyreo sedeat in throno suo, requiescens iam à præteritis laboribus, eorūq; fructu in suo naturali corpore gaudens, eum propterea prætermittere præclarissima officia, in vtilitatē corporis sui mystici, Ecclesię videlicet, & congregationis fidelium, & electorum suorum. Neq; .n. vel ad pūctum ibi manet otiosus, sed semper attentus & occupatus, absq; vllo tamen labore, aut molestia, sed summa potius oblectatione & quiete.

PRIMVM enim præstat officium Aduocati nostri, vt nobis applicet fructum suæ redemptionis pro nostris peccatis. quemadmodū dixit dilectus eius discipulus: a *si quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed pro omnibus totius mundi.* Et qualem putas aduocatum? est sapientissimus, in omnibus nostris necessitatib, agnoscendis; prudentissimus in admirandis cōsilijs, ac remedijs dandis; strenuissimus in eisdem solicitandis, nobisq; applicādis; misericordissimus in commiseratione nostrarum miseriarum; & potētissimus in sua adpocatione, vt nos ab eis liberet. Nam cūm ipse

I. *Aduocatus,*

a 1. Ioan. 2, 1.

DUX SPIRI
P. DE PONTE

sit iustus, ipsaq; iustitia, non indiget vt propria
sua negotia agat; & cum sanguine suo ex iusti-
tia satisfecerit pro peccatoribus, dum sua vul-
nera patri ostendit, potēter agit illorum cau-
sam. ad hoc siquidem (vt ait Apostolus) b as-
b Hebr. 9. 24 *cendit in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui*
Dei pro nobis, viuatq; semper in eius præsentia
pro omnibus intercedendo. Quod si diuina iu-
stitia contra aliquem peccatorem irata dixerit
ecce anni tres sunt ex quo venio, quærens fru-
c Luc. 13. 7. *ctum in ficulnea hac, & non inuenio: succide er-*
go illam, vt quid etiam terram occupat: ille par-
tes eius intercedendo agit, & *respondens dicit*
illi: dimitte illam & hoc anno vsque dum fodiam
circa illam, & aliquod remedium adhibeam, vt
videas, an fructum ferat. Estq; adeo potens eius
intercessio, vt iustitia diuina propter eam, sen-
tentiam proferre differat, donec fiat experimē-
tū; eius verò est tanta misericordia, vt ipsemet
sese occupet in *fodiendo* & *mittendo stercora*
circa ficum nō prætermittens remedia quæ p-
desse illi possint. O aduocate dulcissime, & a-
mabilissime, fateor, me ficulneam esse inutilē,
ac dignam, quæ maledicerētur, & euelleretur
ex rigore tuæ iustitiæ; sed intercedat pro me
tua misericordia adhibens mihi remedium q-
cunq; conueniens, etiamsi alioquin doleat, vt
fructum proferam, quem æternus tuus Pater
requirit, ac desiderat. Amen.

2. CVM hoc officio quod illi tanquam homi-
ni conuenit, alterum adiungit Christus D.N.
quo valde nobis indulget, & licet appellare

supremu

supremi Eleemosynarii Dei: omnes. n. Eleemosynæ quæ petuntur à patre æterno, per filium petuntur, & per eundē ipse pater eas distribuit, ac proinde ad illū remittit quęcūq; memorialia ipsi offerātur, eò quod omnia posuerit in manibus eius, & oēs benedictiones & eleemosynæ spirituales, quæ de cœlo descendunt, per manū Iesv Christi descendūt, & in pauperes in terra degentes distribuūtur. Ideoq; dicere licet Christū D. N. in throno gloriæ suæ, sēper recipere memorialia, & audire petitiones, ac distribuere eleemosynas sūma liberalitate & misericordia, vt supra est dictū.

Eleemosynarius supremus.

Sed eius liberalitas nō astringitur ad solas Eleemosynas, quæ petuntur; sed extēdit se ad distribuendū, magna effusione oēs gratias & dona, quæ procedunt à Patre luminū, omneq; d *benedictiones cœlestes*, quas constituit suis electis cōmunicare. oēs. n. (vt ait Apost.) descēdunt ad nos per manū Iesv Christi, qui e *ascēdēs in altū dedit dona hominibus*, singulis distribuendo propriā mensurā; & omnibus cōmunicando varietatē gratiarum: & quod amplius est, etiā ipse mittit supremū omniū donū, quod est Spiritus S. quēadmodum super Apost. misit; q̄ præstat semper officiū inuisibiliter omnib. qui ad illud recipiēdum se disponunt; quos etiam iuuat, vt se disponant, mittēs innumeram inspirationū multitudinē ad oēs memorabiles affectus, quos per illa operatur.

3. *Munerum distributor*

d Eph 1 3

e Eph. 4. 8.

Praeter hæc officia aliud quoq; præstat, quod plurima alia complectitur, supremi .f.

4.

Gubernator.

GVBERNATORIS, & capitis Ecclesiæ, Regis, Ducis, & Pastoris totius sui gregis, omnibus assistens, vt oēs adiuuet; eadē ipiorum officia cum singulis præstans. Nam ipse cū pontificibus, suisque vicarijs, officiū facit summi Pontificis, in omnib. quæ illi definiūt, statuūt, & faciunt, quà tales sunt, exequitur officiū Episcopi & Pastoris animarū nostrarum, cum Episcopis & pastoribus earum. Præstat officium sacerdotis, cum sacerdotibus & confessarijs. Nā cum eis offert seipsum in sacrificiū, descenditq; è cœlo, vt sit ipsa oblatio: per eos ipse loquitur & cōsecrat, quando dicūt, *hoc est corpus meū*. per eosdē absoluit etiam à peccatis, cùm dicunt: *ego te absoluo*. facit officium Concionatoris, cū ipsis Concionatoribus, per quos & ipse prædicat, & loquitur ad cor auditorum. Non.n. tam ipsi loquuntur, quā Spiritus Christi, qui per eos loquitur. Facit officiū Magistri cū Magistris spiritus inspirans eis, quæ docere debeant, & ipsemet per eos illud docet auditores in intimo animæ secreto. Ipse orat cū omnib. qui orant, meditātur & cōtēplā tur, eos dirigēs & internè gubernās in sua oratione, & qñdo in aliqua tribulatione & pugnæ sunt, sicut S. Stephanus, se illis ostendit stātem instar pugnantis pro ipsis, vt illos pugnantes adiuuet.

5.

Quæstor supremus.

Et quid vltra de hoc Dño dicā? præstat quoq; officiū supremi QVAESTORIS æterni sui patris. ipsi.n. incumbit, soluere ac remunerare in hac & in futura vita seruitia ipsi præstita,

ipso

ipse est supremus ille f *procurator, cui dixit pater familias: voca operarios, & redde illis mercedē.* iste est Dñs, qui iustos remunerat cū magna abundantia spiritualiū consolationū, & augmento gratiarū & virtutū; quibus etiam distribuis aliquas gratias gratis datas, alioſq; extraordinarios fauores. ipse est, qui reddit in parato g *centuplū ijs, qui propter ipsum rebus suis renunciauerint* ipse donum largitur perseuerātiæ, distribuitque coronas gloriæ, vt suauissimè refert Auctor 4. lib. Esd. ex quo ipsa Ecclesia accipit aliqua verba. h *Vidi* (inquit) *in monte Sion turbam magnā, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant Dominū. Et in medio eorū, erat iuuenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorū capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur: ego aūt miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelū & dixi: Qui sunt hi Domine? qui respondit dixit mihi. hi sunt qui mortalē tunicā deposuerunt, & immortalē sumpserunt, & confessi sunt nomen Dei: modo coronantur & accipiunt palmas. Et dixi angelo. ille iuuenis, quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? & respondens dixit mihi: ipse est filius Dei, quē in sæculo confessi sunt.* ac propterea nunc eorū laborē remunerat. ô fili Dei viui, ex corde gaudeo quod tales in tuo comitatu viros habeas, quibus tua spolia distribuas, & tuorum præmiorū participes facias, exerce erga me reliqua officia, quę ad obsequiū tibi exhibēdū dirigūtur, vt dignus inueniar, erga quē etiā pstes quæstoris officiū,

f Matt. 20. 8

g Mat. 19. 29

h Lib. 4. c 2. 24. Apoc. 7. 9.

dedu-

DUX SPIRI
P. DE PONTE

deducens me ad corregnandum tecum in cœlis. Amen.

6. *Iudex.*

VIDEMVS officij Iudicis obliti, quod tamen hic ipse Dominus exercet cum hominibus, non solùm bonos remunerando, sed etiã improbos in hac vita castigando, sententiã in eos ferens; & morte damnans, reddens pœnas ad mensuram culparũ. Quod officium continuè exercebit vsq; ad nouissimum vniuersalis iudicij diẽ, quo reuerteretur publicè in mundum, cum maiestate magna, vt oẽs homines iudicet, post eorum resurrectionem; repellendo à se peccatores in ignem æternum: iustos verò deducendo secum ad gaudia cœlestia.

Part. 1. Med 23 &c.

SED quoniã de hoc iudicio multa sunt alibi dicta, id solum nunc addam, quod cum illo die (vt ait S. Ioannes) Dñs iste i *aperturus* sit totique mundo manifestaturus *librum* sanctissimę *vitæ* suæ, vt ex ijs, *quæ in eo scripta erant*, peccatores iudicentur ac damnentur, eo quòd nec illum legere, nec imitari voluerint; rationi ei it consentaneum, quemadmodum S. Gregor. monet, nunc studere lectioni & meditationi huius libri, & reliquorum, qui sunt scientiæ mysticæ, de quibus hactenus egimus, transformantes in nos ipsos virtutes, ad quas talis lectio nos inducit, & aspirantes ad perfectionem supremam, quæ ex libro diuinæ essentiæ deduci potest, de quo libro in proximo Tractatu est agendum.

i Apoc. 20. 12

Lib. 4. Mor c. 6.

Sortis Iesv Paderb.

DUX SPIRI
P. DE PONTE

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


DUX SPIRI
P. DE PONTE